


9014
9615
1213
105705

80
14

2016



R. P. DOCTORIS

GASPARIS DE RIBADENEIRA TOLETANI

SOCIETATIS IESV IN SVO COLLEGIO
Complutensi Primarij Theologiae
Professoris.

TRACTATVS DE SCIENTIA DEI.

IN PRIMAM PARTEM S. THOMÆ
QVÆSTIONE 14.

Anno

1653.



CVM PRIVILEGIO.

COMPLVTI, In Typographia Mariæ Fernandez

Summa Priuilegij.

Philippus Quartus Hispaniarum, & Indiarum Rex priuilegiorum concessit Patri Gaspari de Ribadeneira, vt per decennium typis excudat, nullusque aliis, nisi de ipsius facultate, librum, cuius titulus est *Tractatus de Scientia Dei*, vt constat ex litteris datis Madriti, triginta mensis Augusti, Anno 1653.

Facultas Superiorum.

Permisso Superiorum Religionis, Ordinarij, & Supremi Consilij Castellæ, cum approbationibus virorum grauium ex Societate Iesu, R. P. M. Fr. Nicolai Baptista Coccionatoris Regij, Ordinis Mariæ del Carmelo. Doctoris D. Francisci Ignatij de Porres, Canonici Ecclesiæ Sanctorum Iusti, & Pastoris, &c.

Summa taxæ.

Senatores Regij disposuerūt, vt hic liber, cuius titul⁹ est: *Tractatus de Scientia Dei*, quatuor marauetinis pro singulis chartis, & non amplius diuendatur, vt constat ex testimonio Madriti dato die 12. Septembris. Anno 1653.

DE SCIENTIA DEI

AMONT. MARTEL. MAUR.



1653. LIBR. 1021.

APPROBATIO

DOCT. D. FRANCISCI IGNATII DE PORRES
Canonici Sancte Ecclesie Magistralis SS. Iusti, & Pastoris, &c.

EX Cōmissione D. Doct. D. Ioannis de Narbona Sācte Inquisitio-
nis Cosaltoris Canonici, Thesaurarij in sancta Ecclesia Magistra-
li D.D. Iusti, & Pastoris, & Vicarij Generalis in Curia Atelie episcopali
Cōplutensi, vidi hunc tractatū de Scientia Dei probe, feliciterque elab-
oratū à R.P.D. Gaspare de Ribadeneira Primario Theologiae Pro-
fessore in Florentissimo Societatis Iesu Collegio; in quo nihil inueni
Orthodoxe fidei dogmatib⁹, nec bonis moribus dissonū; sed omnia,
quæ in eo dilucide, & subtiliter discutiuntur, ita venustum decorem,
& grauem dignitatē referentia, vt non solū typographi⁹ beneficio,
ad omnium oculos mereatur peruenire: verū, & omnij⁹ insinuari
mentibus, vt ab illo in rebus adeò abstrusis lucem, & in materia adeò
necessaria doctrinā adipiscantur omnes. Et quidē post tot tractatus
de Scientia Dei, & de Scientia Media à Doctissimis Societatis Iesu
Magistris in lucem editos, mirum esset adhuc relinquī, quod possit
erudita līmia expendi, præstantiq; disputari calamo; nisi id à viro Sa-
crae Societatis Iesu tractaretur Doctore. Quain quidē familiā opti-
mo iure quā plāna dixerit decens monstrum, lacrumque scientiarum
Hydrāni tenacissimū quippe in ea lēmper summa sapientia capita
alijs absclisis. Futura nobilis, vt in simili Cassiodorus aiebat lib. 5. va-
riar. form. 4. fructū, quem in decisore perdidit, in successore feruauit. Con-
cordat huic familiæ ramus ille ditissimus, qui Virgiliano carmine semper
enascitur, hoc enim auulso non deficit alter. *Aureus*, & simili frondescit
virga metallo. Vnus est R.P.D. Gaspar de Ribadeneira nobilis aurea-
que Societatis Iesu proles, qui doctissimis Molinæ, Vasquio, Soario,
Bellarmiño, & Francisco Annero viris rediuua præstantia succedat.
Prodeat ergo in lucē absolutissimus hic tractatus in doctissimā suā
familiæ eximium ornamentum: in nostræ Academiæ Complutensis
decus maximum, quæ tanto filio & Doctore gloriabunda exultat: &
in communem scholasticæ disciplinæ utilitatem. *Divina voluntatis*
typis Angelos informari, dicebat Athanasius, qui *Deum Opt. Max. nos-*
cunt. Hic ergo tractatus de Scientia Dei æternis typographiæ forme-
tur caræteribus, qui vel tituli elogio diuinæ voluntatis typis infor-
matus est. Hoc meum votum, & hoc iudicium. Datum Compluti,
die 19. Setembris, Anno Christi Domini 1653.

Doct. Franciscus Ignatius
de Porres.

Errata sic corrige.

Pag. 16. col. 2. linea 32. meritum fidei, l. motuum fidei. Pag. 31
col. 2. lin. 28. illa maior, l. illa minor. Ibid. linea 29. minor, l. Ma-
ior. Pag. 51. linea ylt. Arbitratus, l. arbitratus. Pag. 52 col. 1. lin. 22.
cripla, l. re ipsa. Pag. 55. col. 1. linea antepenult. illa, l. illa. Pag. 95. col.
1. lin. 35. aribuat, l. tribuat. Pag. 101. col. 2. lin. 22. simplicissimo, l.
simplicissimo. Pag. 114. col. 2. lin. 11. pet. l. per. Pag. 166. col. 1. lin.
36. inueniens, l. inuenientem. Pag. 201. col. 1. lin. 23. positum, l.
positum, Ibidem lin. 26. positum, l. positum. Pag. 234. col. 1. lin.
5. intrinsecam, l. extrinsecam. Pap. 240. col. 1. lin. 30. veritas, l. veri-
tatis. Pag. 222. col. 1. lin. 2. apparet Deo. Adde, homo, ut homo. Pag.
244. col. 1. lin. vlt. prædefinition. l. prædefinitiones. Pag. 255. col. 2.
lin. 29. illa, l. illa. Pag. 256. inter 1. & 2. col. lin. 1. per te, l. per in 1. col.
& te in 2. Pag. 283. col. 1. lin. 5. Roma, l. Romana. Pag. 321. col. 2 lin.
32. eo existunt, l. coexistunt. Pag. 322. col. 2. lin. 20. exiit, existit, l.
exitit, existit. Pag. 361. col. 2. lin. vlt. moltus, l. modus. Pag. 395.
col. 1. lin. 33. eaparte, l. ex parte. Pap. 434. col. 1. lin. 15. quod, leg.
quam.

Hæc mendā si demas, respondet suo origi-
nali. Datum Complutū die 3, Septembris, Anno
1653.

Doctor Franciscus de Porres,
Corrector Vniuersitatis

INDEX

DISPUTATIONVM, ET CAPITVM huius operis.

DISPUTATIO I.

De existentia scientie diuine.

LVmine fidei, & rationis cōstat existentia diuinæ sciencie, cap. 1. pag. 15.

An ex immaterialitate bene probetur Deum esse intellectuum. cap. 2. Probatio cognoscitio ex immateriali proponitur: excludunturque nonnulla. §. 1. p. 21.

Via sternitur explicationi, quæ magis placet. §. 2. p. 26.

Inferritur ex dictis vera explicatio. §. 3. p. 31.

DISPUT. II.

An detur in Deo actus primus intelligendi?

Status controversit, & Authorum sententiae. cap. 1. p. 34.

Eligitur secunda sententia. p. 38.

Soluuntur obieciones. c. 3. p. 43.

Argumenta prioris classis. §. 1. pag. 44.

Alia argumenta eiusdem classis. §. 2. pag. 52.

Argumenta posterioris classis. §. 3. pag. 58.

An in Deo capacitas intellectua sit virtualiter intrinsecè distinguita ab actuali intellectione,

canq; virtualiter producens? cap. 4. pag. 62.

Soluuntur obieciones. c. 5. p. 69.

Ex alijs comp̄ principiis ad intellectiōnēm diuinam. cap. 6. p. 74.

An detur in Deo ratione nostra actus primus intelligendi? cap. 7. pag. 79.

DISPUT. III.

De obiecto formalis cognitionis diuine.

Authorum placita. cap. 1. p. 85.

No nonnulla præmittuntur. c. 2. p. 86.

Nostra sententia. cap. 3. pag. 92.

Soluuntur obieciones cōtra conclusiones præcedentes. c. 4. p. 96.

Quæ militant pro creaturis, &

Personalitatibus Diuinis. §. 1.

pag. 96.

Reliquorum argumētorum solutio. §. 2. pag. 103.

DISPUT. IV.

De cognitione, qua Deus cognoscit se ipsum in se, & in suis predicatis.

Dens cognoscit leplum integrè & necessariò. cap. 1. p. 107.

Duplex expeditur obiectio. cap. 2. p. 114.

De modis, quibus Deus cognoscit sua prædicata diuina in se ipsis, & alijs prædicatis Dei. cap. 3. p. 119.

Eius

INDEX

Eiusdem instituti prosecutio.
cap. 4. p. 123.

DISPVT. V.

De cognitione Dei in ex creaturis,
& proper creaturas.

Recensit Authorū sentētijs vera opinio statuitur. c. 1. p. 128.

Soluūtūr obiectiones. c. 2. p. 132.

Au cognitio, qua Deo se cognoscit in creaturis sit intuitiva, & comprehensiua Dei. c. 3. p. 135.

Dirimuntur quādā dubia. cap. 4. p. 139.

DISPVT. VI.

De possibilitate creaturarum.

Soluūntur nonnulla. c. 1. p. 145.

Statuūntur alia. cap. 2. pag. 149.

Prior pars veræ sententia. cap. 3. p. 154.

Posterior pars veræ sententia. cap. 4. p. 158.

Soluūtūr obiectiones. c. 5. p. 164.

DISPVT. VII.

De connexione necessaria Dei cum possibiliteate creaturarum.

Status controversia. & Authorū placita. cap. 1. p. 172.

Stabilitur connexio intrinseca Dei cum possibilitate creaturarum. cap. 2. p. 173.

Eadem connexio probatur ex alijs perfectionibus Dei. cap. 3. pag. 181.

Concluditur explicatio nostra sententia. cap. 4. p. 187.

Soluūntur obiectiones. cap. 5. p. 192.

Aliorum argumentorum solutio. cap. 6. p. 198.

DISPVT. VIII.

De cognitione creaturarum possibilium, maximè in Deo.

Statuitur Deū non solū cognoscere se ipsum, sed etiam creaturas secundūm esse proprium ipsarum distincte, & in singulari. cap. 1. p. 202.

Tripliſis quæſiunculae relationi. cap. 2. p. 209.

Statuto Deum cognoscere aliquomodo, creaturas in se ipso referuntur placita Theologorum circa modum cognoscendi. cap. 3. p. 210.

Prior pars nostræ sententia. cap. 4. p. 214.

Soluūntur obiectiones contra præcedentem assertione. cap. 5. p. 219.

Posterior pars nostræ sententia. cap. 6. p. 224.

DISPVT. IX.

Concluditur explicatio nostra sententia circa veritates necessarias.

De cognitione creaturarū possibilium in se ipsis cognitis per scientiam naturalem Dei. cap. 1. p. 228.

Expediuntur quādā dubia circa modū cognoscendi veritates necessariās. cap. 2. p. 237.

DISPVT. X.

Explicatur futuritio rerum. Nostra sententia circa futuritionem absolutam. cap. 1. p. 242.

Posterior pars nostræ sententia circa futuritionē absolutam. cap. 2. p. 248.

INDEX

In quo consistat futuritio conditionata cap. 3. p. 251.

Quomodo scientia creaturæ ut possibilis, ut absolute existens, & ut cōditionatè existens differant, vel non differant ex parte obiecti? cap. 4. pag. 255.

DISPVT. XI.

An Deus cognoscat sua decreta, ut futura?

Relatis aliorū placitis probatur, & explicatur nostra sententia, cap. 1. p. 262.

Soluūtur obiectiones, c. 2. p. 268

DISPVT. XII.

De cognitione diuina futurorū cōtingentiū, & ipsorū veritate.

Statutis quibusdā certis, referuntur Theologorū placita circa veritatē determinatā futurorū contingentiu. cap. 1. p. 272.

Duplex assertio nostræ sententia. cap. 2. p. 276.

Soluūntur obiectiones aliae, & quid de vniuersalibus de futuro contingente, cap. 3. p. 284.

DISPVT. XIII.

De modis, & medijs, quibus Deus cognoscit futura contingencia absoluta.

Placita Theologorū. c. 1. p. 291.

Nostra sententia. cap. 2. p. 294.

Concluditur explicatio nostræ sententia. cap. 3. p. 300.

An Deus cognoscat in seipso futura libera? cap. 4. p. 306.

DISPVT. XIV.

De presentia futurorum in eternitate Dei.

Placita Theologorū, c. 1. p. 314.

Duplex assertio nostræ sententia. cap. 2. pag. 315.

Nōnullæ quæstiones ad presens institutum pertinēte, dirimuntur. cap. 3. p. 32.

DISPVT. XV.

De presentia diuina eternitatis ad creaturas in tempore futuras.

Explicata cōtrouersia præfertur sententia affirmans. c. 1. p. 330.

Relatis Authorib⁹ nostræ sententie, probatur rationib⁹. c. 2. p. 336.

Argumentorū solutio. c. 3. p. 340

Expediuntur plura quæsita. cap. 4. p. 344.

DISPVT. XVI.

Vsus eternitatis diuinae ad cognitionem Dei circa futura contingentia.

Sententia Theologorum, priorque pars nostræ sententia. cap. 1. p. 348.

Posterior pars nostræ sententia. cap. 2. pag. 352.

Immutabilitatem diuinę cognitionis protegit eternitas Dei. cap. 3. p. 359.

DISPVT. XVII.

Concordia scientia & visionis cum liberate nostrorum actuum.

Rei difficultas, &c. explicatio veræ sententia. cap. 1. p. 363.

Aliorum argumentorum solutio. cap. 2. pag. 369.

DISPVT. XVIII.

Quæ scientia Dei sit causa creaturarum.

Status cōtrouersia, &c. Authorum sententia. cap. 1. p. 373.

Secunda sententia est vera. c. 2. p. 376

Fun.

INDEX

- Fundamenta aduersariorum ab
Autho ritate. cap. 3. p. 382.
- Argumēta à ratione. c. 4. p. 387.
DISPVT. XIX.
- An Deus cognoscat contingentia
conditionaliter aliquando
existentia?
- Quibusdam prænotatis, declara-
tur status controvergia; &
Authorum placita referuntur
cap. 1. p. 391.
- Proponitur nostra sentētia, pro-
bationesq; ab authoritate per-
stringuntur. cap. 2. pag. 396.
- Oppositiones ex PP. contra no-
stram sententiā. cap. 3. p. 400.
- Rationes pro nostra sententia.
cap. 4. p. 404.
- Objectiones cōtra nostram sen-
tentiam. cap. 5. p. 406.
- Quatuor specialiores obiectio-
nes enodantur. c. 6. p. 413.
- DISPVT. XX.
- An Deus cognoscat contingentia
conditionalata in decreto actualiter
exercito; absoluto subiectu
Obiectio nes condi-
tionato;
- Status controvergia, Theologo-
rumque sententiae. c. 1. p. 420.
- Probatur ab authoritate nostra
sententia. cap. 2. p. 423.
- Aduersariorū instatię. c. 3. p. 431
- Indicantur testimonia PP. pro
nostra sententia. cap. 4. p. 437.
- Rationibus probatur nostra sen-
tentia. cap. 5. p. 440.
- DISPVT. XXI.
- Probatur à priori nostra sententia;
Oppositiones contra ipsam.
- Probatur à priori nostra senten-
tia. cap. 1. p. 448.
- Objectiones contra scientiam
mediam. cap. 2. p. 455.
- Difficiliores objectiones contra
scientiam medium. c. 3. p. 463.
- DISPVT. XXII.
- Quem habeat cognoscendi modum
scientia conditionata, & qua
ratione sit media?
- An Deus cognolcat futura con-
ditionata libera in te ipsis, &
quo iure talis Scientia dicitur
media. cap. 1. p. 470.
- Objectiones. cap. 2. p. 475.
- Reliquæ objectiones à ratione.
cap. 3. p. 479.
- Objectiones ex D. Augustino.
cap. 4. p. 485.
- Objectiones ex D. Th. c. 5. p. 491
- DISPVT. XXIII.
- De obiectis materialibus scientie
medie.
- De cognitione diuina circa de-
creta libera, que ipse Deus ha-
beret ab æterno, si darentur
certæ conditiones. c. 1. p. 496.
- De conditionatis disparatis. cap.
2. pag. 503.
- Concluditur expositio nostræ
sententiae. cap. 3. p. 506.
- Analiquæ conditionales de hy-
pothesi impossibili pertineant
ad scientiam medium? caput.
4. pag. 513.
- DISPVT. XXIV.
- De scientia diuina non entium.
- De huiusmodi cognitione, mo-
do, & medio ipsius. cap. vii-
cum, pag. 516.

ILLVS.

ILLVSTRISSIMO, AC

REVERENDISSIMO DOMINO D.
 Bartholomæo Sanctos, & Risoba, olim Siguntinæ D. Antonij togæ decori, maximique Ouentensis Collegij, in Salmanticensi Academia eximio ornamento. Magistrali deinde in Palentina Ecclesia Canonico : Ecclesiarū deinde Mondoniensis, Abderitanæ, Legionensis, atque in præsentiarum Siguntinæ, præclarissimo
 Præfuli. Catholicæ tandem Philiippi Quarti Maiestati
 à Consilijs.



VB tui nominis auspiciatissimo fidere,
 Princeps Ecclesia Illustrissime, prodit hic ingenij meis fortus excelsæ ambitiosus gloriae, vt à tua luce, lucem clarissimæ fortunæ sortiatur. Sortietur, & quam æmulatur, gloriam. Tui namque nominis iubare, veluti inuicto armatus telo, densas inuidiæ dissipabit nebulas, oblatrantis impetum caniculae compescet; & quam proprijs non asperqueretur meritis, tam fausti inscriptione ominis, legentium gratiam sibi conciliabit. Fauo operi, cuius Authori fauere asperetus es : generosi enim animi est beneficium beneficio addere.

Tibi ex corde; non ex manu, pensanti dona, gratum, vt spero, cedet peregrinum hoc meæ obseruantiaz signum. Si fortè munusculi tenuitas audaciæ me arguat, tibi; non mihi ausum imputa. Etenim officiosus gestiebat animæ, tuis æternum deotus obsequijs, in gratitudinis signa se se effundere. Terrebat hinc tætæ dignitatis maiestas; illinc exiguitas doni, crumpentis impetum affectus reprimebat : Sed comitas tua

humanissima, depulso pudore, licentiam accedendi fecit. O
vtinam illam faceret minimè vulgaris modestia tua ad ex-
currendum per latissimum laudum tuarum casum p̄mā. Non
nihil tamen, pace tua, attingam breui, verecundo rubori cō-
fusens, ne dum fauorem tuum imploro, indignationis rigo-
rem tuę in me prouocem. Nec quid tibi debeatur; sed quid
aures tuae pati possint, attendam. Submittam (o dirum obe-
dientia! genus!) Fascibus humilitatis tuę superbientem ani-
mi affectum. Utque solatiū mihi non desit, dicam cum
Plinio, & verius, quam ipse: *Magna, & insitata Principis glo-
riæ, cuius prædicaturus virtutes, non tam vere, ne me in laudi-
bus suis parcum, quam ne nimium putet.*

Præbeat exordium tuis laudibus præclarissimas, & Illu-
strissimus D. Andreas Santos Quixada vir natus ad tuę fa-
milię amplitudinem, ad ornamentum Ecclesiae, & Hispanie
præstantissimam gloriam; cuius præcoria politiorē calamū,
longiorem etiam chartam expolcunt. Quid potius mirer in
tanto viro? Sed quid non mirer, cum tot in eo miracula afful-
serint? Prædicent illū alij honoribus cumulatū: proclament
ipiam promotorē Fiscalē in Inquisitione Lucronensi; & in
Vallisoletana, Cordubensi, Valentina, & Cæsaraugustana, fi-
dei censorem; omnium ferè Inquisitionum Cattellæ Visita-
tore: Episcopum Turulensem, Cæsaraugustanū Archiepis-
copum: Comitijs Regijs Monçonij habitis præfectum, &
tandem Catholici Regis Philippi Secundi gratia potentissi-
mum. Hæc, inquam, fucati sectatores, qui ex apparenti ho-
norum splendore laudes expendunt clamitent. Ego vero
nostrī Andreæ merita, quæ ad tot dignitatis fastigia illum
euexere, quæque vltra splendentes mundialis pompa vni-
bras; imo vltra omnia ambitionis figura, transgresia
fuit, non tam extollam voce, quam silentio, & stupore ve-
nerabor. Tot dignitate munierum illustris; sed virtute longè
illultrior extitit. Dignitas, quæ ambitionis aura promotis ter-
minus merendi est, illi no beneficio fortunæ, nec Regio, quo
pollebat, fauore; sed solius virtutis pennis in altum euecto,
nonum erat ad noua merita incitamentum: non enim am-
bitiosus nobis inhibebat honoribus; sed humiliis faragebat par-
tos mereri. Hinc in dignitatis apice, ubi alijs fyrtes, & præci-
pij in iuueniunt; securitatem, & portum ipse reperit. Iam
vero auct, & quam egregia suę monumenta virtutis in uno-
quo-

quoque munere reliquerit, non modò prolixum, verum fecit
etiam impossibile foret ad calculum redigere. Cæsaraugusta
) vbi ad nuptias, quibus ipse præfuit, inter Sabaudienem Du-
cem, Principiislamque Catharinam Philippi Secundi filiam
celebrandas, magnificum extruxit palatium aduersus iniu-
rias temporum perpetuò perennaturum.) Cæsaraugustæ, in
quam, sanctitatis lux velia magis, quam alibi explicuit. E
dignitatis throno, veluti è cælo, radiantis lucis vibrabat tela;
prudentiæ, pietatis in Deum, in egenos munificentiaæ, bene-
uolæ in omnes comitatis, in rebus secundis demissioneis ani-
mi, constantiæ in aduersis, omnium denique virtutum per-
fectissima omnibus præluebat Idea; ad cuius imitationem,
non solum eius subditi; sed etiam alij Ecclesiæ Præsules ve-
hementer accendebantur. Procùl erant ab ipsis palatio auli-
ci fastus, & umbratilis pompæ apparatus; exulabat fluxæ dis-
ciplina: licetia, Christianisque dumtaxat meribus opera im-
pensè dabatur.

Quid igitur miremur hoc, veluti pietatis, & religionis
domicilium, Antistitum, vt ita dicam, officinam exti-
tisse? Plura ex ea prodierunt lumina, quæ virtutis, doctri-
naeque radijs totam illustrarunt Ecclesiam. Testis est D.
Ioannes Baptista de Azeuedo, qui huic præclarissimo An-
tisti à Cruce, & D. Michaeli Santos eius sobrino à Padæ-
gogi munere inseruit: posteaque Vallisoletanum annulum
rexit, atque generalis fidei Censoris, Indiarum Patriarchæ.
Præsidis Cætellæ manera obiit. Testis est D. Ildephon-
sus Gregorius vir eximiaæ sanctitatis, & in pauperes cle-
mentia per insignis, qui eius Provisoris munere functus,
primò in Albaracinensem Episcopum; deinde in Archie-
piscopum Cæsaraugstanum electus est. Testes sunt alij
duo ipsis Sacellani, qui Aragoniæ infulis floruerent. Tes-
tes denique sunt alia quam plurima sidera, quæ Ecclesiæ
cælo affixa, totum orbem sua luce inundarunt. Subne-
ctam postremò singulare huius Præfulis Illustrissimi elo-
gium eius virtutis argumentum omni admiratione ma-
ius. Cum onustus meritis cessit mortalitati (non laudi,
ad quam semper in omnium memoria viuet) tanta eius
sanctitatis veneratio omnium animos rapuit, vt per no-
uem dies cadaver denotioni populi frequenter ad illud
concurrentis, quin terræ mandaretur, expositum fuerit,

Postea verò, non paucis elapsis annis, aperto sepulchro, vt D. Ildephonsi Gregorij corpus in eo conderetur, adeo cœlestis prodiuit fragrantia, vt maxima circumstantium veneratione iterum clauso, eius successoris ossa ad latus fuerint reposita. O præclarum Antistitum exemplar! O prodigium sanctitatis! O eximum Christiani nominis decus! Sibi felix gratuletur Hispania, quæ huius renascentis Phæbi radios exceptit. Si bi gratuletur felicior dies illa, quæ ab hoc nitidissimo Sole, mutuata luce, resplenduit.

Cumulat huius incliti viri gloriam, quod sub eius patro-
cinio omnem virtutis, doctrinæque disciplinam ebiberit exi-
mius alter tuæ stirpis splendor, Iustissime Princeps, D. scilicet, Michael Santos Alcoresis in Palentina Ecclesia Ar-
chidiaconus; in Caſaraugustæ Inquisitione Censor fidei. Vbi
Reges Philippus Tertius & Quartus maximi momenti ne-
gotia, tunc temporis eo in regno ocurrentia, illi detulerunt.
Sarracenorum ex Aragonia depulsio eius præcipue labori, &
industria, qua eorundem patefaciēdæ rebellioni haud inglorie
incubuit, debita est. Hinc ad Solsonēses accitus infulas intra-
ctib' Catalauniae, Ruscinonis, & Cerdaniæ pro Regis, & Im-
peratoris munus communī plauſu exercuit. Militabant cum
illo singularis animi prudentia, & fortitudo, quibus præditus
gloriola edidit facinora, quæ veluti sonora buccinæ om-
nes mundi plagas eius fama impleuerunt. Et in illis præ-
cipue Prouincijs, ipsius nomen in omnium memoria ad
præconia vigeret. Præsertim se gessit strenue in expellendis
quinque grallatorum turbis, quarum contagio omnes illæ
Prouinciae erant infectæ. Interfuit Represalijs, vt aiunt, in vr-
bibus Barcinonis, Perpinnianique subortis, quas, affectis
suppicio nocentibus, magna illius tractus, vicinarumque
Prouinciarum admiratione ad pristinam tranquillitatem re-
stituit. In euentu Ripolis (vbi Regalis illius Cœnobij, totius-
que tractus benefactoris, Redemptorisq; titulo, eius memo-
riam colunt) animi sui magnitudinem, & constantiam præ-
se tulit. Cum de illius Abbatiae annuis redditibus Madri-
tensi sub titulo D. Placidi Conuentui aggregandis age-
retur, huic aggregationi, varijs de ea consultationibus ha-
bitis, Pontificijs ad id litteris munitis, magnopere resti-
tit, Rege etiam Philippo Quarto, Duce Comite de Oli-
uares, & Aragoniæ Senatu fortiter repitentibus; Be-
nedi-

medicinosisque Canonicos ad striciorum Montis Serrati disciplinam reduxit.

Nec impremitatus remansit piissimus hic, & ardentissimus zelus. Etenim peculiari huminis prouidentia Catholicissimus Rex, Dux Comes de Oliuares Regio fauore tunc præpotens, totusque Aragoniae Senatus, quib⁹ ille adeo cōstanter erat aduersatus, maximas ipsi gratias, plurimos etiā honorarios titulos detulere, quoque fraude. (timebat enim eā dignitatē humiliſ recusaturus. Adeo uirtutis, plusquam munerū honore emicuit.) Madritū adire cōpulsus, in supremi Regij Senatus caput, seu Castellg Præsidē, postquam ter enixē renuillet, promotus est. O quanta hinc pullulat æncomiorū seges! Nō solum humilibus propriæ facem abiectionis prætulit, verum ambitiosos etiā rectā honores aucupandi normā edocuit. Discant ergo, discant ambiendi modū. Fugiant, quā querunt, dignitatē, & inueniēt. Noster Michael gloriōsè renuit honoris meridiē cōscēdere, ideoq; gloriōsius cōscēdit. Cœpit ex hoc dignitatis fastigio nitidissimos integratatis, prudentiæ, iusticiæ quæ radios elaculari. Tota sibi gratulabatur curia illius luce perfusa. Sibi quoque gratulabatur Senatus, quod tot in uno homine ornamenta præclara sibi accessissent. Sibi tandem gratulabatur omnium virtutū agmen. Sapientia quippē cōfilijs publici habebat oraculū: pietas religionis, numinisque cultorē eximiū: veritas patronum: iustitia denique æquitatis arbitrum. Quæ omnia munia quanta omnī expleurerit satisfactione obuiū cuique, & peruulgare est. Quid plūrā de viro hoc illustrissimo dicam? Castellæ Prædis munus acceptare vehementer recusauit, sed accepit, veluti graue onus à se excutere, vehementius expetiuit. Nullum nō mouit lapidem, vt à politicis expeditus curis, soli animarum saluti in Granensi Ecclesia (cui illum Catholicissima Maiestas præfecrat) impeñsè vacaret. Sed in irritū tot conatus cadebat. Rex enim diceslui cōstanter pacē negabat, tantunque iustitiæ Consulem à se amandare agrē ferebat: *Quia nouerat mentem illius omni perpendiculo rectiorem esse, & sententias eius quaque regula exquisitiores.*

Ingenti premebatur dolore, eo, quod forēsibus negotijs Pralati muneri intendere impediretur, sed ardentissimus, quo flagrabat zelus, modum, quo defectū assentiæ cōpensaret, excogitauit. Præcepit itaque Æconomis, vt rescrutatis ad v̄sus suæ familie pecunij præcisē necessarijs, reliquas egenis erogarent, ita, vt vniuersaliter anni prouentus intra illum absumerentur, nec quidquā in fine anni nō absumptū reinaneret. Testati sunt post ipsius obitum hanc veritatem æconomicæ libri ratio nis, ex quibus aperte

Theod.
lib. 4. Ec
clesiast.
hist. c. 6.

6
constitit, minori quinque mensium spatio, plusquā octies mille, &
quingentos auncatos, expresso ipsius iuslū, in sola Granatensi urbe
fruile distributes. Quia propter hunc præclarissimū virū respexisse
videtur Petrus Bleensis, cum magnos Prætules Regi Anglo assi-
dentes his excusatuit verbis: *Isti eleemosynarū largitione, atque alijs*
sanctis operibus redimunt dies, quos in Curia consumserunt.

Elesens. p. 84. Ale. xand. 3. Iam ergo quid miremur tot virtutum munimine instructū, ex-
mīlū conservasse castitatis nitorem, ne minima quidem insidio-
sa voluptatis aura cōtactum? Cuius virtutis amittendæ cuicū-
que etiā leuissimæ occasione studiosissimè cauebat, adeò, vt quā-
do suo munere coactus fœminā aliquā ad sermonem erat admis-
sus, nonnullos famulos, quamdiu colloquium duraret, præsen-
tes in eodem cubiculo adstare iuberet. Tandem tot virtutū præ-
cinctus lauris, tot meritis coronatus, Præsidis Castellæ occupatio-
ne nondū relicta, iamque Cordubensis electus Antistes ex hac luce
ad æternam migravit. Aluit, & omnium bonarum artium doctri-
na imbuti alia tux familiæ sidera rutilaria, Præclarissime Dynasta.
Micuere sub tanti disciplina viri D. Michael Santos eius sobrinus,
qui in perillustri, maximoque Sanctæ Crucis Vallisoletano Athe-
næo Collega, frustrata de egregijs illius dotibus concepta spe, in-
credibili totius Collegij, totius etiā Academiæ luctu diem clausit.
D. Andreas Sanctos, Procurator Fitcalis in Inquisitionib. Cæsarist.
Augustæ Llerenæ, & Valentiæ, vbi in senatū censor fidei adscrip-
tus est. Vallisoletanus Senator, & Roscidæ Vallis Prior, vbi mor-
tem oppetiit. D. Ioannes Sanctos Cæfaris Augustæ Inquisitionis
Fiscalis promotor, Inquisitionum Llerenæsis Barcinonensis, Val-
lisoletanæ, & Toletanæ Senator, vbi simul sanctæ Toletanæ Eccle-
siæ Canonicus, & Architriclinus hodie viget. D. Andreas Sanctos
maximi S. Crucis Vallisoletani Atthenæi Collega, Instituta Cle-
mentinarum, veterisque digesti publicus Professor, Sancti Isidori
Regis Lugdonensis cæcūs perpetuus Abbas, & tandem Regalis Na-
uarensis, Vallisoletaniq; Senatus, vbi nunc splendet, Consiliator.

Tandem in huius Antistitis religiosa aula (vt illius gloriam uno
verbo cōpleteat), tua tyrocinia ætatis habuisti, Dynasta clarissi-
me, cuius vt laudes referā, quid in tuorū recensendis maiorū en-
comijs tua inter elogia necessarij repetendis calamum fatigo?
Plures clarissimos familiae tua viros omittā, qui eminerent, nre-
cum componerentur. Quæcumque enim ornamenta.

Sparguntur in omnes.

*In te mista flunt, & que diuisa beatas. Et lata sunt in
Efficiunt, collecta tenes.*

Viz.

Vix dum firmiores attrigisti annos, cum viuidum genium, & ad strenua propensum iuuentutis otium indignantiter tulit. Anteuerat etatis moras virtutis ardor, & altè insita fama: cupidus viris generosè præuenit. Mineruæ castris nomen extemplo dedisti. Ingressus itaque Iurisprudentia campum idoneam reperisti aridètum discendi studio materiem; promicare cœpit acutissima tui ingenij acies, & inexplebiles memorie tuz sinus pulchra eruditio: is amanitatem locum pletari. Prima in pulucre litterario rudimenta non tam certamina, quā triumphi suere; nouere te gymnasia prius victorem, quā militem, & prius pallias tua tempora præcinxit lauro, quā telo dextram armavit. Cōgratulabatur tibi, & plaudebat tota Academia, cui humanitatis dulcedine, proficiendi diligentia, in gymnis, certaminibusque assiduitate, cunctarum demum virtutum exercitatione prælueebas.

Tot meritorum fama inclytum, quo d' tibi Astræa adscripterat nomen, sonora buccina Salmantica claxit. Ingens auditas tui perillustre Ovetense Collegium æquè sapientia, ac nobilitate maximum incelsit. Itaque ne, quod maximū erat, maximo ornamento careret, te, ut eius nomē augeres, ex Siguntino D' Antoni; Collegio (hoc inter alios præstatiissimo titulo, quod illius togā cōdecoraueris) nobilissimo, acciuit. Inter Collegas anaumeratus non solum illorū, verū totius etiā ciuitatis, & Academiæ animos suauissimis tuæ affabilitatis lauacris tibi deuinxit, atq; in publicis, priuatissq; actionib; litterariis gloriatos cōcitasū plausus, quib; nō modo tuo Collegio præstatiissimā gloriā, sed & reliquis maximis illius florentissimè Academię Collegijs inuidiā maximam peperit.

Nec diu licuit scholæ tua perfaci præsentia. Etenim diffusiore tua merita sphæra ambiebant. Incredibili ergo Academiæ dolore, quod tam eximio orbaretur splendore, vocauit te Palentia Ecclesia. Magistrisq; dignitate Canonicatus affecit. Hinc ad Mardonenses infulas (quas modestia tua admittere recusauit) deindeque ad Abderenses accirus es. Sed Pōtificijs litteris nondū Roma expeditis, Catholicissimus Rex Philippus Quartus, tum meritis tuis, tum memoria illius nunquam satis lauandī viri D. Michaelis Sanctos tui patrui (cui Rex ipse, cum ad Castellæ clauum federet, plurimū suæ gratiæ detulerat) tum pietatis demum officijs, quæ in tuos exercebas, exercitusq; sperabaris, cōmotus, ad Legionensis annulū Ecclesit regendū euexit. Sed quid in his, quæ minus te condecorant, recēlendis immoror? Maiora me vocat.

Nihil antiquius tibi, quā benefacere. Tecum ora tecum adolevit beneficentia, nec potest ultra incrementum recipere. Quare

8

verè tibi aptantur verba D. Bernardi cum Eugenio sic loquēntis:

D. Ber. Orbe exēundū est, qui explorare voluerit, quæ ad tuam non pertinent
de consi- curam. Clarius luce meridiana est te largis subsidijs, eis, quos tibi
der. lib. aliquo nexus natura coniunxit, subuenisse. Neq; in hoc major tuæ
laus liberalitatis resplendet. Ad alienos etiā ignotos, & à te procul
absentes manū porrigit misericordiæ tuæ pietas. Quapropter de
te postera prædicabit atas: *Lacrymas tergebat illorum, quoru oculos*
S:don. *nunquam viderat quia non minus absentium querimonia, quā presen-*
Apollin. *tium tangebatur verecunda. Quare amabatur, laudabatur, desidera-*
libr. 6. *batur, excusatatur omniū, qui illum vel à longe nouerat, pectoribus,*
cap. 9. *rotisque. Descēdamus ad singularia clemētia tuę monimēta Cū*
Legionensibus floreres infulis, videbantur anni Pontifici reddi-
tus vix posse sufficere expensis, quibus in Academij Cōplutensi,
& Salmanticensi ingentē scholasticorū numerū quotannis alebas.
Quid? Coarctabat ne tuā magnificētiā insignia hec pietatis opera?
Minimè quidē. Eodē nāque tē pore in urbe ipla Legione, ceteris-
que illi⁹ diœcesis oppidis adeo incredibilē pecuniariū summā pios
In usus effundebas, vt meritò dubitaretur, an annos superaret
prouentus? Cōstruebas ædificia, ædesque sacras. Tām intra, quām
extrā oppida constructas eximijs ornamentijs, vt decenter lacra
perageretur, donabas, egenorū minimè oblitus, quibus sic prospic-
ciebas, quasi huic yni curæ incumberes. Alijs vestiū; alijs frumēti,
cibique, alijs pecuniæ, prout cuiusque indigentia exigebat, copio-
sa subsidia erogabas. Audi Paulinū de te sic scribentē: *Tu pauperi-.*
Paulin. *bus ager fertilis: tu fundis es fructuosus, & illi vicissim ribi locuples,*
epist. 32. *& pretiosa possessio sunt. Te filijs suis præferunt, & pro te prius, quam*
dese quisque sollicitus aut cum sua, ant ante suam salutem orat tuam;
non sui negligentes; sed amore translato in te, quisque se diligit, & tuā
vitam suę vitæ precatur; quia tuus fructus illorum vita est, & diui-
titia tua illorum opes, & paupertates tua illorum duitiae.

Promoueamus gradū ad alias nō minori laude dignas elargi-
tiones. Ecclesiā ipsam Cathedralē pretiosissimis s̄xp̄ muneribus
locupletasti; cumq; Legione Siguntiā proficereris, omnes pro-
uentus annis præteritis eo vique defluxos illi donasti, ita vt pecu-
nia ad iter cōmodatō quæsita, magno oppreslus ære alieno Sigun-
tiam peruerteris. Auxili, o Princeps Magnanime, misericordiæ
leges. Didicerunt ex te quid posteros Præsules edoceant. Fortu-
nati illi, si tua premant vestigia. Iam verò cum Episcopalē perlustrares
Provinciā, quę, & quāta opera, præstantissima tua pietatis
argumenta nō præstisti? Ter ipse, nō per Vicarios, tota sacræ Se-
dis orbitā lustrasti. Tē poris inclementijs expositus itinera aggredi-
die.

diebaris, asperitate locorū per spatia haud exigua pedibꝫ incedere coactus. Enixè conabatur Dæmō tuos retardare gressus, vt pote tā iniuriosissimi, quā ouibꝫ tuis proficuos. Nihil nō tetabat; vt te à capta via terroreret, passimq; mille vitæ periculis obuiā tibi procedebat; quæ tu gloriose ad ortus, gloriōsius, & quidē sapere non sine miraculo, vt credebat, superabas. O verū Præulen! Qui nulli parcebas labori, difficultati, dilectioni, vt tuarū saluti ouiu consuleres, vt cōmodū illis cederes, vt earū vitā incoluniem seruares.

Quotquot vestigio sacrabas oppida, tota fese in planus effundebant. Sed quid mirum? Sentiebant equidem misericordiæ tuae aduentare imbre ea omni felicitate inundaturum. Sentiebant exoriri solē radiantibus suæ sanctitatis, doctrinæque sagittis alte animis insidentiū errorum tenebras, caliginosamque Orthodoxæ religionis ignorantiā depulsurū. Sol eras, siquidem Christiana luce omnium mentibus afflgebas. Postquam enim confirmationis Sacramentū administraveras, rudem ætatem sacris nostræ fidei rudimentis palam erudiebas, omnesque ad rectam morum disciplinā exhortabar. Imber eras, quando quidē quæcumque tua præsentia beabas, loca beneficijs tuis, veluti coelesti pluuiā fæcundabantur. Etenim quæ templa, quæ facella, quæ Xenodochia, quæ misericorū tuguria hominū misericordiæ tuae largitatē, non participarunt? Singulis, pecunię, aliarumq; clargitione rerum succurrebas. Ecclesijs ad cultū ornatumque necessaria prouideri curabas, proprijs expensis solui, prout Ecclesiārum indigentia expostulabat, præcipiens. Ex hac Pastorali solicitudine proueniebat, nullum tuæ diœcesis, quamvis latissimæ, angulum, tuæ clemētiæ oculos subterfugere, qui tuis ouibus semper erant intēti, vt in occasione presto remedio esissent. Tot inter piecatis opera quoddā fundasti Collegiū, vbi aelerentur, & virtute excolerentur pueri, qui in Cathedralis Ecclesiæ choro diuinis celebrandis officijs interest, Collegioque seminario duodecim alios adieciſtu pueros, qui eidem Ecclesiæ inseruiren̄t.

Hæc omnia maiori cum laude in Sigūtina Diœcesi perseque-
ris, cuius annulum in prælenti felicissime regis. Omne superant
magnitudinē, vincunt numerū, admirationēque transcendunt,
quos vnius spatio triennij, ex quo videlicet ad Siguntinā euectus
es sellam, tua liberalitas edidit, foctus. In ipsa vrbe Siguntia, denuo
à te iuxta Tridentinū perillustre fundatū est Collégium, in quo
vnum supra triginta pueros, qui Ecclesiæ ad cultū diuinum admi-
nistrent, Sacellanosque, & Pædagogos, qui eos omni virtutis, op-
timæque litteraturæ genere imbuant, alimentis sustentas. Nobis

lissimū deinde, maximumque D. Antonij Collegiū antea longe
ab vrbe conditū, in vrbecm ipsam inducis, donecque à fundamen-
tis erigis. Cui Collegio proximū ædificatur fratre D. Hieronymi
Collegiū, in cuius structura decē millia ducatorū impendis; atque
in hoc eodem Collegio, quandā Philosophiæ Cathedram, quæ ad
perfectā illius Academię pulchritudinem deficiebat, copiosis do-
tata mē redditibus instituis. O immensam munificētiā! Quid de
te, celissime Princeps, dicā? Id vñū dumtaxat; ar verè dicā. Qui
vibes cōdidere, Pyramides, Mausolea, magna quidē moliti sunt;
at paucis post sēculis peritura. Tu verò, qui hoc per insigne Colle-
gium construis: *Monumentum erigis ære perennius*, quod nec imber
edax, aut Aquilo impotens possit diruere, aut innumerabilis annerū
series, & fuga temporū. Etenim tam et si structura ista, quæ cœlum
emulatur, humanis collabi casibus poterit, quamdiu tamē humi-
nis perennabit imperium, tamdiu fundatrix huius operis mani-
ficiencia, tum tibi fundatori, tum vniuerso Sanctorū, Risobaramq;
nomini decus nunquam interit urum pariet.

Florat. lib. 3. Quid si te memorié iuuentutis studia promouentē? Verius san-
Plin. in panegy. ad Trai. de te dicam, quod de suo Traiano protulit Plinius. Quid vitæ, in-
quit, quod mores iuuentutis, quam principaliter informas? Quem ho-
norem dicendi Magistris, quam dignationē sapientie Doctribus ha-
bes? Sub te spiritum, & sanguinem, & patriam receperunt studia. Tu
artes in cōplexu, oculis, auribus habes: præstas enim quæcumque præ-
cipiunt, tantūque illas diligis quantū ab illis probaris. In genitē nā-
que famulorū multitudinē, Magistrosque, qui eos non solū Grā-
maticā, verum prima etiam litterarū elementa edoceant, in ipso
tuo sacro Palatio alis Grāmaticæ deinde transacto curriculo, eos
ad Vniuersitates Cōplutensem, Salmantensemq; ut potiori lit-
teratura informantur, proprijs expensis mittis, ibique ea magnifi-
centia, quæ tuā decet Illustrissimam, totiusque admiratione vni-
uersi vltrā quadraginta sustentas. Vliterius le extendit zelus tuus
ardentissimus. Transacto enim tēpore, quo in academijs littera-
rio studio vacatur, eos in tuū Palatiū reuocas, cogisq; bis saltem
in septimana, donec Academicus cursus adueniat, litteraria inire
certamina, ita vt, qui alicuius facultatis primordia non sunt p:æ-
tergreisi, sub presidio in eadē provectioni facultate publicas the-
ses sustineant. Quibus congressibus interes omnes tua præsentia
stimulans, præmijque, ac muneribus dignos afficiens. Nec mino-
ri diligentia, illorum in vita integrati, quā in doctrina progressui
intendis. Quod haud leuiter manifestū sit ex eo, quod in ipsorum
consortio probatissimæ virtutis viros Salmanticā, Cōplutumq;
mit-

mittis, qui eos in recta viuendi disciplina cōtineant, tequē de singulorū in cōribus, frequētibus litteris certiorē faciant. Nec in aiori erga virtuti deditos, quam erga prauis imbutos moribus rigore afficeris. Hos, si prius amore paterno admoniti ad rectitudinis normam non cōponantur, licet sint tibi stricto sanguinis vinculo n̄xi, ex tua familia eijcīs, quin ad redditū vlla prece p̄ sis exorari; illos vero cordi tenes affixos, donis, munerib⁹ s̄q̄e cumulas.

Hinc quis non dicat Palatiū tuū sacrarū religionis esse ad cultū Numinis illustrandū; Asylū pauperum, quo se se recipiunt, vt durā indigentiae seruitutē excutiant; Ariū liberaliū Athenātū, vbi litteris ingenuis, morūque disciplina excoluntur ingenia eorū, qui lacra in Ecclesia Christi munera administrent, qui magistratus in re publica gerāt; qui suggesta in tēplis, Cathedras in Academijs illustrarent? Quis neget armamentariū esse virtutū, quibus iuuentus ad vitia extingueda m̄struitur. Palæstrā pugilū varia armatura vmbritili in arena se se exercentiū, vt in sole, & puluerē aduersus virtutis, ac disciplinæ Christianæ aduersarios prodeant? Experitur iā Hispania, rota experitur Ecclesia hos liberalitatis tuę fructus. Illustrissime Pr̄sul. Prodeūt enim ē domo tua innumerī viri doctissimi, & honostissimi toti inuidendi orbi, quod de Bessarione pr̄cipuo loco cōmendabat quidā Panegyrista Gallus: *Hec tamen, inquit, Bessarionis sit pr̄cipua laus, quod suis non religione tantum, & moribus ad bene viuendum instituit; verū etiam litteratura, eruditio ne, & doctrinā ita imbuit, vt inde, quemadmodū quotidie cernimus, multi, & quidem docti, rānquam ex equo Troiano continuè prodeant.*

Prodierunt ergo ex pletatis tuę schola D. Toribius Sātos maximī in Salmātica Academia Ovetēsis Collegij alumnus, institutæ, codicisq; publicus professor, atq; ad primā legū Cathedrā substitutus, Saldaniæ Archidiacon⁹ in Ecclesia Legionēsi dignitas; atq; in Granatēsi Senatu, vbi hodie residet, iōgenius hominibus Pr̄fectus. D. Laurētius Sātos, eiusdē Collegij togatus, Institutę, Codicis, voluminis, veterisq; digesti publicus Doctor, atq; in pr̄senti in Regio Hispalensi Conuentu Senator, cuius dotes Salmātica, Hispalisq; maximo plausu venerātur, D. Mathias Sātos S. Guillelmi Abbas, in Legionēsi Ecclesia dignitas, tuę Illustissimæ in Legionēsi, Siguntinaq; Diocesi Prouisor, quē virtus, sapiētiaque ad Murtianæ Inquisitionis Promotorē Fiscale promouerunt. D. Didacus de Nauia in maximo S. Crucis, Vallisoletanoque Athenæo Collega, publicus Institutæ Professor, hodieq; Carquēsis Senator. D. Antolin Sātos maximi D. Autonij Siḡ int̄ni Collegij, Salmāti censuq; Archiepiscopai de cus, & nunc Legi, pensis Ecclesiar̄ Ca-

12
nonicus Magistralis. D. Michael Correas maximi Diui Ildephosi Cöplutensis Collegij splendor, Siguntinæ Ecclesiæ Canonicus Magistralis, atq; illius Academiæ primarius Theologiae Professor, D. Ildephosus Sätos maximi Ouetësis Collegij ornamëtū. D. Ioannes Sätos Salmaticensis Archiepiscopæ Collegij togatus, D. Michael Santos, D. Ildephosi, Laurentij, & Ioannis Sätos frater, qui hodie tui Prouisoris munere fungitur. D. Ildephosus Martinez de Risoba Vallisoletani S. Crucis Collegij gloria. D. Ioannes de la Guardia Astorcensis Ecclesiæ, vbi è viuis decessit, Canonicus ciuilium eiusdë Ecclesiæ causarū decisor. D. Ioannes Ramirius ab Arellano, Regi Vallisoletani Senatus Relator; atque in præsenti Regij Cruciatæ Senatus Consiliator. Tres alij Legionensis Ecclesiæ Canonici: tres alij Collegæ, plures Religiosi, qui maxima in sua Religione honoris fastigia occupant. Hi omnes, & innumeri alij, quos breuitatis ergo prætermitto, è scholæ tuaæ cœlo prodierunt, veluti splendidissimi Phæbi, qui Hispaniam, Ecclesiæ, totumque orbem sapientiaæ sanctitatisque radijs illustant.

Hucusq; magnificetia tua calamū occupauit. Sero ad reliquarū virtutū laudes accedo, quas satius existimo prætermittere, quam breui cōplecti, quæ annales integros exposcunt. Nō tamē prætribo verba, quibus Nazianzenus virtutes tuas ad cōpendiu redegitte videtur: *Vita*, inquit, *sublimis erat, verū animo humilis*; atq; ega orat. 22 *quidē virtute, ut nemo ad eā aspirare posset; ceterū ea comitate, ut ad de A- eius congressū facilis omnibus aditus pateret, ad miserationē prop̄sūs; than.* sermone iucundus; moribus iucundior; facie Angelicus animo magis Angelicus; increpatio paternā charitatē, & laudatio imperio digna gravitate obtineret, utraque vero sapietiae laude cōsequeretur. Velle quidē tuā humanitatē, qua omnīu voluntates, quasi aureis amotis vinculis captiuas detines; velle eximiū tuæ castitatis splendorē, ne mihi mā quidē labecula tenebris offuscatur; velle singularē tam in rebus aduersis, quam ad votum fluentibus animi tui & qualitatē, velle tuam in immunitate Ecclesiæ defensanda constan- tiam; velle denique singulas virtutes tuas prosequi.

Singula complecti cuperem; sed denique restat.

Gestorum series, laudumque sequentibus undis

Obruitur.

Coronet tuas laudes laudabilis illa virtus, qua reliquas coronas, obseruatiissimū scilicet studiū, quo reb⁹ religionis incubis. Hæc tibi antiquior cura. Reliqua, quæ ad inferiorē rerū ordinē pertinet, suū, id est, posteriorē apud te locū habet. Nihil in aula, nihil in populorū frequētia est, cui vel ad breue permiseris & extinguere, aut remit-

mittere possit studia, quibus & propriam, & alienam perfe-
ctionem intendis. Ita diuinis assiduis es, quasi non interesies
rebus publicis; ita homine maior, vt fere non te occupent ea,
quibus ingenia hominum egrè sufficiunt. Difficiliora utique
in te videntur. Recta semper pietatis via pertransis mune-
rum, & honorum scopulos, quin paisionum illa tempestas
curtus rectitudinem flectat. Ea mentis puritate, ea lanctitate
afflectus publica negotia fiunt, vt eiusdem meriti haberi pos-
sit amor, quo afficeris erga Deum, dum oras, & felicitudo,
qua alienarum rerum satagis, dum orationem relinquis. To-
tam Pontificiam sedem lustrare minimè contentus, per om-
nia illius oppida viros mittis Apostolicos ex nostra Societate
(hoc tibi inter alia quam plurima beneficia debet societas,
quod eius filijs tuarum ouium curam commendes) qui cœ-
lestis verbi semen in omnium animis spargant, eosque omni-
bus ad salutem necessarijs instruant.


Tuas hucusque laudes hucusque rudi, ac barbaro stylo at-
tigi, quarum minuitem gloriam, si ab humili oratione pen-
deret. Sed vt suo Origini dixit Neocesariensis Episcopus.

*Tua quidem omnia nec minui possunt, nec contumeliam pati. ò cha-
rum caput meum? vel diuina potius, que in se ipsis, qualia sunt, Taumat.
immota permanent, nihilque ab humili, & indigna oratione no- in paneg.
stra labefactantur. Solum restat, vt fauoribus tuis opus hoc de Orig.
multis de titulis ad tui patrocinij sacrarium aduolans exci-
pias. Vale, Illusterrime Princeps, quem plurimum preces, vo-
taque quamdiutissimè viuere desiderant.*

ILLVSTRISSIMÆ ADMODVM IN CHRISTO DOMINATIONIS TVÆ.

Minimus seruus, & filius

Gaspar de Ribadeneira.





TRACTATVS DE SCIENTIA DEI.

GVNT Hac de re Mag. sent. in 1. dist. 35. 38. & 39. S. Th. ibi, & in alijs locis, præcipue 1. p. q. 14. Quibus in locis ipsorum interpretes. Nos primo agemus de existentia diuinæ scientiæ. Secundò, de natura ipsius præcindendo ab hoc, vel illo determinato obiecto. Tertiò, comparabimus illam cum Deo, vt obiecto. Quartò, cum creaturis possibilibus. Quintò, cum futuris absolutis. Sexto, cum decretis æternis Dei. Septimò, cum futuris conditionatis. Octauò, cum non existentibus, quæ possunt existere. Demum cum impossibilibus.

DISPVT. I.

Existentia scientiæ diuinæ.

SCIENTIA in præsentij est notitia certa, & euidens alicuius veritatis excludens imperfectiones scientiæ creatæ, nempe accidentis, qualitatis, dependentiæ à causis efficiente, & materiali,
&c.

CAPIT. I.
Lumine fidei, & rationis constat existentia diuinæ scientiæ.

I Dico primo. De fide est existentia diuinæ scientiæ. Probatur, illud est de fide, quod Deus testatur, & aliunde nihil prohibet, quoniam credatur propter hoc testimonium. Atqui Deus testatur suam scientiæ; & aliundè nihil prohibet quominus existentia eius scientia credatur propter tale testimonium: ergo existentia scientiæ diuinæ de fide est. Maior, & consequentia

tia patent, etiamque minor, quoad secundam partem. Nam semel eo testimonio posito, nullum im pecumentum assignabitur, ut propter illud credatur obiectum dictum. Quoad primam partem constat eadem minor. Nam, ut optimè Dionis. cap. 7. de diu. nomin. in medio: *Deum scire omnia scripta diuina tradunt, nihilque fugere diuinam scientiam.* Esther 14. *Domine, qui habes omnium scientiam.* Psalm. 146. *Sapientia eius non est numerus.* Psalm. 138. *Tu cognovisti omnia nouissima, & antiqua.* Proverb. 3. *Dominus sapiētia fundauit terram.* Ad Rom. 11. *O altitudo diuinarum sapientiæ, & scientiæ Dei.*

2. Obijcies. Frustra congerūtur testimonia Dei, ut probetur attingi per fidem diuinam scientiæ diuinæ existentiam. Nam existentia Scientiæ Dei non attingitur per fidem diuinam, tanquam obiectum materiale creditum; sed tanquam motiuum formale credendi. At testimonium diuinum alicuius veritatis, licet requiratur ad attingendam per fidem diuinam veritatem, quæ attingitur tanquam obiectum materiale creditum; non tamen ad attingendum obiectum, quod attingitur tanquam motiuum formale credendi, ut in tract. de Fide fert communior opinio: ergo frustra congeruntur præallegata testimonia Dei. Maioris prima pars, quæ sola difficultis est, proba-

tur. Illud attingitur per fidem diuinam tanquam obiectum materiale creditum, cui præbemus assentum, quia testatur illud Deus summi sapiens, ideoque non potens falli; summèque verax, ideoque non potens fallere: non autem possumus hoc modo præbere assensum existentiæ sapientiæ diuinæ. Nam alioqui præberemus assensum existentiæ sapientiæ diuinæ, quia Deus summa sapientia instruens testatur se habere sapientiam: hoc autem est impossibile. Nam ex parte motuui ad credendum existere scientiam in Deo non potest ingredi ipsa scientia Dei: quippe scientia Dei non est magis nota, quam ipsa scientia Dei: motiuumque fidei debet esse notius, quam obiectum creditum propter tale motiuum. Nam medio motuuo fidei potest fidelis suadere infideli, ut credat obiectum materiale fidei. Quis autem media veritate, quæ tam ignota est, ac veritas persuadenda, veritatem hanc suadeat?

3. Ex dicendis tract. de Fide, distinguendæ sunt duæ veritates se tenentes ex parte Dei, quæ possunt esse meritum fidei diuinæ. Prima est hæc: *Deus cognoscit rem, ut est in se, & non aliter eam testatur, quam ut cognoseit.* Hæc veritas coniuncta cum testimonio Dei dicentis, v. g. se esse trinum, potest proculdubio intellectum inducere, ut credat Trinitatem. Secunda veritas est hæc. *Si Deus ali-*

aliquid testatur, est illud prout ipse testatur. Hæc enim veritas cōiuncta cum testimonio Dei de Trinitate, potest, non minus, quam prior persuadere Trinitatem. Si enim Deus testari nequit existere Trinitatem, nisi ea existat, Trinitatemque testatur, plaus fit, Trinitatem existere. At inter iudicium prioris, & posterioris veritatis, hoc intereat: quod iudicium prioris veritatis est iudicium absolutum de existentia scientiæ diuinæ excludens iudicium negans eam existentiā. At iudicium posterioris veritatis est iudicium, aut cōditionatum de re sub hypothesi, quod eā Deus testetur; aut absolutum de existentiæ necessitatibus in Deo ad hoc ut res detur tali, vel tali modo, si tali, vel tali modo dari testetur Deus.

4 Hinc non est difficilis solutio argumenti positi num. 2. Dicendū enim est. Quamuis prior veritas, ex assignatis num. 3. non constituat motiuū fidei inducens intellectum, vt credat existentiam scientiæ diuinæ; posterior tamen veritas potest optimè constitutere tale motiuū. Nam, ut existentiā scientiæ diuinæ persuadeamus neganti ipsam, assumere possumus hanc veritatem: *Si Deus testatur se habere scientiam, illa habet, cui veritati, tanquā sibi notiori, quam scientia Dei, potest assentiri ille etiam, qui negat existere scientiam*

tiā in Deo: quo assensu iam præstito, adducendus est argumentis credibilitatis fidei, vt iudicet Deum dicere, se habere scientiā: quo tandem adducetur, vt eam scientiam existere credat. Quod si quis tam insanémentis fuerit, vt non solum iudicet nō existere scientiam in Deo; sed etiam posse Deum esse falsum testem, certè, vt adducatur iste ad credendum existere scientiam in Deo, non erit ipsi immediate persuadendum dicere Deum, se habere scientiam; sed prius cogendus erit ex principijs lumine naturæ notis, vt iudicet, Deum nihil posse dicere, nisi hoc ipsum infallibiliter sit.

5 Dico secundò. De fide est, posse homines assequi ratione naturali existentiā scientiæ Dei. Hanc conclusionem expressius, quam alij tradidit Mag. Albiz disp. 1. de scientia sc̄t. 2. concl. 5. P. Herice de scientia disp. 1. cap. 3. n. 17. Ex quibus probatur primò. Quia de fide est, homines ratione naturali Deum assequi cognitione sufficiente, vt ipsam offendant. At hoc ipsum est assequi Deum, vt cognitione præditum: ergo. Minor patet. Quia non est aliud cognosci Deum, vt peccatis offendendum, quam vt talem, qui ex cognitione malitiae displaceat in peccatis: hoc autem est assequi Deum, vt cognitione præditum. Legatur Paul. ad Rom. 1. Probatur secundò,

de fide est, homines posse ratione naturali Deum assequi, ut ipsorum artificem, vt constat ex sapientiae 13. illis verbis: *De ijs, quæ ridentur bona non potuerunt intelligere cum, qui verè est, neque operibus attendentes agnouerunt, quis esset eorum artifex.* At Deū assequi, vt artificem, est ipsum assequi, vt cognitione præditū, quādoquidem ars est certa, euīdens, & practica notitia facendorum: ergo de fide est homines posse ratione naturali Deū assequi, vt cognitione præditum.

6 Dico tertio. Lumine nature est euīdens existentia scientiæ diuinæ. Pluribus enim rationibus potest euīdenter probari. Primo, quia inscius, qua inscius est imperfectus: cum igitur Deus sit summè perfectus, nō inscius; sed sciens erit. Secundo. Nam, vt bene Ægid. Roman. in 1. dist. 35. q. 1. in 1. arg. Sed contra, plurima sunt prædicata, quæ manifeste cōueniunt Deo; suntque necessario cum cognitione coniuncta, v. g. perfectissimum dominium omnium rerum, pluri-mæ virtutes morales, liberalitas, beneficētia, misericordia, virtus remunerativa meriti, castigativa delicti, & a. i. a. Tertio. Nam, vt optimè Durand. cum Deus sit perfectissima creaturarum causa, operatur ipsas per intellectum, ne alioquin ignoret, quid faciat, etiamque per voluntatē, vt ex intentione finis operetur.

Quis enim deliret creature ex-cidere à Deo nesciente quid faciat, & ex nullō fine operante? Quarto. Nam, vt egregie regius vates Psalm. 93. v. 9. *Qui plantauit aurem non audiet, & qui fixit oculum non considerat?* &c. ac si diceret, ait Genebrardus. Impossibile est, vt qui dedit facultatem, audiēdi cernēdi, & cognoscendi hominibus, eoque homines docet scientiam, ipse res humanas non cognoscat. Quonodo enim Deus erit perfectissima, & adēquatiissima causa, nō solum vnius, vel alterius creature intellectualis; sed omnium, si ipse Deus intellectualitate caret?

7 Quinto. Nam, vt acutè Mar-sil. in 1. fent. q. 3. 8. art. 1. concl. 1. Causæ naturales determinātur à Deo quoad indiuiduationē. Unde Deus eligit productionēvnius effectus præ alio, quod sine notitia ipsorum effectuū non constat. Superiora confirmātur primo. Nam, vt notat 1. Th. lib. 1. contra gent. cap. 44. post Dionis. de diuina. nomin. cap. 12. propè mediū. Clem. Alex. lib. 1. Strom. fine. Damasc. lib. 1. fidei cap. 12. in medio Athanas. & alios Patres apud nostrū Ruiz in exhausta eruditio-nis virū disp. 1. de sc̄ientia fect. 1. Veritas h̄ec adeò apud homines inualuit, vt ab intelligēdo, nomē Deo imposuerint. Nā *Theos*, quod secundūm Gr̄ecos, Deū significat dicitur à *Theoste*, quod est cōsiderare, vel videre. Con-

Confirmatur secundò. Nam, ut testatur Aug. serm. 2. in Psalm. 113. stultissimi gentium ligna, & lapides tanquam Deos colentes; manifeste putarunt viuum habitatorem ibi delitescere. Simulachris autem eam vitam adscribeant, quæ idonea esset, ut precibus, & sacrificijs flecterentur, cuiusmodi vita non potest non esse intellectuālis. Igitu. haec tamen nō adeo excreuit stultitia, ut deitatem ab intellectualitate separabilem effutuerit. Demū. Quis dubitet de summa felicitate Dei? At hæc felicitas sine delegatione non constat: neque delectatio sine cognitione. Sicut ergo necesse est Deum esse summam felicem, ita & cognoscētem.

8 Obijcies. De ratione intelligentis est producere Verbum. At nequit Deus lumine naturali evidenter cognosci, ut producens Verbi: ergo neque ut intellectiuus. Cōsequentia patet, minorq; cōstat ex tract. de Trinitate. Maior probatur: quia omne intelligens creatum producit Verbum: ergo signū est, de ratione intelligentis esse producere Verbum. Negatur maior. Nam de ratione intelligentis, præcisè quatenus intelligentis, non est producere Verbum; sed tantum percipere repräsentatiū obiectū, siue cognitione idētificata cum cognoscēte, & cōsequenter improducta ab ipso; siue cognitione-

ne distincta à cognoscēte. Quod si creatū intelligens non aliter de facto intelligit, quāni producēdo in se Verbū formale repräsentatiū obiectū, ideo est, quia non intelligit per repräsentationem identificatā cum ipso intelligēte sicut Deus; sed per productā ab ipso: Verbū autē non est aliud, quām terminus ad repräsentandum productus. Dixi: de facto, ut in sua probabilitate relinquā tentiā pluriū existimantiū cum Scotistis posse subiectū intelligere per intellectiōnem, quæ non producatur ab ipso; sed tantum imprimatur ipsi à Deo.

9 Vrgebis. Si non esset de ratione intelligentis quatenus intelligentis coniungi cum productione Verbi, non esset cur datur in diuinis productio Verbi. Cum igitur de fide sit, dari in diuinis productionē Verbi, fatendum est, de ratione intelligentis, quatenus intelligentis esse cōiungi cum productione Verbi. Negatur antecedens. Quapropter, non ideo datur in diuinis productio Verbi, quia sit de ratione intelligentis, ut sic coniungi cum productione Verbi; sed quia diuina intellectio, quia perfectissima est, petit, quod in una persona sit cum perfectissima fecunditate cōmunicatiua ipsius alteri personæ per veram huius alterius personæ productionem. De quo plura tract. de Trinitate.

10 Sed contrà vrgebis secùdò, non solum est euidens ratio-
ne naturali dari in Deo intellec-
tionem ; sed etiam dari perfe-
ctissimam intellectiōnē: euidens
enī est, omne existens in Deo
reperi in ipso quoad summum
gradum perfectionis. At iuxta
solutionem datam , de ratione
perfectissimæ intellectiōnis est
cōiungi cum productione Ver-
bi: ergo euidens est ratione natu-
rali dari in diuinis productionē
Verbi: hoc autem est absurdum,
quod declinare contendimus.
Respondetur. Distinguo maiore-
rem. Sub terminis intellectiōnis
perfectissimæ; concedo maiorē;
sub terminis clare exprimenti-
bus singula requisita necessaria
ad eam perfectionem summā,
nego maiorem. Ad cuius proba-
tionē similiter dicatur , euidens
esse ratione naturali, omne exi-
stens in Deo reperi in ipso in-
summa perfectione , euidentia
contenta intra hos terminos:
*Omne diuinum est summè per-
fictum;* non tamen euidentia cla-
re expressiua singulorum , quæ
ad summam perfectionem re-
quiruntur. Deinde distinguo mi-
norē. De ratione perfectissimæ
intellectiōnis, &c. sumptæ ex
parte obiecti concedo minorē;
sumptæ respectuē ad quoslibet
terminos , quibus significetur,
nego minorem : ac denique ne-
go consequentiam.

11. Itaque nobis est euidens.

ratione naturali propositio, quæ
sub his terminis clauditur. Datur
in Deo intellectio perfectissima, &
consequenter nobis est In genere
euidens , dati in Deo quæcumq;
ex parte obiecti re ipsa sumpti
requiruntur ad summam perfe-
ctionem intellectiōnis: cum quo
stat obscurum esse ratione natu-
rali quānam singillatim requirā-
tur ad summam perfectionem
intellectiōnis. Sicut nobis est eui-
dens lumine naturæ, in Deo esse
quidquid requiritur ad volendū
liberē; & tamen obscurissimum
est, & innumeris opinionibus
subiectum, quid expresse, & sin-
gillatim requiratur. Vnde, quā-
uis nobis sit euidens ; diuinā in-
tellectiōnem esse perfectissimā,
idque inuoluat ex parte obiecti
coniunctionem ipsius cum fœ-
cunditate ad productionē Ver-
bi; cum hoc tamē stat, nobis esse
obscurissimam eam fœcunditatem
sub expresso , & distincto
cōceptu ipsius. Et ratio est. Nam
ea fœcunditas ad producendam
personam in esentia eam dem,
& in personalitate distinctā, adeo
videtur opposita principijs, quæ
lumine naturæ videntur euidē-
tia, vt intellectus suæ luci relicitus
non posset non maximè dubitare,
an ea fœcunditas sit realis per-
fectio, vel potū aliquid chym-
ericum; immo iudicaret hoc secun-
dūm, nisi luce supernæ fidei
coerceretur. De quo plu-
rā tract. citato..

CAP.

CAP. II.

An ex immaterialitate bene probetur Deum esse intellectuum?

S. PRIMVS.

Probatio cognoscitui ex immateriali proponitur, excludunturque nonnulla.

12 D Ius Thomas. 1. p. q. 14. art. 1. & 1. sent. distin. 35. q. 1. art. 1. & 1. contra gent. cap. 44. & de veritate q. 2. art. 2. & opusc. 3. cap. 28. & 35. probat Deum esse intellectuum, quia est immaterialis. Nam substantia summe immaterialis est summe intellectualis. Sed Deus est substantia summe immaterialis: ergo summe intellectualis. Minor, & cōsequētia constant. Maior probatur primo. Quia vis intelligendi stat in quadam amplitudine substantiae cognoscētis, per quam amplitudinem capax sit, ut nō sifstat intra se praeceſe, sed fiat repræsentatiue cætera entia: & ideo Arist. 3. de Anima cap. 8. dixit, animam esse quodammodo omnia. Sicut igitur rerum coarctatio sumitur à materia; sic huiusmodi amplitudo constituens vim intelligendi sumetur ex immaterialitate, & consequētè substantia summe immaterialis erit summe intellectualis. Probatur secundò eadem maior. Nam im-

materialitas est mēſura cognoscituitatis: ergo summe immateriale est summe cognoscituum. Antecedens probatur. Nam forma bruti est cognoscitua, quia est immaterialior, quam forma plantæ, & aliæ non sensitivæ. Item anima rationalis est perfectius cognoscitua, quam forma bruti, & Angelus perfectius cognoscitius, quam anima rationalis, & Deus perfectius quam Angelus, quoniam anima rationalis, Angelus, & Deus sunt immaterialiores, quam ea cognoscitua, cum quibus ipsos comparauimus: ergo signum est, immaterialitatem esse menſuram cognoscituitatis.

13 OKam. Gabriel. Basol. Arimin. in 1. dist. 35. q. 1. quos sequuntur P. Puente Hurtado in manuscriptis de Scientia Dei. P. Arriaga 1. p. disp. 15. sect. & subsect. 1. putant hanc rationem esse inefficacem. Alij verò cum Aureolo putant efficacem. Ita Patres Dominicani, Cajet. Bañez, Nazar. Ripa. Capreol. Ferrar. Ex alijs Zumel, Machin, quos referunt, & sequuntur hic Carmelitani Salmaticēses. Quibus adde Ioannē à Sancto Thomas hic disp. 16. art. 1. Cornejo ibid. disp. 1. dub. 2. Auersa ibid. sect. 1. Idem pro innato erga D. Thom. affectu protegunt non minori studio ferè omnes Doctores Societatis Iesu. Doctissimus, & Reuerendissimus P. Al-

phonsus Deza primus nostræ cathedræ præfectus in manuscriptis de Scientia Dei q. 14. art. 1. & ibidem P. Molina, P. Arrub. P. Valentia disp. 1. p. 1. I. P. Suar. disp. 30. met. sect. 4. num. 9. & 10. P. Ruiz disp. 1. de Scientia sect. 3. & 4. P. Herice disp. 1. de Scient. cap. 3. P. Fasol. q. 14. dubit. 2. P. Franciscus Amico 1. p. disp. 12. num. 1. P. Ioannes Martinon disput. 9. de Deo sect. 1. num. 2. P. Franciscus de Lugo lib. 1. de Deo vno disp. 27. cap. 1. num. 4. P. Ribas tract. 4. disp. 1. cap. 1. & communiter Recentiores.

14. Pro intelligentia veritatis, statuo primo. Immaterialitas necessaria ad vim cognoscendi, non sumitur a D. Thoma pro negatione materialis primæ. Probatur primo. In omni cognoscituuo datur, ex D. Thoma, illa immaterialitas, quam ipse necessariam iudicat ad vim cognoscituum. At neque iuxta D. Th. neque iuxta veritatē datur in omni cognoscituuo negatio materialis primæ, ut patet in brutis, quæ cum sint cognoscitua; tamen cōponuntur ex materia prima: ergo immaterialitas requisita ad vim cognoscituum non stat in exclusione materialis primæ. Secundò, quia iuxta D. Thom. immaterialitas, quæ requisita est ad vim cognoscituum, ita est mente cognoscititatis, ut quocties h. c. maior, vel minor; illa.

etiam sit maior, vel minor. At hoc est falsum de immaterialitate accepta pro exclusione materialis primæ. Nam Deus, Angelus, & animus rationalis sunt aequaliter incompositi ex materia prima; & tamen sunt in aequaliter cognoscitui, cum Dei s perfectionem habeat intellectū, quā Angelus, & Angelus, quam animus rationalis: ergo immaterialitas, de qua D. Th. non est incompositio ex materia prima.

15. Tertio, nam ipsa accidentia materialia, spiritualia, & supernaturalia, ut calor, intellectio nostra, & gratia habitualis, immo, & ipsæ rerū carentiae, sunt summè incompositæ ex materia prima: quippe nullo modo cōponuntur ex ipsa. At non habent in summo immaterialitatē, de qua D. Th. Nam iuxta D. Th. summè immaterialia sunt summè cognoscitua; & predicta entia non sunt cognoscitua; nedum cognoscitua summè: ergo talis immaterialitas non est negatio compositionis ex materia prima. Quato, quia non appareat, cur magis summa incompositio ex materia prima inferat cognoscituitatem; quam compositione ex materia prima incognoscituitatem. At eiusmodi compositio non infert incognoscituitatem. Nam homo, & bruta cōponuntur ex materia prima, suntque cognoscitua: ergo neque illa incompositio præcisè sump-

ta infert cognoscituitatem.

16 Statuo secundò. Neque sumitur prædicta immaterialitas pro spiritualitate *vt sic*. Rationes sunt similes. Primo, quia in omni cognoscituō datur iuxta D. Th. ea immaterialitas, de qua ipse loquitur. At non datur spiritualitas, *vt patet in brutis*, quæ sunt cognoscitua; & non spiritualia. Secundò, quia iuxta D. Th. immaterialitas, de qua ipse agit, suscipit magis, & minus, ait enim in hoc articulo, formas secundum, quod magis sunt immateriales, magis accedere ad infinitatē, Deumq; esse in summo gradu immaterialitatis. At spiritualitas non suscipit magis, & minus, quippè, quæ consistit in omnimoda negatione identitatis cum corpore, vel in omnimoda insensibilitate, penetrabilitate, aut indivisibilitate. Nulla verò ex his rationibus suscipit magis, & minus. Tertiò, quia vbiatio Angelica, caræter sacramentalis, & gratia habitualis habent summā spiritualitatem. At nō sunt res cognoscituae: ergo immaterialitas sumpta pro spiritualitate etiā summa nō est prædicatū inferens cognoscituitatē. In præsenti autē est tertio de immaterialitate, quæ, si summa sit, infert summam vim cognoscituanī.

17 Statuo tertio. Prædicta immaterialitas nō est accipiēda pro spiritualitate perfectissima, *vt*

volunt nōnulli Recētiores. Primo, quia D. Th. agit de illa immaterialitate, quæ in omni cognoscituō reperitur, & quæ, si summa sit, infert summam vim cognoscituanā. At neq; spiritualitas, neq; perfectissima spiritualitas reperitur in omni cognoscituō, *vt patet in brutis*: ergo non agit D. Th. de immaterialitate, vel spiritualitatis, *vt sic*; vel spiritualitatis perfectissimæ. Cærera constant præter maiore, quæ tamen legenti D. Th. manifesta erit. Secundò, quia spiritualitas perfectissima nō suscipit magis, & minus. At, *vt iam vidimus*, immaterialitas, de qua D. Th. hic, suscipit magis, & minus: ergo non est accipienda pro spiritualitate perfectissima. Tertiò, quia non est dubiū D. Th. assumere immaterialitatē tanquam mediū quod apti⁹ est ad inferendam vim cognoscituanā, quā eter nitas, immēlitas, aut quodus aliud prædicatū Dei. At, si accipiatur immaterialitas pro spiritualitate perfectissima, nō erit apti⁹ mediū ad eam illationē, quā Dei æternitas, v.g. quia nō min⁹ implicat æternū entitatiū perfectissimū nō esse cognoscituum, quā implicat immateriale entitatiū perfectissimum nō esse cognoscituum: ergo in præsenti nō accipitur immaterialitas pro spiritualitate perfectissima.

18 Statuo quartò. Immaterialitas in præsenti, neque à D.

Thoma accipitur, neque reuera est accipienda pro immaterialitate spiritualitatis constitutiæ rerum in gradu, cæteris paribus, eminētiori supra res corporeas. Explicatur id, quod excludimus. Sunt Recentiores ingeniosissimi, qui magno palestræ litterariæ prouento scripta sua prælo excludenda parant, sic rem considerantes. Immaterialè potest sumi ut sic in genere. Vel pro immateriali spirituali, quod ad gradum eleuationis perfectio nis euehit res, quibus competit. Ad immaterialè, vt sic, satis est excludere impenetrabilitatem, diuisibilitatem, vel dependen tiā à materia quanta. Hæc au rem ratio, vtpotè catentijs ipsis, & entibus rationis conueniens, vel nullam, vel minimam per fectionem postulat; ac proinde nequit intellectuitatē fundare. Immateriale autem spirituale addit ulterius excellētiā, & præstantiam, cuius titulo præstet ordini corporum, vel materiæ. Hæc autē præstantia substancialium spiritualiū supra materiales nequit radicari in alia perfectio ne præter intellectualitatem: nō enim appareat alia, quam substanciali corporeæ ratione suæ corporeitatis excludant. Hinc fit, Deum esse summè intellectuum, quia summā habet immaterialitatē spiritualitatis col locantis ipsum in gradu præmiente materiam.

19 Huic meditationi in pri mis obstat immaterialitatē non accipi à D. Thoma (cuius discursus nituntur defendere) prout ab his Recentioribus accipitur. Nam, vt sæpè diximus, & ex contexta D. Thom. liquet, illa immaterialitas sumitur à D. Th. quæ in omnibus cognoscitiis reperitur, & quæ creicens usque ad summū, infert summam intellectualitatem. At immaterialitas spiritualitatis non reperitur in omnibus cognoscitiis, vt patet in brutis cognoscitiis; & non spiritualibus. Deinde proposita cogitatio absolute non placet. Nam spiritualitas præscindēdo ab intellectualitate tribuit substancialibus spiritualibus perfectionem propriam ipsarum: ergo ad hoc non r equiritur intellectualitas. Antecedens probatur, quia spiritualitas tribuit substancialibus spiritualibus, quod possint penetrari localiter, non solum cum alijs diuersæ rationis; sed etiam cum alijs eiusdem rationis: hæc autē aptitudo, & ab intellectualitate præscindit, vt ex se patet, & est perfectio, per quā substanciali spirituales, magis quā materiales æmulantur immensitatem Dei.

20 Nec refert si dicas, substanciali supernaturalē nō posse habere supernaturalitatē, per quā in perfectione supereret, cæteris parib⁹, substancialias naturales, si nō sit intellectualis, ac proinde, neq; sub.

substāria spiritualis poterit haberē spiritualitatē, per quā, cæteris paribus excedat substantias corporeas, si non sit intellectualis. Hoc sanè, nihil refert. Si enim antecedens est verū, ideo est, quia, excepta intellectualitate, in ordine ad actus supernaturales fidei, visionis beatæ, &c. nequit in substantia supernaturali inueniri perfectio, quæ non sit cōmunis substantijs naturalibus, vnde intellectualitate prædicta seclusa, non apparet perfectio constitutiva gradus exuperātis ordinem substantiarum naturalium. At, iam vidimus, præcisa intellectuātate, inueniri in substantijs spiritualibus perfectionem ipsarum propriam, quæ constituat ipsas in gradu, cæteris paribus, superante ordinem rerum materialium.

21 Statuo quintò. Immaterialitas non est in præsentī accipienda pro perfectione positiva rei quatenus excludit impedimenta ad formalem susceptionem specierum intelligibilium. Oppositum sentiunt, ferè nullo inter ipsos versante discrimine, P. Ruiz in præsenti. P. Suar. disp. 35. metaph. scet. 14. P. Herice, tract. i. disput. i. cap. 3. P. Ribas disp. i. cap. i. Quam sentiātiam, vt paucioribus difficultatibus obnoxia sit, ita explicant præclarí recentiores ex nostris, vt hæc immaterialitas consistat in positiva perfectione excludente-

impedimenta, vel ad ultimam, & formalem susceptionem specierum, vel ad continentiam cognoscibilitatis obiecti. Formalē, & ultimatam susceptionem specierum vocant susceptionem illarum cum munere repræsentandi, & determinandi ad cognitionē: hoc enim soli cognoscenti conuenit. Nam, & si corpus diaphanū sit capax recipiens species, hoc habet materialiter, & vt vehiculum, nō tanquam per se determinabile ad cognitionem. Addunt: *Vel continentiam cognoscibilitatis obiecti:* quia Deus, quamvis non habeat species, de quo infra, habet tamen continentiam formalem omnis cognoscibilitatis obiecti, quantum habet virtutem, vt in ipso sit formalissima expressio obiecti.

22 Hæc explicatio semper mihi difficilis fuit, quia iuxta illā probatur idem per idem, & veritas conclusionis per id, quod æquè ac ipsa veritas ignotū est. Nam conclusio probanda est, Deum esse intellectualem. Mediū, per quod probatur est perfectio positiva, vt excludens impedimenta ad continentiam intelligibilitatis obiecti, id est, ad vim intelligendi. Intellectualitas autē, & prædicta perfectio sunt extrema identificata, & æquè ignota. Respondent nouiores, in primis non esse nouum idem per idem realiter probare, vt defini-

finitum per definitionem , v. g. rationem hominis per animal rationale; & prædicta extrema, quamvis sint idem ex parte obiecti; distingui tamen ex modo nostro cōcipiendi. Nam vis cognoscitua explicatur in ordine ad cognitionem, vel obiectum; at immaterialitas in ordine ad exclusionem impedimenti, &c. vel in ordine ad impedimenta, quæ excluduntur, ne obstent continentia cognoscibilitatis.

23 Hoc tamen non satisfacit, licet enim sèpè probetur optime idem per idem quoad entitatem ; nunquam tamen idem per idem , quoad obscuritatem terminorum. Id est, quod assumitur, ut medium ad probationem alicuius veritatis, bene potest esse idem quoad realitatem cum veritate, quæ probatur; tamen , prout assumitur, ut medium, debet innotescere clarius quam veritas probanda. Nulli enim veritatem persuadebis per id, quod ipsi quæ obscurum est, ac ipsa veritas. Quia propter , ut alicui probes Petrum esse hominem , quia Petrus est animal rationale , supponi debet tamen quam iam ipsi notius , & omne animal rationale esse hominem , & Petrum esse animal rationale. Tunc sic , sed cui sit obscurum Deum esse intellectualem, quæ obscurum erit esse prædictum perfectione excludente impedimenta obstantia ad vim

intelligendi: ergo probare intellectualitatem per prædictam perfectionem non solum est probare idem per idem, identitate entitatis; sed etiam idem per idem identitate , vel æqualitate obscuritatis.

§. SECUNDVS.

Via sternitur explicationi , que magis placet.

24 Pro cui^o elucidatione nota dū est, materiale vniuersalissimè acceptum , prout in aliquo gradu conuenit cuicunque creaturæ , non esse aliud, iuxta D. Thoma. quām essentialiter imperfectum. Vnde immateriale oppositum erit recedens ab imperfecto , ut tali. Hac acceptio sumitur ex analogia cum materia, & forma strictè simplicis. Sicut enim materia strictè sumpta est subiectum imperfectum , & informe , quod veluti præiacet in conspectu agentis , ut illi formam imprimat, quæ ipsum intrinsecè perficiat: & sicut forma est illa perfectio, quam subiecto præiacent causæ efficiens unit intrinsecè. Ita materiale vniuersalissimè sumptum , prout complectitur omnem creaturam , erit ens essentialiter imperfectum, quod secundum possibiliterem , ut suam perfectionem recipiat à Deo præsupponitur ad actionem Dei vniens.

vniuersis illi vnione identitatis perfectionem accommodatam suar naturae esentialiter in perfecta. Vnde recedens ab imperfecto, vt tali, iure dicitur immateriale oppositum materiali explicato.

25 Ad hanc acceptiōē res pexisse D. Thom. mihi persuadent, & ferē singula verba huius articuli, & etiam alia. Nam prīmō ait: Coarctationem formæ esse per materiam: Quæ propositio iuxta acceptiōē traditam æquipollit huic: limitatio perfectionis creaturarum sumitur ex eo, quod sint esentialiter imperfectæ, scilicet, incapaces, vt à Deo recipiat infinitam perfectionem simpliciter. Constat autem propositionem D. Tho. esse in hoc sensu verissimam, & clarissimam, vt oportebat ad probationem manifestissimæ veritatis, nempe Deum non esse insciūm. In alio autem sensu saltem est valde obscurā, vel certè obscurior veritate, quæ per ipsam probanda suscipitur. Secundo assentit D. Thomi. Quo res sunt magis immateriales, eo magis accedere ad infinitatem: quæ propositio, si termini ad nostram usurpationem aptentur, æquivalet huic manifestissimæ propositioni: Quo res magis recedunt ab imperfectione, eo magis accedunt ad summam perfectionem.

26 Tertiō, ait D. Thom. maiorem, & minorem esse immaterialitatem in diuersis rebus, id que iuxta nostram usurpationē tam apertum est, quam res alias esse perfectiores aijs. Quarto ait D. Thom. solum Deum esse in summo gradu immaterialitatis. Vbi dicitur aliud implicitè; & aliud explicitè. Implicitè quidem, omnem creaturam habere gradum aliquem materialitatis. Nam alioquin, non solus Deus; sed etiam ea creatura, quæ nullam haberet materialitatem essent in summo immaterialitatis. Explicitè autem, soli Deo competere summa immaterialitatem. Vt rūque vero iuxta nostram usurpationem euidentissimū est. Primum: quia omnis creatura, eo quod ad infinitatem non peruerterit, mixturam imperfectiōis habet. Secundum: quia, cum solus Deus sit summe perfectus, ipse solus summe redit ab imperfectione. Quinto, D. Thom. teste Fr. Ioann. à Sancto Thoma, probat I. p. quæstion. 7. infinititudinem formæ ex separatione ipsius à materia. Probatio hæc iuxta nostram usurpationem, optimā est. Nam ex omnib[us] oda separatione ab imperfectione bene probatur infinitudo perfectionis. Quod, ni fallor, maxime intelligendum est,

sumendo in genere omnimodam separationem ab imperfectione; & sumendo infinitatem perfectionis pro cumulo cunctarum perfectionum peculiarium non dicentium imperfectionem, nempe intellectus, voluntatis, aeternitatis, immensitatis, &c. quia clarior in genere est, Deum nullatenus esse imperfectum, quam esse intellectuum, voluntarium, aeternum immensum, &c.

27 Sexto, D. Thom. infert ex dictis, immaterialitatem *alicuius rei*, esse rationem, quod sit cognoscitua. Vbi noto primo, rationem, quod aliquid sit tale, iuxta phrasim D. Tho. & Arist. esse definitionem quidditatiua illius in esse talis: vnde te esse animal rationale est ratio, quod sis homo. Vide D. Thom. quest. 2. de veritate artic. 1. ad 11. illis verbis. Dicendum, quod ratio, quae significat nomen est diffinitio, ut dicitur 4. Metaph. & ideo illud est nomen propriè alicuius rei, cuius significatum est diffinitio, &c. Noto secundo, non dixit D. Th. quilibet immaterialitatē *alicuius rei*, esse rationem, quod sit cognoscitua: Vnde propositio hæc D. Thom. *Immaterialitas alicuius rei est ratio, quod sit cognoscitua: aequivalent huic. Quædam rei perfectio præscindens ab imperfectione est definitio illius in ratione cognoscitua.* Cuius propositionis veritas ita conuincit.

tur ex B. Thom. Limitatio, quæ res impeditur, ut sit intentionaliter alia res est imperfectio; & amplitudo contraria, quæ rei permittit esse intentionaliter, & representatiuè aliam est perfectio præscindens ab imperfectione, ut ex terminis liquet: non enim in hac præcisa ratione excogitabilis est imperfectio. At definitio cognoscitua, ut sic, est habere amplitudinem, qua possit esse intentionaliter alia res tenendo ipsam intra se, non physicè; sed representatiuè: ergo quædam rerum perfectio præscindens ab imperfectione est definitio rei in ratione cognoscitua.

28 Demum infert S. Thom. Secundum modum immaterialitatis esse modum cognitionis. Hæc propositio duplum potest intelligi. Primo in sensu falso non intento ab Angelico præceptore. Secundum in sensu vero, & intento à Sancto Doctore. Sensus falsus est, omnem immaterialitatem inferre vim cognoscitiam. Non enim omnis creatura est cognoscitua; & tamè omnis creatura habet aliquam immaterialitatem. Nam cum omnis creatura importet perfectiōnem aliquam entitatiā, consequens est importare aliquem ab imperfectione recepsum, in quo stat immaterialitas, prout hic accipitur. Sensus verus est, immaterialitatem esse mensuram cognoscituitatis: id est, ex sup.

Suppositione quod aliquid sit cognoscituum, cognosci quantitatem perfectionis in ratione cognoscitiui ex quantitate immaterialitatis. Sicut enim vlna est mensura panni, non quia sit pannus omne illud suprà quod potest cadere vlna; sed quia ex suppositione, quod aliqua res sit pannus, cognosci potest per extensionem vlnæ applicitæ panno, quantus in extensione sit pannus; ita in re nostra dicendum est proportione seruata.

29. Veritatem eius propositionis sic acceptæ probat eleganter D. Thom. inductione. Videamus enim omnia cognoscitua esse perfectius cognoscitua, quo sunt immaterialiora, scilicet entitatiuè perfectiora. Sic Deus cognoscitius, est perfectius cognoscitus, quam Angeli, quia est entitatiuè perfectior ipsi. Sic Angeli cognoscitiui, sunt in hac ratione perfectiores, quam anima rationalis, quia sunt entitatiuè perfectiores, quam ipsa. Sic tandem anima rationalis est in ratione cognoscitiuæ perfectior brutis, quia est entitatiuè perfectior ipsi. Et hic maximè videtur habere locū illa vulgata parantia: *Sicut res se habent in esse, ita in cognosci.* Ratio videtur sumi ex his, quæ diximus ex B. Thom. num. 27. quia rem esse cognoscitiam est non solum se continere intra propriam perfectionem; sed habere quamdam

amplitudinē, vi cuius possit habere res alias perfectionesq; alienas, modo quodam ab imperfectionibus defæcato, nempe intentionaliter, & representatiuè: vnde, rem esse magis, vel minus cognoscitiam, est magis, vel minus posse se extendere, ut possideat res alias possessione præscindente ab imperfectione. Magis autem, vel minus posse possidere per huiusmodi possessionem perfectiones aliarum rerum est rem esse magis, vel minus perfectam, vt latius apparet ex se; & rem esse magis vel minus perfecta, est magis, vel minus immateriale esse, iuxta acceptionem D. Thom. ergo consequens tandem est, ex suppositione, quod res sint cognoscitiae, cognosci an sint magis, vel minus cognoscitiae ex eo quod magis, vel minus immateriales sint.

30. Obijcies, non implicat aliquod cognoscitium, & esse imperfectius alio cognoscitio in vi cognoscitua; & tamèn esse simpliciter perfecti entitatiuè, quā illud aliud: ergo ex suppositione; quod duo entia sint cognoscitua, non est estimāda maior, vel minor perfectio in ratione cognoscitiui ex maiori, vel minori perfectione entitatiua. Antecedens probatur: tum, quia equus est simpliciter entitatiuè perfectior, quam canis, & linx; & tamèn isti in vi cognoscitua olfaciendi, & videndi viviudiores sunt.

sunt : ergo similiter poterit vnu cognoscituum , esse in ratione cognoscitui imperfectius alio; & omnibus penitatis esse perfectius entitatiuē quam aliud, cōpēsata, per perfectionem aliam, perfectione , quæ illi deest in ratione cognoscitui. Tū quia non appetit impossibilis substantia incorruptibilis , quæ sit in ratione cognoscitua imperfectior, quam alia substantia cognoscitua corruptibilis: sicut coelum est incorruptibile, & nō est cognoscituum. At substantia cognoscitua incorruptibilis, est simpliciter entitatiuē perfectior, quam alia substantia melius cognoscitina; corruptibilis tamen: ergo non implicat cognoscituum imperfectius alio in ratione cognoscitui ; & tamen simpliciter perfectius entitatiuē. Minor probatur: Nam, vt optime P. Eusebius Nieremberg, vir sanè cuius summa pietas, utilissima doctrina, nec non eruditio mirabilis æquo Marte decertant; in libro aureo, nunquam pro meritis commendando de differentia temporalis, & aeterni, minima perfectio aeterna preferenda est maxima perfectioni temporali; sicut intensissimus dolor temporalis rationabilius eligeretur , quam remississimus dolor aeternus.

31 Huic obiectioni paucis respondeo : Non adhuc mihi latius explorata est repugnantia cognoscitui , quod in ratione cog-

noscitui sit imperfectius alio cognoscituo; & tamen absolute sit omnibus persatis , entitatiuē perfectius. Vnde , quando dicimus , ex suppositione , quod duo , verbi gratia, sint cognoscitua , & aliud magis , aliud. que minus , dignoscendum esse incrementum , & decrementum ex maiore, vel minori perfectione entitatiua , hoc intelligendum est , ceteris paribus; non imparibus. Est dicere : Si sumantur duo entia, quæ in ceteris supponantur paria, excepto, quod alterū magis cognoscituum est , quam alterum , certè crementum , & decrementum, in hac ratione cognoscitui, sumuntur ex cimento , ac decremente in quedam prædicato, quod ex sua ratione præcisa dicit entitatiuam perfectionem; & ab imperfectione præscindit, nempe ex amplitudine sapè declarata ad percipiendas, & possidendas formas alienas, ac proinde ex cimento , & decremente in immaterialitate à materialitate præcisa. Vnde ad argumentum ex num. 30. permisso antecedente , distinguo consequens. Non est aetimanda , &c.

ceteris paribus , nego consequiam; imparibus, admitto.

(. .)

§. TERTIVS.

*Infertur ex dictis vera expli-
catio.*

32 **D**ico primò: S. Thomas optime probat ex immaterialitate summa prout ab ipso accipitur, summam intellec-tualitatem Dei. Ratio conclu-sionis est. Quia summa imma-terialitas Dei, prout accipitur à D. Thom. solis vocibus differt à summa perfectione, summoque recessu ab imperfectione. At ex eo, quod Deus sit summè perfe-citus, summèq; recedens ab imperfectione probat optimè S. Thom. Deum esse summè intel-lectualem: ergo, &c. Minor in-qua est difficultas explicatur, & probatur. Nam, ut probetur op-timè summa intellectualitas Dei ex summa perfectione Dei hæc omnia, & sola requiruntur. Primo, quod Deus clarius innotescat sub hac expressione: *Ens sum-mè perfectum*, quam sub hac: *Ens sum-mè intellectuale*. Hoc autem ita contingit. Tum quia perfe-catio *vt sic*, ut pote vniuersalior, & in pluribus reperta, quam in-tellectualitas, *vt sic*, est notior de se, quam ista, & ideo rationes magis particulares diffiniunt per vniuersaliores, quia ista de se sunt notiores illis. Tum, quia conceptus, quem, ut cla-rißimum omnium, docti qui-

que, & indocti statim for-mant, auditio Deo, est, esse ens, quo nihil melius excogita-ri potest, id est, summè perfec-tum.

33 Secundò requiritur, quod nobis fiat notum, summè per-fectum debere esse summè in-tellectualue. Id autem opti-mè notificauit nobis B. Thom. declarans intellectualitatem cō-sistere in amplitudine quadam possidendi citrè imperfec-tiōnē formas alienas, quæ ampli-tudo, eo sit entitatius perfe-ctor, quo maior, & melior sit in ratione talis amplitudinis, unde planum est, existere in sum-mo gradu in ente summè per-fecto. Tertiò: cum præmissæ, ex quibus colligitur hæc con-clusio: *Deus est summè intellectua-lis*, sicut istæ duæ: *Ens summè per-fectum est summè intellectuale*. *Deus est ens summè perfectum*. Præmissæque debeant esse no-tiores conclusione, non solum illa maior, ut iam explicuimus; sed etiam minor debet esse no-tior conclusione. Netiorem au-tem esse, constat sic. Quia, iam declarato, prout à D. Thom. declaratum est, summam intellec-tualitatem, esse perfectionem ab imperfectione præcisam, no-tius est conuenire rei, ut clarè expreſſæ, sub ratione summè perfectæ, quam, ut cognita so-lum implicitè, & in confuso sub ea ratione. At Deus, sub hoc ter.

termino Deus, cognoscitur solum implicitè, & in confuso sub ratione summè perfecti; & sub his terminis: ens summe perfectum cognoscitur clarius, & expressius sub eadem ratione summè perfecti: ergo notius est, semel declarato, summam intellectualitatem esse perfectionem ab imperfectione præcisam, ens summe perfectum, sub his terminis acceptum, esse summè intellectualiale, quam Deum, sub hoc termino Deus acceptum, esse summè intellectualiem. Vnde patet, egregiè probas D. Thom. summam intellectualitatem ex immaterialitate summa, prout ab ipso accipitur, nimirum prout coincidit cum summa perfectione.

34 Ex quibus fit hanc probationem D. Thom. coincidere quo ad substantiam cum ratione communi Theologorum ostendentium summam intellectualitatem Dei, ex eo, quod Deus sit summè perfectus, summaque Dei intellectualitas sit perfectio sine imperfectione. Tamen probatio D. Thom. distinguitur ab ista, quantum ad maiorem claritatem, & exactiōnē: quia D. Tho. declarat ex conceptu cognoscitiui, ut sic, id, quod non existent; sed supponit communis probatio, nempè summam Dei intellectualitatem esse perfectio nem sine imperfectione: quæ expositio necessaria erat ad plenā

exactiōnē probationis, vt ea expositione præcedente, clarior fiat illa minor, quam conclusio probanda, prout oportet ad exactam probationem.

35 Dico secundo: Probatio facta ex immaterialitate summa est à priori prout distinguitur à probatione à posteriori. Ratio est: quia illa probatio est à priori condistincta à probatione à posteriori, quæ procedit ex medio connexo cum veritate probanda, quod medium sit, vel positivè præcedens ad talem veritatē, vel saltē negatiū, quatenus non sit posterius ipsa. At probatio facta sic procedit: ergo, &c. Minor, quæ sola est difficilis, patet: nam in ea probatione medium, quod assumitur est summa perfectio Dei; conclusio autem probanda est summa intellectualitas Dei. At summa perfectio Dei nō est posterior summa intellectualitate Dei: sicut in nobis ratio perfectionis limitata nō est posterior intellectualitate limitata: ergo probatio facta procedit ex medio non posteriori, quā conclusio probanda.

36 Dico vltimò: Quamvis ex immaterialitate summa rectè colligatur summa cognoscituitas; non tamen ex eo, quod res habeat immaterialitatem aliquā rectè concluditur, aliquam habere cognoscituitatem. Tūm, quia nulla est creatura factibilis à Deo, quæ non habeat aliquam im-

immaterialitatem. Nam quælibet creatura habet aliquam perfectionem præscidentem ab imperfectione: habet enim prædicatum entis amabilis à Deo. At plures creaturæ sunt, quæ nul latenus sunt cognoscitivæ. Tum quia in præsenti non est aliud immaterialitas, quam ratio perfectionis præscidentis ab imperfectione. At optimè stat rem habere aliquam perfectionem ex sua ratione præscidentem ab imperfectione; & tamè non habere perfectionem cognoscitivæ; sed aliam: ergo, &c. Sic ex summa perfectione entitatiua colligitur perfectissima vita; non tamen ex qualibet entitatiua perfectione colligitur aliqua vita. Item, ex eo, quod aliquid sit summum viuens, colligitur esse summe intellectuale; & tamen, ex eo, quod aliquid sit viuens, non colligitur, esse intellectuale. Sic denique aduersarij, qui volunt, nihil esse cognoscituum, nisi sit aliquomodo immateriale, ac proinde bruta esse aliquomodo immaterialia, fateri debent ex immaterialitate summa cōcludi summam intellectualitatem; & non concludi intellectualitatem in genere ex immaterialitate in genere.

37 Ex quibus exemplis liquet, non esse vniuersaliter verum, quoties, ex aliquo prædicato in summo, concluditur

aliud prædicatum in summo; ex illo prædicato in genere, concludi etiam illud aliud in genere. Quam ob rem illud vulgare: *Sicut se habet magis ad magis, ita se habet simpliciter ad simpliciter,* non est intelligendum tam vniuersaliter, ac sonat: nam hoc modo manifestè fallit; sed in sensu significante formas præscidentes ab intensione reddere effectum formalem præscidentem ab intensione; sicut reddunt intensæ effectum formalem intensum: & similiter intelligi potest in alijs sensibus non absimilibus; non tamen in quolibet sensu sine ullo defensione, & exceptione. Hæc dixisse sufficiat pro reuerentia debita Præceptoris Angelico. Utinam intelligentia meo responderit affectui.

DISP V T. II.

An detur in Deo actus primus intelligenti.

I **C**ertum est in Deo esse intellectualitatem per modum exercitij, nempe Deum actualiter intelligere. Dubium est, an etiam in ipso sit potentia intelligenti.

CAP. I.

Status controvèrsie, & Authorum sententie.

I PRO intelligentia quæstionis præmitto primum, quodlibet verbum prout distinctum à nomine significare aliquid exerceri: verbi gratia, verbum *amo*, significat exerceri amorem: verbum *curro*, significat exerceri cursum, & sic in alijs. Verbum autem *possum* significat exercitium, & actum habendi potentiam ad aliquid: & quia communiter ad exercitia, & actus significatos per alia verba præsupponitur exercitium, & actus significatus per verbum *possum*, nam ad exercitium amandi, studi, currendi, &c. præsupponitur exercitium habendi potentiam ad amorem, studium, & cursum, inde ortum duxisse credimus, appellare potentiam ad aliquod exercitium, actum primum ad eiusmodi exercitium, sicut etiam dicere, quod illa se tenent ex parte actus primi ad aliquid, quæ se tenent ex parte potentiae ad ipsum. Quia propter inquirere, num detur in Deo actus primus intelligendi est quaerere, an actus in Deo potentia ad intelligendum.

2. Præmitto secundò. Duplex

quæstio potest agitari. Prima est: an detur in Deo verè, & proprie potencia ad intelligendum secundum veram, & propriam rationem formalem talis potentiae. Secunda est: an ex suppositione, quod talis potentia detur distingnatur aliquando ab ipsa intellectione, siue talis distinctio detur intrinsecè ex parte obiecti; siue solùm extrinsecè ex modo nostro cōcipiendi. Nunc sermo est de prima quæstione; futurus postea de secunda. ¶ Præmitto tertio, illa prædicata ponenda esse in Deo secundum propriam rationem formalem ipsorum, quæ secundum eam rationem perfectionem dicunt, sine imperfectione: cum enim Deus sit, summè perfectus continet omnem perfectionem non dicentem imperfectionem. Ideo quævis scientia in nobis importet imperfectionem accidētis, qualitatis, dependentiæ, &c. datur tamè in Deo secundum rationem formalem scientiæ, quia secundum hanc rationem præcisè dicit esse claram, & spiritualem expressionem veritatis, & hæc ratio præcisè accepta non dicit imperfectionem. Vnde in Deo dabatur, vel non dabatur potentia ad intelligendum secundum rationem formalem talis potentiarum, quatenus ea ratio formalis dicat, vel non dicat imperfectionem.

Præ-

3 Præmitto quarto , duplex potentia solet assignari , & alia vocatur logica ; alia verò physica , prout contradistinguitur à logica . Prima consultit præcisè in non repugnantia rei . Secunda in aliqua vi per quam non solum res non repugnat ; sed aliquis potest eam rem posse , vel sibi acquirere . Dubium non est dari in eo potentiam logicam ad intellectum . Nam cum Deus re ipsa intelligat , certissimum est intelligere non repugnare Deo : & in ea non repugnantia stat potentia logica . Solum igitur controueria est , an in Deo , non solum aliquid detur , quo reddatur intellectio diuina non repugnans , vel , quod idem est , non implicans contradictionem ; sed etiam detur aliquid , quo constituantur ipse Deus alio modo potens sibi intellectuonem acquirere , vel eam ponere .

4 Demum præmitto , non esse præsentem questionem de astibus notionalibus , nimirum de intellectione notionali , quæ non est aliud , quam Verbum diuinum secunda Trinitatis Persona ; ac de volitione notionali , quæ non est aliud , quam Spiritus Sanctus tertia Trinitatis Persona . Supponimus enim ex D. Thom. 1. part. quæst. 41. artic. 4. dari in Patre poten-

tiam generatuan Verbi : ne non in Patre , & Filio potentiam spiratinam Spiritus Sancti . Ratio est , quia datur aliquid in Patre , ratione cuius procedit Verbum ab ipsis , daturque aliquid in Patre , & Filio ratione cuius procedit Spiritus Sanctus ab ipsis . At id ratione cuius ab aliquo procedit aliquis terminus est potentia ad ipsum . Nam , ut optimè D. Thom. ibi , potentia nihil aliud significat , quam principium alicuius : ergo , &c. Præfens igitur quæstio solum est de intellectione essentiali , omnibus , & singulis personis Trinitatis communi .

5 Qua in re duplex sententia est . Prima affirmat , non solum dari in Deo potentiam logicam ad intelligendum ; sed etiam physicam prout à logica contradictionem . Hanc potentiam aliqui vocant actum primum intentionalem ; alij verò realem capacitatem ad intelligendum , vi cuius , non solum redditur intellectio diuina non implicans contradictionem ; sed ipse Deus constituitur posituè capax , vt reddatur intelligens , quamvis citra realem influxum in intellectuonem , & præcisè , quia potest sibi illâ vniire perfectissima identitatis vniione sufficiente , vt constituantur intelligens . Vnde cunct eiustodi capacitatē intelli-

gendi non solum correspondere non repugnantiae, quam habet intellectio creata, ut existat, sitque intelligens, *ut quo*; sed etiam virtuti, quam habet intelligens creatum ante actuelam intellectionem, ex vi cuius virtutis non solum ipsa intellectio redditur non implicans existere; sed etiam ipsa substantia intellectua redditur capax, ut constituantur intelligens, *ut quod*. Pro qua sententia referri possunt Scot. Henric. Alexand. Molina, Vazquez, Machin. Granad. Rainaud. Tanner. Luisius Torres, Franciscus Arriba, Portugal, Floraute. Videri possunt suis in locis citati à nostro Hemelman, volum. 1. tit. 3. disput. 1. Quam sententiam nonnulli Recentiores ex Thomistis, & ex nostris sequuntur.

6 Secunda sententia negat in Deo respectu intellectionis diuinæ, præsertim necessariæ, quamlibet potentiam, quæ munus aliud potentia sorriatur, præter quam reddere Deo non repugnans, id est, non implicans contradictionem intelligere. Hanc sententiam tuentur Magist. Albiz in præsenti: Pater Herice hic disput. 3. Pater Hemelm, supra cap. 5. & sequentibus vbi post Aureclum plures alics afferit, quorum aliqui dubiae n. ihi mentis sunt, sicut eximius Doctor Franciscus Sua-

rez disputat. 30. metaphysic. sect. 15. qui num. 9. fauere videtur huic sententiæ quatenus à Deo excludit potentiam intellectuam propriè loquēdo. Ceterū, seclusis vocibus, num. 13. suffragari videtur priori sententiæ, quatenus Leo concedit habere realiter vim intelligendi, penetrandi, & intuendi obiecta intelligibilia, quæ vis in sua ratione formaliter præscindit ex modo nostro concipiendi ab eo quod sit actua intellectionis, vel identificata cum intellectione, & re ipsa est ipsa intellectio; non autem prædicatum, quod re ipsa sortiatur siue actuitatem; siue distinctionem respectu intellectionis. His tamen non discrepare Doctorem eximium, nisi aliud addatur à secunda sententia patebit cap. seq. Ideo potest absolute pro illa citari.

7 Et quidem ego non video discrimen reale inter utramque sententiam, si præscindamus à distinctione virtuali intrinseca, & productione virtuali, ut ex eodem capit. constabit. Utque clarius mentem nostram exponamus: obseruandum est, inter prædicata diuina realiter identificata duplē distinctionem à Theologis admitti, aliam extrinsecam, & formalem se tenentem ex parte nostri modi concipiendi; intrinsecam, aliam, & virtualē se tenentē ex par-

parte obiecti. Distinctio formalis extrinseca se tenens non intrinsece ex parte obiecti ; sed extrinsecè ex parte actuum, quibus obiectum concipitur, consistit, ut explicuimus in logica, in actibus distinctis intellectus representantis idem obiectum modo definitiù diuerso. Sic distinguuntur ratione nostra iustitia diuina, & misericordia diuina sub his terminis : quia cum sint re ipsa idem obiectum, tamen actus intellectus correspondens his terminis : *Iustitia diuina*; & actus intellectus correspondens his terminis : *Misericordia diuina* sunt actus definitiù diuersi saltem implicitè. Si enim, à te concipiente misericordiam diuinam, & iustitiam diuinam sub his terminis, pertatur quid sit misericordia diuina, & iustitia diuina, respondebis legitimè per diuersas definitiones, quarum altera explicet misericordiam ut sic contractam per diuinitatem, & alia iustitiam ut sic similitè contractam. Deinde loquendo de homine, distinguuntur in ipso formaliter ex modo concipiendi, hoc viuens sensibile, & hoc principium ratiocinandi, quia sumere hominem sub his terminis, non est aliud, quam sumere idem obiectum sub diuersis definitionibus explicitis. Et sane, cum voces istae: *Ratio*, *diffinitio* in idem reci-

dant secundum D. Thom. & Aristotel. ut constat ex disput. i. num. 27. apertissimè dicuntur ea prædicata distingui ratione, quæ diffinitiù implicite, vel explicitè distinguuntur. Sed de hoc satis suo loco.

8 Distinctio virtualis intrinseca se tenens intrinsece ex parte prædictorum Dei independenter à modo nostro concipiendi (si , omisis alijs acceptationibus fusoribus , de quibus alibi , strictissimè loquamur) consistit in eo quod ea prædicata cum identitate reali propriissimè dicta componant capacitatem suscipiendi prædicta contradictoria. Sic licet de se contradictoria sint hæc prædicata : *Communicari filio* ; & *non communicari filio* ; tamen essentia diuina, & personalitas Patris cum propriissima identitate reali inter se componunt ea prædicata , nam essentia diuina communicatur filio ; & non communicatur personalitas Patris. Ratio autem cur prædicata , quæ sic se habent intrinsecè , dicantur intrinsece distinguiri virtualiter strictissimè ea est. Nam extrema virtualiter ab intrinseco distingui est sine distinctione vera , propria , & simpliciter tali habere prædicatum, quod in alijs rebus est vere , proprie , & simpliciter distingui. Id autem competit prædicatis diuiniis, que cum identitate pro-

prijsima componunt capacitem ad prædicata contradicitoria: nam quia sunt propriissimè identificata non habent propriam, & veram distinctionem simpliciter; & quia capacitatem habent ad prædicata contradicitoria, prædicatum habent, quod in alijs rebus, nempè in creatis, est verè, propriè, ac simpliciter distinctio. Nam, ut nobis ex logica, & metaphysica cōstantissimum est, constitutuum distinctionis simpliciter in creatis est capacitas ad prædicata cōtradictoria.

9 Omitto distinctionem formalē ex natura rei, quam subtilissima Scotista:rum schola defendit: si enim non conueniat omnino cum distinctionem virtuali intrinseca, prout à nobis explicatur tract. de essentia, & attributis (vbi placet illam vocare *non identitatem logicam*, propter utilitates, quæ ibi apparebunt) deferenda est, ut eo tractat. dicimus. Vnde obiter intelliges, quomodo explicantia sit virtualis productio, si forsitan detur inter aliqua prædicata Dei. Sicut enim virtualiter intrinsecè distinguuntur ea extrema, quæ cum identitate reali componunt prædicatum, quod in creatis est constitutuum distinctionis realis si simpliciter talis; ita virtualis productio stricte accepta interuenit in eis prædicatis diuinis, quæ,

cum sint simpliciter improducta; prædicatum tamen habent, quod in creatis est constitutuum realis productionis simpliciter talis. Prius ergo claritatis gratia disquirimus, an independenter à distinctione, & productione virtuali intrinseca, sit in Deo concedenda, præter potentiam logicam, alia potentia ad intelligendum. Einde exanimabimus, an admittendum sit principium virtualiter distinctum ab intellectione, eamque virtuiter producens.

§. SECUNDVS.

Eligitur secunda sententia.

10 Pro cuias explicatione, conclusio fit. In Deo non est respectu intellectonis necessaria potentia ad intelligendum, quæ habeat aliud potentiam constitutuum, quam Deo reddere non implicans contradictionem intelligere, si præcindamus à distinctione, & productione virtuali intrinseca. Probatur: Potentia ad intellectuē, si non sit præcisē potentia logica, est principium intellectuē. At in præcisione à distinctione, & productione virtuali non est in Deo principium intellectuē necessaria: ergo in ea præcisione non est in Deo respectu necessaria intellectuē alia potentia præter logicam.

Con-

Consequens patet, & maior constat primo ex B. Thom. citato num. 4. Secundò: quia potentia ad intellectionem, condistincta à potentia logica, non cōducit ad intellectionem præcisè excludendo contradictionem intellectionis: hoc enim est merum munus potentiae logicae: ergo alio modo conduit ad intellectionem: alioqui non esset potentia ad ipsam: ergo nō solum deteruiendo ad exclusione contradictionis, sed positiue ad hoc ut intellectio existat. At non præcisè deseruit se ipsa ad existentiam intellectionis se ipsa reddens intellectionem, vltimo, formaliter, & cōsummatiue existentem: non enim esset potestia, ut existeret intellectio; sed ultima existentia ipsius: igitur ea potentia se ipsa deseruit ad existentiam intellectionis nō vltimo, sed radicaliter, & initiatiuè: atque hoc ipsum est esse principium intellectionis. Tandem, quia ut cōstat ex impugnatione solutionum, nihil est, in quo sit potentia ad intellectiōnem non merē logica, si ratio principij ad intellectionem excludatur. Maior ergo nostri syllogismi vera est, cuius veritatē agnouit Aristot. 5. metaph. cap. 12. & 9. metaph. cap. 1. & 2.

11 Minor probatur, scilicet in præcisione à distinctione, & productione virtuali intrinseca, non esse in Deo principium in-

tellectionis necessariæ. De ratione principij est distingui à principiato. At præcīla distinctione virtuali, nihil est in Deo, quod distinguatur ab intellectione necessaria: ergo nihil est principium ipsius. Minor huius syllogismi negari non potest salua fide. Tum, quia Concilium Rhemensē definiuit contra Gilbertum Portolanum identitatem realem omnium diuinorū cum perfectiōnibus absolutis diuinis, quarum una est intellectio necessaria. Tū quia Conciliū Florentinum statuit prædicata absoluta ei distingui sola ratione à relatiuis, proindeque à fortiori nō distinguuntur plusquam ratione prædicata aboluta inter se, nemp̄ intellectus, & intellectio. Tandem quia distinctio intellectus, & intellectionis argueret in Deo cōpositionē oppositā simplicitati diuinæ: quippe intellectus, & intellectio vniuersit̄ intrinsecē, tanquā extrema distincta, vnde nihil deerit ut resultet cōpositio.

12 Iam vero maior eius syllogismi, nemp̄ de ratione principij esse distingui à principiato, cōstat ex Philoſophia, & Theologia. Ex Philoſophia quidē. Tum quia principiū, ut tale, tendit ex propria ratione ad multiplicandum supra se numerum rerum per positionem sui termini. Non autem multiplicatur suprā principium numerus rerum per positionem termini indistincti

à principijs: ergo de ratione principij est distingui à principiato. Tum quia principium, & principiatum, quatalia, constituunt ordinem principij, & termini, initij, & finis: patet autem initium, & finem importare distinctionem. Tum quia de ratione causæ, & effectus est distinctio, ergo etiam de ratione principij, & principiati. Consequentia patet; & antecedens constat primò, quia visis effectibus, lumen naturale satagit inuenire causam distinctionem ab illis. Nam adhuc latet, patente effectu: hoc autem sic non esset, nisi ex ipso naturæ lumine manifesta esset distinctio causæ, & effectus. Deinde, quia si posset idem esse primaria sui causa, non posset ex effectibus creatis ascendere nostra mens ad demonstrandam existentiam primæ causæ increatæ: dici enim posset ipsos effectus creatos esse sui causam primā: quod naturali, Christianaque Philosophiae repugnat.

13 Idem constat ex Theologia. Nam ex distinctione principij à principiato, tanquam ex veritate lumine naturæ manifestissima, Patres Concilij Nizeni, & Florentini probant distinctionem personarum in Deo, & specialiter Spiritus Sancti, & Filii. Præterea: Athanasius, Nyssenus, Clemens, Alexander, & Epiphanius, citandi tract.

de Trinitate. ex eodem principio tanquam manifesto sic disputant contra Sabelium. Non potest idem esse principium sui ipsius. At Pater est principium Filii, deinde Pater, & Filius sunt principium Spiritus Sancti: ergo Pater distinguitur à Filio: deinde Pater, & Filius ab Spiritu Sancto, & consequenter non sunt una persona, ut putabat Sabelius; sed personæ distinctæ. Constat ergo ex Theologia principium, & principiatum, quatenus talia distinctiones.

14 Dices primò: Discursu facto probari, non esse in Deo realiter loquendo potentiam, plusquam logicam ad intellectionem necessariam; non tamen probari, non esse in Deo ratione nostra talem potentiam: quia licet capacitas, quam habet Deus ad intellectionem necessariam, non distinguatur realiter ab illa, ac proinde non sit realiter potentia plusquam logica ad ipsam; distinguitur tamen ratione nostra, ac proinde ratione nostra dabitur in Deo potentia plusquam logica ad eam intellectionem. Hæc tamen solutio in præsenti non est ad rem. Modo namque solum contendimus, in Deo non esse realiter, & intrinsecè talem potentiam plusquam logicam, constitutam, non quidem ab extrinsecis conceptibus nos-

nostris; sed realiter, & intrinsecè in ratione talis potentiae. Itaque nostra conclusio dirigitur contra eos authores, qui duo considerant: Primum est, potentia plusquam logica ad intellectu-
nem necessariam. Secundum est, distincio illius ab ea intellectione: rursusque dicunt, eam potentiam in ratione talis potentiae, constitutam esse intrinsecè, & realiter ex parte Dei; in ratione tamen distincæ ab intellectione, constitui per nostrum modum concipiendi extrinsecum Deo: sicut misericordia diuina intrinsecè, & realiter ex parte Dei constituta est in ratione misericordiæ diuinae; at in ratione distincæ à iustitia diuina constituit extrinsecè per nostrum modum concipiendi. Huic, inquam, sententiæ opponimur. An verò prædicatum aliquod diuinum possit constitui ex modo nostro concipiendi in ratione potentiae plusquam logicae ad intellectu-
nem necessariam, discutiemus infra.

15. Dices secundò, cum P. Ripalda tract. de Volūtate Dei, & cum alijs Recentioribus ingeniosis, non dari in Deo realiter, & intrinsecè potētiā physi-
cam ad intellectu-
nem; nec ta-
men dari solūm potentiam lo-
gicam; sed dari etiam realiter, & intrinsecè potentiam inten-
tionalem. Sic vocant capacita-
tem, quam habet Deus, ut se-

uniens cum intellectione neces-
saria, vniōne perfectissimæ idē-
titatis, reddatur intelligens, ut
quod. Sicut enim intellectio est
operatio intentionalis; ita etiam
intelligens est operans intentio-
naliter: operans autem, ea ratio-
ne qua est operans, est principiū
rei, quam operatur. Sed in hac
solutione cuius infirmitas ma-
gis constabit ex solutione argu-
mentorum solas voces inuenio.
Primo, quia extra rem præsen-
tem est. Quod sic probo. Quia
præsens scopus est potentia plus-
quam logica ad intellectu-
nem, vt operatio est; non autem ad
objec-
tum, vt obiectum est. At
hac solutio non affert primam
potētiā; sed ad summum po-
steriorem: igitur extra rem præ-
sentē est. Minor probatur. Nam
intentionaliter operans est prin-
cipium intentionale illius, quod
est intentionaliter operatū pas-
siuē: sicut physice operans est
principium physicū illius, quod
est physicè operatum passiuē. At
passiuē operatum intentionaliter
non est ipsa intellectio, vt o-
peratio est; sed obiectum, quod
cognoscitur, prout cognitum
est: sicut enim cognoscere est
intentionaliter agere; ita cog-
noscere est intentionaliter agi. Nō
igitur prædicta solutio affert po-
tentiam intellectualem plusquam
logicam ad intellectuē prout
operatio est; sed, si aliquam af-
fert potentiam plusquam logi-
cam,

cam, præcisè est ad obiectum, ut obiectum est. ¶ Explicatur. Sicut terminus actionis physicæ est illud circa quod actio physica versatur productiù; ita terminus actionis intentionalis est illud circa quod versatur actio intentionalis cognoscitius, & perceptius: ideo frequens est dicere actionem physicam terminari ad rem, quæ producitur, actionem autem intentionalem ad obiectum, quod cognoscitur, & percipitur. Id verò circa quod actio intentionalis versatur cognoscitius non est ipsa cognitione prænt operatio est; sed obiectum, quod cognitione reditur cognitum.

19 Secundò arguo prænotans, dupliciter intelligi posse, principium aliquod esse principium non physicum; sed intentionale. Primo, quatenus sit principium physicum, non quidem existentia physicæ; sed existentia intentionalis illius, cuius est principium. Sic intellectus noster est principium intentionale ipsius Dei, quia principium est cognitionis, qua cognoscimus Deum, & ea cognitio est existentia intentionalis, qua Deus existit intentionaliter in intellectu nostro. Secundo, quatenus per existentiam intentionalem; non verò per physicam sit principium illius, cuius est principium. Sic finis, v. g. sanitas intenta, est principium in-

tentionale adhibendi media ad consecutionem ipsius. Sanitas enim per sui cognitionem, & amorem, quæ sunt existentiae intentionales ipsius sanitatis, est principium exhibitionis medium. Tunc sic. Deus neque primo; neque secundò modo est principium intentionale suæ cognitionis necessariae: ergo nullo modo. Nō primo modo. Nam existentia intentionalis cognitionis necessaria diuinæ est cognosci hanc ipsam cognitionem. At Deus non est principium physicum cognitionis, qua cognoscitur cognitione necessaria Dei: quia sicut Deus non distinguitur à sua cognitione necessaria; ita neque à cognitione huius cognitionis: ergo Deus non est principium physicum existentiae intentionalis cognitionis necessariae. ¶ Non secundo modo. Quia existentia intentionalis Dei est Deum esse cognitum. At Deus non est principium intentionale, quia cognitus est, sed quia est cognoscens ut quod, ut fateris: ergo non est principium intentionale, præcisè per seum esse intentionale; sed per esse physicum.

17 Respondebis, non solum esse principium intentionale, quod alterutro ex his duobus modis se habet; sed etiam, quod est intentionaliter operans, quidquid sit de alijs: cumque cognoscens, cò præcisè, quod sit cog-

cognoscens sit intentionaliter operans, quippe cognitio est intentionalis operatio, planè sit cognoscens, præcisè quia cognoscens esse principium intentionale. Quare, si vera est opinio satis probabilis, quæ sufficere ait ad intelligendum, quod Deus se solo infundat intellectionem creature intelleculi, creatura, quæ hoc modo intelligeret esse intelligens, ac proinde intentionaliter operans, & principium intentionale, cum tamen neutro modo se haberet ex assignatis num. præced. ¶ Sed contra est. Nam, ut pater ex num. 15. data opinione de qua in reponsione, talis creatura non esset principium intentionale intellectionis; sed solius obiecti percepti. Nam solùm est principium intentionale illius circa quod intentionaliter versatur actione intentionali; & sic versatur circa obiectum cognitum, non circa intellectionem, ut intellectio est præscindendo ab eo quod cognoscatur reflexe: ergo similiter Deus non erit principium intentionale sive intellectionis prout intellectio est, præscindendo ab eo, quod cognitum est, esto dicatur principium intentionale obiecti cogniti, de quo non curamus nunc. ¶ Vrgetur, & explicatur ex ipso aduersiorum exemplo. Nam, si in casu posito, Deus produceret intellectionem per creationem,

ac deinde ipsam vniuersit animo rationali, animusque rationalis per illam intelligeret obiectum; non autem intelligeret ipsam, certè animus non esset principium eius intellectionis. Non productuum, quia intellectio producitur à solo Deo. Non passuum: quia intellectio producitur per creationem. Non intentionale, quia non versatur actione intentionali circa ipsam intellectionem; sed scilicet circa obiectum, quod intellectione exprimitur: ergo similiter Deus, præscindendo à cognitione quasi reflexa tuæ intellectionis necessariæ non est principium intentionale ipsius. Dabimus, quæ posunt hic desiderari, soluantes argumenta.

CAP. III.

Soluuntur obiecções.

18 R Educintur illæ ad duplē classem. Priors probant præter potentiam logicam ad intellectionem necessariam Dei, admittendam esse intrinsecè & ex parte obiecti potentiam aliam, sive sit vocanda physica; sive intentionalis. Postiores autem, concedendam esse saltem potentiam intentionalem.



§. PRIMVS.

Argumenta prioris classis.

19 **O**nus bijcies primò. De ratione principij physici non est distingui ab eo, cuius est principium: ergo quamvis intellectus diuinus non distinguatur ab intellectione poterit esse principium illius. Consequentia patet. Nam ad prædictam rationem principij non aliud impedi- mētum assignatum est à nobis, quam idētitas. Antecedens probatur primò. Nam in Patre aeterno datur vera, & propria potentia physica generandi filium. At eiusmodi generatio est identificata cum Patre: ergo de ratione principij non est distinctio ab eo, cuius est principium. Respondebis, Patrem aeternum non esse principium generationis actiuæ identificatæ cum ipso Patre, sed tantum esse principium generationis passiuæ identificatæ cum ipso Filio, & à Patre realiter distinctæ. Quæ solutio videtur expressa D. Thom. 1. p. q. 41. art. 4. ad 3. Sed contra est. Nam principium quo productuum Filii est intellectio Patris. At hæc intellectio non distinguitur à Filio: ergo iam principium, & terminus non distinguuntur. ¶ Secundò probatur antecedens. Nam iuxta satis communem, & plausibilem opinionē pluriū Theol.

Humanitas Christi D. est principium suæ reproductionis in Eucharistia: ergo idem est principium producens, & terminus productus.

20 Ad argumentum respondeo, solutionem ibi adductam ex B. Th. optimam esse. Ad redargutionem, in primis multi putant, ad æquatum principium reale formale quo productuum Filii esse personalitatem Patris, prout virtualiter distinctam ab omni formalitate absoluta, & communis: & cum ea personalitas Patris distinguatur à Filio, iam distinguuntur principium, & terminus. Secundò, tametsi intellectio Patris includatur intrinsecè in principio quo producitur Filii; non tamen est principium huius accepta secundum se seorsim, qua ratione non distinguitur à Filio; sed ut modificata per personalitatem Patris, & ut sic distinguitur à Filio. De his tract. de Trinitate. Ad secundam probationem antecedentis respondeo, eam opinionem, si aliquo modo defendenda sit, de quo suo loco, propugnādam esse dicēdo, neque corpus Christi reproducere ipsum corpus, neque animam reproducere animam, neque totum indivisiū sumptum reproducere totum; sed corpus per potentiam obedientiam reproducere animam, & similiter animam reproducere corpus. Nam iuxta probabilem

lem Philosophiam non implicat mutua causalitas quoad secundam productionem.

21 Obijcies secundò, Deus verè, realiter, & propriè intelligit: ergo verè, realiter, & propriè potest intelligere, & consequenter verè, realiter, & propriè potentiam habet ad intelligendum. Ultima consequentia videtur aperta, & prior est legitima, cum sit ab actu ad potentiam. Confirmatur primò. Sacra Scriptura sàpè concedit in Deo intellectum, & voluntatē. Sed aliuscè condistinguit facultates ab intellectione, & volitione, vt patet ex illis verbis Pauli ad Ephes. Secundum propositum voluntatis suæ. Ergo concedendus est in Deo intellectus ab actuali intellectione condistinctus, qui vt sic distinctus non potest esse aliud, quām principium intellectonis. Confirmatur secundo. B. Iustinus quest. 3. ad Græcos ait: *Quæ differentia est potentiae ad actum, ea est voluntatis diuina ad ipsum velle, idemq; diceret consequenter de intellectu, & intellectione.*

22 In primis argumentum retorquetur contra aduersarios. Nam Deitas actu est Deitas: & consequenter potest esse deitas; & tamen ad hoc, vt deitas sit deitas, neque iuxta aduersarios datur alia potentia, præter logicam consistentem in non repugnantia Deitatis. Quare, concessio-

antecedente, distinguo primum consequens. Potentia logica, concedo consequentiam; physica, nego. Et similiter distinguendum est secundum. Licit enim semper optima consequētia sit ab actu ad potentiam logicam: nam, quod actu est, non repugnat actu esse: & quod actu intelligit, non repugnat actu intelligere: quandoque tamen nō est bona consequutio ab actu ad potentiam physicam. Hæc enim potentia non datur respectuè ad illud quod actu est à se; quia procedat à principio distincio, quia ipsum est pri numeri ceterorum omnium principium. ¶ Ad primam confirmationem, præterquam quod Paulus agit ibi de volitione libera, & modo ne bis non est sermo de potentia Dei ad suos actus contingentes intellectus, & voluntatis: respondeo, si quando intellectus diuinus, & intellectio necessaria tanquam extrema condistincta significantur, intelligendam esse distinctionem extrinsecā ex modo significandi, vt in sequentibus exponemus; nō vero intrinsecam ex parte obiecti significati, qualis non est inter intellectū Dei, & intellectiū necessariam, vt partim ex dictis, & plenè constabit ex dicendis. Vnde ad secundam confirmationem ex Iustino dicatur: quæ differentia est potentiae ad actum, eam esse voluntatis diuinae ad ipsum

vel e: extrinsecè quidem ex modo significandi ; non autem intrinsecè ex parte obiecti : vel dicatur cum nostro Bellarnino de scriptoribus Ecclesiast. circa annum 50. opusculum illud non esse Iustini, & quia sàpè ibi mention fit Manichæorum , qui post Iustini obitum sunt exorti ; & quia plura continet authore tanto non digna.

25 Obijcies tertio. In Deo est vera, & propria ratio intelligentis, & intellectio[n]is , sine distinctione , & processione vera, & propria intellectio[n]is ab intelligenti : ergo similiter, inclusa hac distinctione, poterit concedi in Deo intrinsecè, & ex parte obiecti vera ratio potentiae, principij, & actus primi (quæ omnia inidem recidunt) respectu intellectio[n]is necessariae . Probatur consequentia . Tum quia non appetet ratio cur admittatur unum, & excludatur alterum. Tum, quia ubi est actus secundus intelligendi, nempè intellectio actualiter exercita , est etiam actus primus intelligendi , scilicet potens se per intellectio[n]em exercere: neque enim secundum est sine primo. Tandem quia non minus cognitio dicit relationem ad obiectum , quam actu primus intelligendi ad intellectio[n]em. At in Deo cognoscente se stat ratio cognitionis, & obiecti sine verâ distinctione utriusque : ergo stabit actus primus, & secun-

dus sine vera utriusque distinctione.

24 Respondeo concessio antecedente, negatur consequentia. Ad primam probationem respondeo , discrimin esse manifestum. Nam esse intelligentem , est esse substantiam spiritualiter percipientem obiectum ; & esse intellectio[n]em est esse rationem formalem , qua constituitur percipiens obiectum: nullaque implicatio contradictionis est haec duo competere eidem entitati. At esse principium, & terminum, potentiam physicā, & actum : actum primum , & secundum , est esse virtutem ad hoc , vt per exercitium ipsius multiplicetur numerus rerum; esse autem terminum, & actum secundum , est esse id, quod per exercitium potentiae, & actus primi multiplicat numerum rerum supra principium, & actum primum. Hæc autem non stant sine distinctione inter principium, & principiatum: actum, & potentiam, actum primum, & secundum. ¶ Ad secundam probationem dicatur, intellectio[n]em diuinam non esse dicendam actum secundum intelligendi, quia secundus non est sine primo ; sed actum purissimum, & actualissimum , non ab alio; sed a se. Ad tertiam probationem dicatur primo , eadem ostendi posse , intellectum diuum esse realiter productum cognitionis necessariae. Si enim po-

test realis, ac vera relatio dati in cognitione ad obiectum sine distinctione cognitionis ab obiecto; cur non poterit in producente intellectionem necessariam, iuxta r̄um modum arguendi, dari realis, ac vera relatio ad intellectionem productam sine distinctione ab illa? ¶ Dicatur secundò, falsam esse maiorem. Nam de ratione actus primi realis ad intellectionem est relatio realis ad ipsam, & distinctio realis ab eadem. De ratione autem cognitionis realis non est talis relatio, vel distinctio respectu cogniti. Tum quia plures cognitiones, etiam creatoꝝ, habent se ipsas pro obiecto cognito, vt patet in hac. *Omnis cognitio est alicuius expressio.* Nam cum omnes cognitiones tanquam obiectum cognitum attingat, etiam se ipsam sic attingit. Tum quia secundum doctrinam probabilem, quam post alios amplectitur P. Martinon hic disp. 9. sect. 1. num. 5. quam ex ingeniosis R.R. latius referimus disp. 1. de Voluntate. ei, omnis cognitio est experimen talis cognitio sui: nihil enim cognitioni notius, quam cognoscere, nihil clarior, quam ipsa lux per quam obiecta clarescunt. Vnde de ratione cognitionis, vt sic, praeceps est ostendere formaliter intelligenti aliquid sine distinctum, sine indistinctum ab ipsa.

25 Obijc̄ies quartò. Capacitas, quam habet Deus, vt redatur intelligens per intellectu nem necessariam pertinet ad intellectualitatem diuinam, vt patet. At non pertinet ad intellectualitatem diuinam tanquam actualis intellectio: ergo tanquam potentia ad illam: vnde non solum erit concedenda eo intellectio per modum actus; sed etiam vis intelligendi per modum potentiae. Minor probatur. Nam, vt dicemus infra, talis capacitas ex suo conceperū formalī præscindit ab eo quod sit intellectio, à quo non præscindit ipsa intellectio: ergo non pertinet ad intellectualitatem diuinam tanquam actualis intellectio; led tanquam aliquis præcindens ab eo quod sit actualis intellectio. ¶ Concessa maiore, distinguenda est minor, concedendumque, eam capacitatē non pertinere ad intellectualitatem diuinam, tanquam intellectu nem actualē, extrinsecè ex modo nostro cōcipiēti; bētāmē intrinsecè, & ex parte obiecti: hoc enim modo talis capacitas & intellectio necessaria omnino identificantur. Neque hinc infertur, eam capacitatē, taliter ex modo nostro cōcipiēti, esse potentia plusquam logicam ad intellectionem; sed tantum infertur, ex modo nostro concipiendi præscindere ab eo quod sit potentia pure logica, vel plusquam logi-

logica, nam capacitas intelligentiae erit pure potentia logica, si sit in re omnino idem cum intellectione; plusquam logica, si in re distinguatur ab intellectione, Deusque prescindit ab hac identitate, & distinctione prout praecisè conceptus, ut capax ad intelligendum.

26 Recentiores Salmantenses, meritò celebres inter Thomistas, contra nostram, & eximij Doctoris sententiam duo obiciunt. Primum. Datur in Deo cū omni proprietate actialis intellectio sine reali egressione ipsius à principio, & sine receptione in subiecto volente: ergo dabitur in Deo cum omni proprietate potentia intellectua plusquam logica sine ratione principij realis elicitiui, & receptiui intellectionis. Probatur consequētia. Non minus actialis intellectio creata importat actualem egressionem, & receptionem, quam potentia intellectua creata, plusquam logica, importat vim elicitiuam, & receptiua intellectionis. At, non obstante primo, propriissima intellectio in Deo non importat eam egressionem, & receptionem: ergo, secundo non obstante, propriissima facultas intellectua, plusquam logica, non importabit in Deo vim elicitiuam, & receptiua. ¶ Secundum. Datur in Deo cū omni proprietate ratio naturæ ref-

pectu attributorum, absque reali dimanatione, & receptione ipsorum: ergo dabitur in Deo cū omni proprietate potentia intellectua plusquam logica absque reali elicentia, & receptione intellectionis. Antecedens supponunt esse verum. Consequentiam probant. Non minus est de ratione naturæ esse radicē proprietatum, quam de ratione potentiae intellectuæ plusquam logicæ esse principium intellectionis. Si ergo propriè datur in Deo ratio naturæ absque reali radicatione proprietatum; proprie etiam dabitur potentia intellectua absque reali elicentia, & receptione intellectionis. Mitto argumentum petitum ex elicentia virtuali, de quo cap. 4.

27 Ad primum, concessō antecedētē, negatur consequētia. Ad probationem respondeo primo, posse probabiliter negari maiorem. Non enim improbabile est, possibilem esse substantiam creatam omnibus modis identificatam realiter cum intellectione sui ipsius: eaque intellectio, neque realiter egreditur, neque realiter recipietur in ea substantia. Respondeo secundō, permissa maiori, & concessā minori, nego consequētia. Discremen est, quia intellectio creata, si importat egressionē, & receptionem, non est ex conceptu intellectionis, ut sic; sed alijs de causis, quas poterit quisque

que assignare consequenter ad sua principia. At potentia crea-
ta, plusquam logica ad intellec-
tionem, importat vim actiuā,
vel passiuam intellectioris ex
conceptu potentiae intellectiue,
plusquam logicæ, vt sic accep-
ta. Ratio prioris est. Quia no-
mine intellectioñis, vi sic, nihil
aliud omnes intelligimus, quam
rationem formalem manife-
standi aliquid substantiæ, cui
non repugnat, illud aliquid sibi
manifestari: & hæc ratio præ-
cindit ab egreſione, & recep-
tione intellectioñis. Ratio po-
sterioris est. Quia nomine po-
tentiae, non mere logicæ; sed
plusquam logicæ ad terminum,
nihil aliud intelligi potest, pro-
priè lequendo: quam focundi-
tas quædam ad terminum, &
consequenter vis multiplicati-
ua supra se numeri rerum per
positionem termini: hoc autem
intelligi non potest realiter ab-
sque via actiuā, passiuā, vel alia nō
minus importante distinctio-
nem realem à termino, quam
prædictæ. Hinc in Deo, ubi nihil
est realiter ab intellectione ne-
cessaria distinctum; nihil est,
quod sortiatur propriam ratio-
nem potentiae plusquam lo-
gicæ ad intellectioñem. Vnde,
vt optimè nonnulli ex nostris,
ubi absque controuersia ponitur
in diuinis vera, & propria po-
tentia, vt in patre potentia genera-
tiua filij, ponitur etiā distinctio,

& oppositio realis, imò ex ea
potentia infertur realis distinctio.

28 Solutioni nostræ önsonat
satis clarè D. Th. i. p. q. 41. ar. 4.
ad 3. illis verbis: *Respectu illarū
actionū secundū quas aliquæ res pro-
cedunt; distinctæ à Deo, vel es-
sentialiter, vel personaliter: potest
Deo attribui potentia secundum
propriam rationem principij. Et
ideo sicut potentiam ponimus cre-
di in Deo, ita possumus ponere
potentiam generandi, vel spiran-
di. Sed intelligere, & velle non
sunt tales actus, qui designant pro-
cessionem alicuius rei à Deo dis-
tinctæ, vel essentialiter, vel per-
sonaliter. Vnde respectu horum a-
ctuum non potest saluari ratio po-
tentiae in Deo, nisi secundum mo-
dum intelligendi, & significandi
tantum: prout diuersimode signi-
ficiatur in Deo intellectus, & in-
telligere. Ex quibus arguo sic.
Per illa verba: secundum mo-
dum intelligendi, & significan-
di tantum, D. Thomas exclu-
dit à Deo respectu sua intellectio-
nis, & volitionis eam po-
tentiam, quam ponit in Deo res-
pectu creaturarum, & in perso-
nis producentibus respectu pro-
ductarum. Sed hic ponit veram,
& propriam potentiam intrin-
secè ex parte rei: ergo hanc ex-
cludit respectu sua intellectio-
nis, & volitionis; admittens du-
taxat potentiam extrinsecè ex
modo nostro intelligendi, & sig-
nificandi.*

29 Respondent aduersarij, posse duplice intelligi, potentiam intellectuam conuenire Deo secundum rationem tantum: uno modo quoad formalitatem potentiae; alio modo quoad distinctionem ab actu. Quo posito dicunt, D. Thomā, neque respectu creaturarum, neque respectu personarum productarum, neque respectu intellectus, & volitionis essentia- lium, negasse Deo veram, & propriam potentiam quoad formalitatem potentiae; tamē quoad formalitatem distinctionis ab actibus; sed etiam quoad formalitatem potentiae.

priam potentiam secundū rem ad intellectionem, & volitionē essentiales, quia iste non procedat à Deo tanquam distincta. At, si solum excluderet distinctionem, probaret non distinctionem ex non distinctione, nempē ignotum per eque ignotum, & idem per idem ergo respectu talium actuum, nō solum excludit D. Thom. realiter loquendo, veram, & propriam potentiam quoad formalitatem distinctionis ab eis actibus; sed etiam quoad formalitatem poten- tiae.

30 Ad secundam obiectiō- nem ex num. 26. Respondeo. Dupliciter intelligi potest ratio naturae. Primo, quoad formalitatem physice radicis, ut accipiatur ab Aristotele 2. physicorum dicente: *Natura est principium motus, & quietis eius, in quo est, &c.* Secundo, quoad formalitatem essentiae metaphysicae: quia ratione metaphysica essentia, & quidditas rei dicitur natura rei: & definitio rei dicitur explicare naturam rei. Natura in hac secunda acceptione sumpta est ipsa res prout potens terminare metaphysicam definitionē suā: & quia definitio essentiae metaphysicae rei est primarius conceptus explicatius rei modo sufficiens ad discernendam ipsam à quolibet alio, ideo natura, in hac secunda acceptione sumpta, est ipsa res prout po- tens.

tens terminare talem conceptū primarium. ¶ Petes tamen, in quo sit conceptum aliquē esse primariū explicatiuum rei? Respondeo ex dictis in metaphys. istat in eo, quod rem explicit per prædicata vniuersaliora rei, quæ coniuncta sufficient ad hoc, ut ea res distinguatur ac ceteris alijs. Prædicata enim vniuersaliora, per se loquendo, & sunt notiora minus vniuersalibus; & secundum ordinem intelligentiæ sunt primaria. Notiora quidem minus vniuersalibus. Tum quia illa reperiuntur in pluribus; quam hæc: quæ autem in pluribus reperiuntur, sunt magis obvia intellectui. Tum, quia prædicata minus vniuersalia non possunt secundum suam rationem cognitione definitiua perfecta cognosci, nisi hoc modo cognitis vniuersalibus: ratio enim anima lis nequit perfecta definitione quidditatiua cognosci, non sic cognita ratione viuentis; benè tamen ratio viuentis, non ita cognita ratione animalis, & sic in cæteris.

31 Deinde prædicata vniuersaliora, idcirco dicuntur, secundum ordinem intelligentiæ priora minus vniuersalibus, quia definitiua intelligentia vniuersaliorum independens est ab intelligentia definitiua minus vniuersalium; secùs autem contra. Hinc ego in metaphysicis arbitratus sum, quando in eadem

re datur duo prædicata aquiliter quoad vniuersalitatem se habentia, vtrumque esse æquè, primum, secundum ordinem intelligentiæ, nisi definitiua intelligentia vnius independat à definitiua intelligentia alterius; secùs contra, verbi gratia, in substantijs intellectiuis datur ratio intellectiui, & ratio volitui: quæ rationes æquè sunt vniuersales, quia iuxta communiorum sententiam (quam non decerno) omne intellectuum est volituum: & omnne volituum est intellectuum, opinor tamen volituum, ut tale, esse posterius ratione, id est secundum intelligentiam definitiua, quam intellectuum. Nam definitio intellectiui est: *Capax*, ut sibi formaliter manifestetur aliquid. Hæc autem definitio independens est, ab eo, quod intellectuum cognoscatur, ut volituum. Ac definitio volitui est. *Capax*, ut ex intellectione bonitatis rei in ipsam inclinet. Hæc autem cognitio stare non potest sine cognitione intellectiui, ut talis. Quod si prædicata rei, quoad vniuersalitatem aquilia, æqualiter dependeant, vel independeant, quoad intelligentiam definitiua, non constituent ordinem prioris, & posterioris secundum rationem; sed se habebunt conmitanter.

32 Hinc secundò , prædicata primaria rei connexa cum secundiarijs sunt optimum medium illationis , vt loquitur acutissimus Aureolus in 1 . dist . 35 . q . 1 . artic . 2 . propos . 3 . 9 . *Al* 2 . ad prædicata secundaria . Nam & ea prædicata primaria conne-stuntur cum secundiarijs , vt po-nimus ; & eo ipso , quod sint pri-maria sunt per se notiora secun-diarijs , vt constat ex dictis . Istæ autem sunt conditiones necesi-fariae , & sufficientes ad optimū medium illationis . Sed de his latè suo loco , vbi subnecitemus utilia corollaria , do-trinam-que vindicabimus ab obiectio-nibus . ¶ Ex quibus ad secun-dam obiectiōnē ex num . 26 . dicatur , in Deo non dari respe-ctu attri butorū meripſa cum omni proprietate rationem na-turæ sumpta natura pro radice reali , cuius oppositum non bene-supponitur ; bene tamen sumpta natura pro essentia metaphysi-ca rei , nimirum pro reipſa , vt potente terminare suum pro-prium conceptum primarium , sub quo est optimum medium illationis , ratione nostra prius , ad inferenda prædicata secun-daria , qua rei proprietates , & attributa , ordine metaphysico di-cuntur .



§. SECUNDVS.

Alia argumenta eiusdem clasis.

33 R Ecentiores ex nostris , doctrina , & ingenio no-biles , mediā viam aggredi sunt , in quā multū fortassis de no-mine , & parū de re controuer-tit . Dicunt , non dari in Deo , actum primum intelligēci pro-priè dictum distinctum à mera potentia logica ad intelligen-dum , vt iam in præcedenribus ostendimus . Non tamen præ-cisè datur potentia logica ad in-tellectionem necessariam Dei ; sed etiam actus primus intelli-gendi , impro prius quidem ; con-distinctus tamen à mera po-tentia logica . Quod sic expli-cant . In intellectione crea-ta da-tur formalitas repræsentatio-nis , & non repugnantia repræ-sentandi : si enim habet repræ-sentare , habet planè non repug-nantiam , vt repræsentet . In in-telligente autem , siue actu pri-mo intelligendi creato , datur capacitas ad intelligendum , quæ dis-tinguitur ab intellectione , & à nō repugnantia ad repræsen-tandum , quam habet intellec-tio . Nam capacitas ad intel-ligendum est in intellectuo ; non autem in intellectione , in qua datur formalitas intellectio-nis , & non repugnantia ad ex-primendum objectum ; ipsa ve-ro

rò intellectio non est capax intelligendi. Aliunt ergo sensum difficultatis esse, an in Deo sit sola formalitas expressionis; & nō repugnantia exprimendi, ideoque Deus in ratione intellectuallis solū dicat rationem intellectui, *vt quo*; vel sit etiam in Deo formalitas capacitatris intelligendi, atque adeo, intra rationem intellectualis, etiā sit intelligens, *vt quod*, quidquid sit de distinctione harum formalitatum: quæ est alia difficultas.

34 Partem affirmatiuā probant primò. Nam Concilium Rhemensē expreſſe ait, dari in Deo id *quod* est sapiens; & id *quo* est sapiens: ergo in Deo non solū datur ratio formalis expressionis, in qua stat ratio sapientis, *vt quo*; sed etiam ratio capacitatris percipiendi, quæ est sapiens *vt quod*. ¶ Respondetur. Hoc argumento non probatur capacitas ad intellectuonem cōdistincta à pura potentia logica. Mens enim Concilij præcisè est, non esse in Deo intellectuonem accidentaliter superuenientem diuinæ substantiæ; sed substantiam se ipsa intelligentem; præcinditque Conciliū ab eo, quod hoc ita sit, siue præcisè per intellectuonem substantialem, puramque non repugnantiam ipsius, siue etiam per capacitatrem percipiendi munus aliud habentem, quæ in puræ potentia logica.

35 Secundō probant. Præcindi potest ratio intelligentis à Deo; & intelligenti creato. At hæc ratio ita propria est intelligentis creati, vt non sit cōmunis intellectuonis creatæ: hac enim nō est intelligens; sed purè intellectio: ergo datur in Deo ratio intelligentis ita propria intellectui creati, scilicet actus primi, vt non sit cōmunis intellectuonis creatæ, nempè actui secundō. At ratio intelligentis propria intellectui creati, & repugnans creatæ intellectuonis est capacitas percipiendi contradistincta ab actuali intellectuone: ergo capacitas hæc datur in Deo; & non sola ratio intellectualitatis, quæ inuenitur in actu secundo intellectuendi.

36 Respondeo. Neque hoc argumentum probat capacitatē intelligendi conditinctam à pura potentia logica. Nam ratio intelligentis, vt sic, præscindens ab intelligenti creato, & increato, quamvis importet capacitatē intelligendi; præscindit tamen ab eo, quod ea capacitas sit, vel non sit alterius muneris, quam pura potentia logica. Ratio est, quia capacitas intelligendi accepta, vt sic vniuersalissimè, nihil est aliud, quam non repugnantia rei, vt intrinsecè cōiungatur cum intellectuone (præcindendo ab eo, quod ea coniunctio sit identitatis, vel alterius unionis intrinsecæ) tan-

quam cum constituerem rem ipsam in ratione intelligentis. Hæc autem ratio, si contrahatur ad intelligens in creatum, habet purum munus potentia logica; si autem contrahatur ad intelligens creatum habet aliud munus a potentia logica: ergo praescindens ab intelligentiœ creato, & increato præcedit ab eo, quod habeat, vel non habeat aliud munus à potentia logica. Minorè expli-co, quæ facilis est, quoad secundam partem. Nam capacitas intelligentis creari ad intelligendū, non dicit præcisè non implicare contradictionē effectū formalē intelligendi; sed etiam, quod in eo intelligentiœ sit vis, aut actiua, & passiva intellectiōis, aut saltē passiva, aut saltē informabilis, & perfectibilis intrinsecè per intellectiōē. Paet autem prædictam capacitatē, præter non implicationē intelligendi, importare circa intellectiōē munus aliud capacitatis ad ipsam agendum, patiendū, vel recipiendū.

37 Probatur eadem minor quoad secundam partem. Nam intellectio substantialis, completa, & existens a se, eo ipso non est pura intellectio; sed etiam intelligens. Nam eo ipso non ordinatur, vt accidentalis intellectio, ad hoc vt aliud ens præcipuum, cui adueniat, intelligat; sed ad hoc, vt ipsa intelligat: ergo eo ipso quod Deus sit ea intellectio, non sit pura intellectio; sed intelligi-

gens; & eo præcisè quod non repugnet Deum esse eam intellectiōem, potest Deus esse intelligens. Quare, vt Deus possit esse intelligens frustra configitur capacitas alterius muneris, quam pura non repugnantia: vt sit ea intellectio: ergo cum talis non repugnantia sit pura potentia logica, frustra configetur in Deo alia capacitas intelligendi præter potentiam logicam. ¶ Explicatur. Deitas vt sit coniuncta per omnimodam identitatē realem cum Deitate, non aliam capacitatē postulat ad hanc coiunctionem, quam non repugnantiam, vt sit Deitas: ergo Deus, vt sit intellectio substantialis, completa, & a se existens, non aliam capacitatē postulat, quam non repugnantiam, vt sit ea intellectio: ergo cum Deus, eo ipso, quod sit ea intellectio sit intelligens, Deus vt sit intelligens non exiget alia capacitatē, quam non repugnantiam, vt sit ea intellectio. Deinde Deitas est sancta vt quod quatenus per similitudinem identitatem habet se ipsam, quæ est primarium, & perfectissimum ius ad beatitudinem, amorē, & iucunditatem circa Deum. Tunc sic. Tametsi deitas sit sancta vt quod, & sancta vt quo, & rursus in creatis sanctum vt quod distinguitur à sanctitate, quæ est id quo tribuitur effectus formæ, sancti, proindeque in creatis capacitas creature ad sanctitatem

non

non sit pura potentia logica, vt
creatura sit sancta; sed ulterius
addat in creatura vim receptiuā
sanctitatis; tamen in Deitate ca-
pacitas, vt sit sancta, praeceps est
potentia logica, seu non repug-
nantia, vt deitas sit deitas: ergo
quid simile dicendum in intelli-
gence diuino comparato cum
intelligenti creato. Hic enim ar-
gumenta aduersariorum retor-
quentur contra ipsos.

38 Hinc ad argumentum ex
num. 35. concilio primo syllo-
gismo, distinguo minorem: Ca-
pacitas intelligendi contradic-
tientia ab actuali intellectione,
præscindens ab eo, quod dicat,
vel non dicat aliam potentiam,
quam pure logicam ad intellec-
tionem, concedo minorē; po-
sitiū dicens potentia pluī quam
logicam, nego: & sub eadem di-
stinctione concedenda, & nega-
da est consequentia. Idem cerni-
tur in deitate, vt sancta.

39 Tertiō probant. Intellec-
tio creata, vt sic, non continet
in suo conceptu totā perfectio-
nem generis intellectui in esse
intellectui: si ergo intelligens
diuinum solum diceret rationē
generis intellectui, quæ est in in-
tellectione creata, & non quæ
respondet intellectuo, non di-
ceret totam perfectionē gene-
ris intellectui, vt sic. Antecedēs
probatur. Differentia illa, per
quam substantia creata contra-
hitur ad intellectuum creatum

est perfectio generis intellectui:
per illam enim constituitur in-
esse intellectui. Sed intellectio
creata non dicit illam differen-
tiā, cum distinguitur realiter
ab illa: ergo intellectio creata
non dicit totam perfectionem
generis intellectui, vt sic: & co-
sequenter, vt in Deo sit tota per-
fectio intellectui vt sic, tribuen-
da est ipsi perfectio quæ correp-
ondeat intellectui creatu, ea-
que perfectio est actus primus,
scilicet capacitas percipiendi.

40 Hoc argumentum, & in-
fringitur facile in Deitate, vt san-
cta, vt consideranti patet, &
non difficulter solvit ex dictis
ad præcedens. Reipödeo. Intel-
lectio creata non continet in suo
conceptu totam perfectionem
generis intellectui, vt benè ar-
guens. Ceterum perfectio illa,
per quam substantia creata con-
trahitur ad intellectuum creatu,
duo dicit. Primum est, esse rem
capacem, vt coniungatur intrin-
secè cum intellectione tanquam
cum constitiente ipsam rem in
esse intelligentis: & hæc ratio est
perfectio præscindens ab imper-
fectione, quæ quidē ratio Deo,
& creaturis communis est, & i.
Deo realiter ab intellectione di-
uina indistincta, in creatura vero
realiter distincta à sua intellec-
tione creata. Secundum est,
esse rem capacem, vt coniunga-
tur intrinsecè cum intellectione
producendo, & recipiendo ipsam:

& hæc ratio non præscindit ab imperfectione; sed importat imperfectionem intelligendi per intellectu[m] distinctam, productam, receptam, accidentalem, incompletam, existentem ab alio, & consequenter multis titulis imperfectam. Vnde talis ratio non est Deo cōmuni[s]; sed creaturarum propria. Hæc secunda ratio præter non repugnatiam, id est præter potentiam logicam ad prædictam coniunctionem intrinsecam substantiæ cum intellectione, dicit potentiam physicam ad intellectu[m]. At prima ratio secundum se sumpta præscindit à ratione potentiæ mere logica; vel plusquam mere logica. Nam præscindit ab eo, quod sit in Deo, vel in creaturis; & in his non est potentia mere logica; scilicet in illo. Cum igitur in Deo sola prima ratio existat, non secunda, sit planè non dari in Deo potentiam plusquam logicam ad intellectu[m], sed potentiam præscindentem à physica, & logica, quæ contracta ad Deum est purè logica.

41 Quartò probant. In subsistente diuino absoluto non solum datur conceptus subsistentiæ correspondens subsistentiæ creatæ, & non conueniens naturæ creatæ; sed etiam concepus naturæ correspondens naturæ creatæ, & non conueniens creatæ subsistentiæ; ergo similiter in intelligenti diuino, non solum

dabitur conceptus intellectu[m] correspondens intellectu[m] creatæ; & non conueniens creato intelligenti; sed etiam cōceptus intellectu[i] correspondens intellectu[m] creato, & nō conueniens creatæ intellectu[m]. Hic autem conceptus erit capacitas intelligendi per modum actus primi: ergo capacitas hæc datur in Deo. ¶ Admissio antecedente, de quo non disputo nunc, concedo cōsequentia. Ille autem cōceptus, ut num. p[re]ced. explicuimus, nō est capacitas per modum actus primi ad intelligendum, quæ sit plusquam pot[est]ia logica; sed capacitas intelligendi, quæ abstracte sumpta præscindit ab eo quod dicat; vel non dicat plusquam potentiam logicam; & cōtracte ad Deum est præcis è potentia logica. In conceptu autem subsistentiæ diuini per subsistētiām absolutam, nunquam concedemus in Deo aliam capacitatem ad subsistentiām absolutam, quam puræ potentia logica, ea proportione, qua loquimur in conceptu intelligenti diuini.

42 Demum arguunt in opinione ponentiū in Deo penitus intrinsecā cognitionem continentem. Nam in Deo respectu veritatis cōtingentis, non solum datur ratio expressionis, & non repugnantiæ exprimendi correspondens cognitioni creatæ; sed etiā ratio capacitatris percipiendi correspondens intellectu[m] creato: ergo

ergo etiam dabitur respectu veritatis omnino necessaria. Antecedens probatur: Deum posse percipere contingentia per cognitionem contingentem est praedicatum necessarium in Deo; & actu exprimere est praedicatum contingens. Sed primum correspondet intellectuo creato; secundum intellectioni: ergo. Prima consequentia probatur: Vel cognitio obiecti necessarij dicit aliquid in ratione intellectui praeter rationem praecisam expressionis correspondentem intellectioni contingenti ut sic? Vel non? Si secundum: ergo sicut cognitio contingens non dicit totam rationem generis intellectui insuallinea; ita neque necessaria: unde necessarij erit in Deo ponenda ratio capacitatis intelligendi contingentia. Si primum: ergo dicit rationem capacitatis intelligendi: hoc enim, & non aliud deesse potest generis intellectui, deesseque cognitioni contingenti.

43. Respondeo: In Deo cognoscente actualiter veritatē contingenter, v. g. Petrum peccatum esse cras, tria sunt consideranda iuxta praefatam opinionem. Primum est ipsa expressio actualis eiusveritatis. Secundum est. Non repugnantia intrinsecā eius expressionis actualis omnino identificata, etiam virtualiter, & logicè cum ea expressio-

ne, quae se ipsa ab intrinseco habet excludere a se contradictionem: eaque non repugnantia, ut pote prorsus identificata ex parte obiecti cum praedicta expressione actuali, tam, & eodem modo, quam ipsa contingens est. Tertium est, capacitas omnino necessaria ex parte Dei, ut reddatur contingentē intelligens per talem expressionem. Hoc tertium, si qua ratione, praeter munus potentiae logicae prorsus identificatae cum intellectione, gerit in Deo munus intellectui distincti aliquomodo ab ea potentia logica, est quidem, non praecise ratione capacitatis percipiendi, sed ratione capacitatis percipiendi distinctæ virtualiter intrinsecè ab ea expressione actuali, de quo iterum cap. seq. Nam, ut iam diximus, capacitas percipiendi, ut sic sumpta, praecedit ab eo, quod praecise gerat munus potentiae logicae, vel aliud. Hinc dico, in Deo intelligentे veritatē necessariam dari expressionem eius veritatis, non repugnantiam intrinsecam eius intellectionis, capacitatem percipiendi, nempe le coniungendi intrinsecè cum intellectione necessaria, ut constitueretur ipsum intelligentem. Non tamen datur distinctio virtualis eius capacitatis ab intellectione necessaria: nam ea distinctio non est perfectio respectu talis intellectionis de quo seq. cap. cum igitur similis capacitas respectu

pectu intellectio*nis* contingentis gerat munus potestatis plusquam logica propter distinctionē virtualem ab illa, certe respectu intellectio*nis* necessariae, vbi talis distinctio deest, & omnis aliis titulus, vt capacitas percipiendi gerat aliud munus a potentia logica, solum potētia*rum* logicā munus sortietur. Quod magis constabit cap. seq.

§. TERTIVS.

Argumenta posterioris classis.

44 PRO actu primo reali, nō physico, & productio*nis*, sed intentionali, arguunt primō docti Recentiores. Ad rationē principij physici satis est esse id quod operatur physice, quamvis sit indistinctum ab operatione, vt patet in Patre æterno, qui est principium generandi indistinctum ab ipsa generatione: ergo satis erit ad principium intentionale esse id quod operatur intentionaliter, quamvis sit indistinctum ab operatione. Cui igitur Deus, eo ipso quod sit intelligens, sit id quod operatur intentionaliter, erit principium intentionale, licet ab intellectione, qua est operatio intentionalis, indistinctum sit. Confirmatur primō. Si Deus se ipso esset actualis productio physica creaturarum, esset principium physicum ipsarum: idque verum

est, quia sicut tunc productio physica esset id, quo Deus produceret, ipse Deus esset id quod produceret creature*s*: ergo Deus, qui se ipso est actualis intellectio omnium intelligibilium, erit principium intentionale, quoniam intellectio est id quo Deus intelligit, & ipse Deus id quod est intelligens. ¶ Confirmatur secundo. Non magis est de ratione principij distinctio, quā productio. At principiu*m* intentionale est tale abīque productione suae operationis: ergo abīq*ue* distinctione. Minor probatur, quia iuxta satis probabilem opinionē creatura rationalis intelligeret, ac proinde esset principium intentionale, quamvis intellectio nē haberet a solo Deo infutam.

45 Hæc sane, quæ de solo modo loquendividentur, non multum vident ex dictis cap. 2. à n. 15. Admittamus, principium intentionale esse, quod versatur perceptiū circa aliquid, sicut principium physicum est, quod circa aliquid versatur productiū. Sic enim loqui videntur autores illi, qui rem presentem attingunt, & in usurpatione vocum standum est authorum placito. Quo posito, ad argumentum respondeo, nihil aliud probare, quam Deum esse principium intentionale obiecti intellecti, quatenus illi reddit denominationem cogniti; non vero ipsius operationis intentionalis,

sci-

scilicet intellectio[n]is præscin-dendo ab eo , quia hac sit intellecta . Sicut enim Pater æter-nus generatione secum identifi-cata generans filium nō est prin-cipium physice principians eam generationem , sed filium , quia non circa illam ; sed circa hunc versatur dando illi rationē pro-ducti , & geniti : & sicut Deus , qui fingatur identificatus cum productione subsistente creatu-rarum , non est principium physice principians illam productio-nem ; sed creaturem , propter simi-lim rationem ; ita Deus intelli-gens , erit principium principians intentionaliter obiectum intel-lectum , quia tribuit illi denomi-nationem cogniti , & percepti , ideoque versatur perceptiū circa ipsum ; non tamen erit prin-cipium intentionaliter principians intellectio[n]em præcindendo ab eo quod sit intellecta , quia in hac præcisione non versatur percep-tiū circa ipsam tribuendo illi denotationem cognitā , & perceptā . Præsens autem quæsi-tio est de principio intellectio[n]is præscindendo ab eo quod h[ec] sit obiectum cognitum . Vnde patet ad primam confirmationem . ¶ Ad secundam confir-mationem , admissa maiori , di-catur , principium intentionale , citrā productionem suæ opera-tionis , & similitè citrā distin-ctionem ab illa , esse principium intentionale illius circa quod

versatur intentionaliter , neupē perceptiū , tribuendo illi de o-minationem percepti ; non au-tem operationis intentionalis præscindendo ab eo quod sit cognita : quia sic non versatur intentionaliter circa ipsam .

46 Arguunt secundo . Eapro-prietate , qua datur vera opera-tio in aliquo supposito , si hoc suppositum sit operans per illā , est principium sic operandi . At intellectio est vera operatio in-tentionalis : ergo Deus , qui per illam operans est , erit principiu[m] operandi intentionaliter . Maior patet . Tum quia suppositum o-perans physice per operationem est principium operandi physice . Tum quia passiū operatum per operationem est terminus : ergo operans est principium . Minor probatur . Primo , quia ex appre-hensione terminorum , Deus , vt intelligens , magis est operans , quam , vt æternus . Secundo : In-telligere est viuere . At viuere est operari ea proportione , quia vi-uere : sicut in mortuo mo-lo se ha-bere est nihil operari : ergo sicut viuere physice est operari physi-cē ; ita viuere intentionaliter erit operari intentionaliter . Id quod satis expressum inuenies apud Aristit . 10 . Ethic . cap . 8 . in me-dio . ¶ Confirmatur . Datur in Deo verus actus intentionalis : ergo vera potentia intentio-nalis . Nam ab actu ad poten-tiam valet consequentia . Sed

h[ec]

hæc potētia nō est logica, prout hæc significat possibilitatem rei.

Tum quia potentia logica non est intentionalis; sed physica: nā ab omni ente existente valet cōsequentia ad possibilitatem physicā. Tum quia possiblitas physica rei nō est ad aliud ab ipsa re, non est operandi; sed essendi: ergo datur in Deo vera potentia per modum actus primi intentionalis.

47 Respondeo. Distinguo maiorē: est principium sic operandi illud, circa quod versatur tanquam principium ipsius: concedo maiorem; aliud, nego maiorem; & concessa minore, distinguo consequens, erit principium operandi intentionaliter illud, circa quod versatur intentionaliter, nempe perceptuē, concedo consequentiam; aliud nego: cumque Deus versetur intentionaliter circa obiectum, quod perceptum reddit, non circaintellectionem, præscindēdo ab eo quod cognita sit, non aliud colligitur, quām Deū esse principium operādi intentionaliter obiectum; non verò intellectionem ipsam in ea præcisione acceptam. ¶ Confirmatio propriū attingit rem præsenti diputationi subiectam. Concesso antecedente, distinguo consequens. Vera potentia intentionalis respectuē ad obiectū, circa quod versatur intentionaliter per intellectionem, concedo conse-

quentiam; respectuē ad ipsam intellectionem, præscindēdo ab eo quod sit obiectum cognitū, nego consequentiam. Iam verò hæc potentia Dei ad intellectionem, præcisē est, comparatione intellectionis, potentia logica, siue physica possiblitas identitatis substantiæ diuinæ cum intellectione, quæ non est ad aliud quām ad hanc ipsam identitatē, quæ licet sit operandi intentionaliter obiectū; non tamen operandi, siue physicæ, siue intentionaliter ipsam intellectionē præcisam à ratione cogitat; sed solum essendi ipsam intellectionē. Quemadmodum, vt exemplo aduersariorum vtar, Pater aternus, qui per generationem secum idem certatam producit filium, est comparatiuē ad filium, principium physicæ producens; at comparatione ad generationem aetiam, neque principium physicum, neque intentionale; sed pura possiblitas essendi talē generationem.

48 Arguunt tertio. Intellectio diuina est operatio posituē ab intrinseco verē, & ex parte rei: at non physicæ, cum egressio physica, non detur sine reali distinctione à principio: ergo intentionaliter. Maior probatur. Intellectio Dei est actus vitalis: cum igitur vivere sit operari ab intrinseco, erit ab intrinseco. Non negatiuē. Tum quia intellectio magis est operatio, & ab in-

intrinseco, quam immensitas, & alia prædicata diuina, quæ sūt ab intrinseco Dei negatiuē, quatenus non sunt ab alio. Tuin etiā quia conceptui intelligendi per accidens est produci; vel nō produci ab alia causa adæquata, quā ab intelligēte. Nam, si cū creatura intelligente identificaretur intellectio, hæc licet omnino es-
set ab alia causa; non à creatura intelligente, nihilominus redde-
ret creaturam intelligentem, &
viuentem: ergo intellectio non
solum debet esse ab intrinseco
Dei negatiuē; sed aliquomodo
positiuē, cumque non physicē;
intentionaliter saltēt. Intrinse-
cum autem Dei esse id, à quo est
intentionaliter positiuē intellec-
tio diuinā est formalissimē
Deum esse actum primum in-
tentionalem.

49 In primis, seclusis voci-
bus, ægrè percipio, quomodo
magis ab intrinseco Dei sit in-
tellec[t]io, quam æternitas, im-
mensitas, & alia attributa. Nam
intellecionem esse à Deo inten-
tionaliter, non aliud est re ipsa,
quam identificari cum Deo,
constituendo ipsum intelligentem.
Immensitas autem etiam
identificatur cum Deo consti-
tuendo Deum immensum. Vi-
dere autem non possum, secluso
placito diuersimodè hic, & ibi
loquendi, quid magis sit in utro-
que casu de processione ab in-
trinseco.. Deinde quidquid de-

hoc sit. Respondeo, falsam esse
maiores. Non enim intellectio
necessaria Dei est alio modo ab
intrinseco, nisi quia, cum sit ipse
Deus, non est ab alia causa ex-
trinseca, quod est esse ab intrin-
seco negatiuē. Ad probationem
maioris negatæ respondeo, in-
tellectionem diuinam, esse qui-
dem actum vitalem; ad ratione-
que vitalis actus nō requiri, quod
sit ab intrinseco positiuē; neque
sufficere, quod vt cumque sit ab
intrinseco negatiuē. Quid igitur
requiritur?

50 Respondeo. Cum diuinam
vitam ex creaturis viuenti-
bus intelligamus, illum actum
Dei vitalē vocamus, quo Deus,
præcisus imperfectionibus, quas
in creatis importat actus vitalis,
similis est præcipuæ perfectioni,
quam viens creatum agendo
vitaliter intendit acquirere. Ex-
plicatur: Intellectio creata prout
communiter per illam viuimus,
plura importat. Primo, procede-
dere ab ipso intelligēte, ac proin-
de non procedere, tanquam à
causa ad equata, à causa extrin-
seca intelligenti. Secundo, ma-
nere intra ipsum intelligens, non
per idētitatem cum illo; sed per
unionem intrinsecam longè mi-
nus arctam, quam identitatem.
Tertio, nō solum esse accidens,
qualitatem, effectum depende-
tem à causa, sed etiā perfectio-
nem constitutam extra ea, qua
connaturaliter debentur substantia-

tiæ intelligenti. Tandem, constitutre substantiam intelligentem. Iam vero intellectio diuina, quia incautata est, & à se ipsa, nullam veram, & propriam processionem à Deo intelligentem admittit. Rursus, quia est ipse Deus intelligens, intra ipsum quidem est; sed per uniuersum perfectissimæ identitatis. Tertio: quia est ipsa substantia Dei, non est accidens, non qualitas, non effectus dependens à causa, non denique constituta extra illa, quæ Deo connaturalissima sunt: at absque his omnibus imperfectionibus similis est intellectioni creatæ in ratione constituendi substantiam actualiter intelligentem. Quia ergo viuens creatum intellectuum, se exercendo vitaliter quatenus intellectuum, nihil aliud præcipue intendit, quam suam substantiam constitueret intelligentem, & non minus, sed multò perfectius per diuinam intellectiōnē diuina substantia constituitur intelligens, ideo intellectio diuina est perfectissima vita.

51 Hinc primò propter similitudinem rationem, substantia creata, quæ suam intellectiōnē secundum identificaret, intelligeret, & viventer per illā. Nam ex una parte ad intelligentem non requiritur intellectiōnem produci ab intelligenti, ut patet in Deo intelligenti fine intellectiōne pro-

ducta à Deo; & ex alia parte, per intellectiōni constituentē ipsam in ratione substantiæ intelligentis, conuenit, cum substantia, quæ vitaliter agit suam intellectiōnē, in illa perfectione, quā actione vitali directe, & principaliter intendit acquirere. Secundò, propter eamdem rationem, non est improbatum, quod creatura intellectualis intelligeret, & viueret per intellectiōnem ipsi infusam à solo Deo. Tertio, si Deus non viuit per immensitatem, & eternitatem, & alias perfections, ut ab intellectione, & volitione distinctas, quod tamē negat noster Mart. Perez tract. de Trinitate, ideo est, quia in praedictis perfectionibus non conuenit Deus cum perfectione principiū intenta per actionem vitaliē à viuentibus, quæ ex communī vsu viuentia vocantur. Unde pro solo libito tales perfectiones dicerentur vitales. De his agimus latè in Philosophia diuip. de viuente in genere.

CAP. III.

An in Deo capacitas intellectiva sit virtualiter intrinsece distincta ab actuali intellectione, eamque virtualiter producens?

52 **Q** Via nomē distinctionis & productionis virtutis propter variū Doctorū usum cōtentōibus de voce subiectū est

est, placet nonnulla, quæ mihi videntur omnino firma prelibbare, ne vocalibus dissidijs decursu disputationis intollerantur. Certum mihi est primo, capacitatem intellectuam Dei, & actualem intellectionem distincti in se ipsis virtualiter, si distinctio virtualis accipiatur pro capacitate, ut distinguantur per rationem, præbente ipso obiecto occasione ad hanc distinctionem rationis. Ratio est, quia, eo ipso, quod Deus sit in se capax ad intelligendum, ac deinde actualiter intelligat, capax est, fundamentumque præbet, ut concipiatur iam sub conceptu capacis ad intelligendum, iam sub conceptu actualiter intelligentis. At prædicta rationis distinctio constituitur hac diuersitate conceptu, ut infra dicemus: ergo prædicta virtualis distinctio datur inter capacitem intellectuam Dei, & actualem intellectionem. Hac ratione frequens est Thomistis fundamentali distinctioni rationis vocare distinctionem virtualem.

53. Certum est secundo, prædicta extrema virtualiter distingui, si virtualiter distingui accipiatur pro eodem, ac compone- re cum perfectissima identitate similia præstare ijs, quæ præstant distinctæ res. Nam prædicta extrema cum perfectissima identitate coponunt reddere Deum capacem ad intelligendum, &

actualiter intelligentem. Huiusmodi autem effectus, vel quasi effectus formales in nobis praestantur à diversis rebus. Hinc certum est tertio prædictis extremis competere productionem virtualem, si hæc accipiatur pro eodem, ac componere cum perfectissima improductione, similia præstare his, quæ præstant in nobis producens, & productum. Nam ea extrema componunt, cū perfectissima improductio- ne virius ab alio, reddere Deum capacem ad intelligendum, & actualiter intelligentem, cum tam similia fiant in nobis, producta actuali intellectione a capacitate ad intelligendum.

54. Certum mihi est quartò cōtra P. Arrubal. non apte explicari distinctionē virtualē inter capacitem intellectuam Dei, & actualē intellectionē; per id, quod, si hæc extrema distingueretur realiter, capacitas illa præduceret realiter actualē intellectionē. Primo: nam in ea hypothesi, non minus esiet verū, quod natura diuina nō præducere intellectionē, quam quod illa præducere: ergo ex prædicta hypothesi, non magis colligitur nunc existens productio virtualis, quā nō productio. Antecedēs probos. Nā in hypothesi distinctionis realis nature diuina ab intellectione actuali, natura diuina nō existeret (quidquid sit an simul existeret.) cum existeret nequeat.

non excludendo distinctionem realem ab actuali intellectione. Sed natura diuina non existens, nihil produceret; ergo in hypothesi talis distinctionis non produceret actualem intellectione. Secundo: quia si pensanda foret virtualitates Dei ex suppositionibus fictitiis destruentibus perfectiones diuinas, nimis ampla fieret facultas ponendi virtualiter in Deo, quidquid velis, v. g. malitiam peccati. Sicut enim in hypothesis realis distinctionis Dei a iua intellectione, Deus intelligens produceret suam intellectio nem; sic in hypothesis realis distinctionis Dei a ratione causae primae, supremique Domini, Deus concurrens ad materiale peccati, permittensque malitiam, quam facilimè posset euitare, contraheret malitiam. Si ergo ex illo, quod contingere in priori hypothesis, colligis nunc existentem in Deo productionem virtualē, pari ratione colliges nunc existentem in Deo malitiam virtualem, ex eo, quod contingere in hypothesis posteriori.

55. Certum mihi est quintò contra Dominicanos Salmantinos, si distinctione principij intellectio ab intellectione, & influxus in illam præcise sint virtuales, tantum erit in Deo principium intellectio cum hoc addito diminuente virtuale; non vero salua absolute, & simpliciter, sine villa diminutione ratione

ratione principij. Primo: quia principium absolute, & simpliciter tale non aliter distinguitur à principio restricto in ratione principij, nisi quia hoc non potest principiare per influxum simplicitè talem; sed solum talem secundum quid: ergo, si principium, quod est in Deo, respectu suam intellectio nequit hanc principiare per productionem simplicitè talem; sed solum virtualē, non erit respectu talis intellectio principium simplicitè tale. Antecedens patet à paritate causa: nullus enim hactenus somniauit esse veram, & propriam causam, quam per veram, & propriam causationem causare non potest: ergo neque principium simplicitè, & formaliter tale, quod nequit producere per productionem simplicitè, & formaliter. ¶ Confirmatur. Non potest esse verè, & realiter productuum, quod solum potest esse apparenter, & fictè producens in actu secundo: ergo neque formaliter, & absolute principium productuum, quod solum potest esse producens in actu secundo virtualiter, & secundum quid.

56. Secundo: sicut implicat identitas inter id, quod simpliciter est producens, & id, quod simpliciter est productū ab illo; ita etiam inter id, quod simpliciter est productuum; & id, quod simpliciter est producibile ab illo.

illo. Tam enim est oppositio re latina inter productuum, & producibile, quam inter producens, & productum. At quod ponitur de identitate, & minuitur de distinctione inter producens, & productum, diminuit in ipsis rationem producentis, & produciti, ideoque, si habent identitatem realem simpliciter, distinctionem autem solum secundum quid, & virtualem, ratio producentis, & producti datur virtualiter dumtaxat: ergo similiter ratio productui, & producibilis, solum dabatur virtualiter inter diuinam naturam, & intellectionem, ubi solum virtualiter detur distinctio. ¶ Confirmatur. Sicut chymicū, & in intelligibile eset omnipotentiam diuinam esse quantum in se est vere, propriè, & formaliter productum creaturarū; & aliud etiā quātum est ex se, excludere veram, propriam, & formalem productionem creaturarum ab ipsa; ita etiā in intelligibile est, intellectionem diuinam, esse quantum est ex se vere, propriè, & formaliter producibilem à diuina natura; simulque quantum est ex se excludere, cui productionem passiuam veram, propriam, & formalem à diuina natura. Item implicitorum est, diuinam naturam, esse, quantum est ex se, vere, propriè, & formaliter productum intellectionis, simū lque quā-

tum est ex se excludere veram, propriam, & formalem productionem intellectionis. At intellectio diuina, cum identificetur se ipsa cum diuina natura, se ipsa excludit prædictam productionem passiuam; & natura diuina, cum identificetur se ipsa cum intellectione, se ipsa excludit prædictam productionem actiua: ergo neque intellectio habet ex se veram, propriam, & formalem producibilitatē, neque natura Dei productuitatem. Et quidem iatis mihi durum viderut, concedere diuinę intellectioni veram, & formalem producibilitatem, & consequenter eandem duritię continet concedere intellectui diuino veram, & formalem productuitatem eius intellectionis. ¶ Et ratio à priori est. Quia sicut producens est multiplicans, propagans, & extendens supra te numerum rerum; ita productuum est multiplicatum, propagatum, & extensum supra te numeri rerum: neque minus implicat identificari necessario cum aliquo, posseque per illud multiplicare supra te numerum rerum, quam per illud multiplicare defactotalem numerum: ergo non minus identitas necessaria duorum obstat formalitati productui in uno respectu alterius; quam formalitati producētis: ac proinde quidquid identitas detraxit

E for-

formalitati producentis , detra-
hit etiam formalitati produ-
ctui.

57 Quibus statutis , id vnum
circa distinctionem virtualem
disceptandum manet . (de vir-
tuali productione postea) An scilicet
capacitas diuina intelligen-
di distinguatur virtualiter intrin-
secè , vel quod idein sonata
pud me , distinctione non iden-
titatis logicæ ab intellectione
Dei , cuius distinctionis memini-
mus num. 8. diximusque con-
sistere in capacitate extremo-
rum ad suscipenda prædicata
contradicentia , quæ capacitas
est in creatis constitutuum di-
stinctionis realis simpliciter ac-
ceptæ . In quo sensu . ¶ Affero
primo . Capacitas Dei ad intelli-
gendum , & intellectio necessa-
ria Dei ; per quam Deus intelligit
veritates necessarias non distin-
guuntur prædicta distinctione
virtuali intrinseca . Unica ratio
est . Inter prædicata diuina secum
identificata realiter ponenda est
identitas realis omnium sum-
ma in ratione identificandi , ni-
si aliud ex fide certò constet , vel
manifestè ex ratione naturali .
At in Deo capacitas inteligen-
di , & intellectio necessaria sunt
prædicata realiter identificata :
ergo inter ipsa ponenda est iden-
titas omnium summa , nisi aliud
certò ex fide ; vel manifestè ex
ratione naturali constet . At
identitas omnium summa in

ratione identificandi est identi-
tas realis logica opposita non
identitati reali logicæ , siue di-
stinctioni virtuali intrinsecæ : er-
go ponenda est inter talia prædi-
cata , nisi aliud certò ex fide , vel
clare constet ex ratione natura-
li : quorum nihil in praesenti con-
tingere patebit ex argumento-
rum solutione .

58 Maior præfati discursus
mihi videtur certa . Nam præ-
dicata diuina realiter identifica-
ta , tam arctè , & amicabiliter
secum intrinsecè coniungi , vt
in nullo prædicato discrepare
queant (in quo stat summa om-
nium identitas in ratione identi-
ficandi) tarha ex primis ap-
prehensionibus perfectio appa-
ret , vt non possit mens pruden-
ter sibi persuadere oppositum ,
nisi vel in obsequium fidei se-
captinet ; vel manifestè rationi
nequeat non cedere . Minor
eiudem discursus omnibus Ca-
tholicis est necessariò tenenda
contrà Porretanum . Consegu-
entia verò legitima est . Iam mi-
nor subiuncta præfato syllogis-
mo clarissima est : quia realis iden-
titas omnium summa est , quæ sic
intrinsecè coniungit extre-
ma , vt ea realiter discrepare in
aliquo non sinat : cuiusmodi est
identitas inter naturam diu-
inam , & ipsam naturam diu-
inam ; inter Petrum , & ipsum
Petrum : hanc autem identita-
tem vocamus logicam opposi-
tam

tam non identitatem reali logicæ, distinctionique virtuali intrinsecæ, de qua loquimur. Ultima consequentia recta est, & suppositum consequentis constabit ex solutione objectionum.

T Confirmatur. Inter aliqua prædicata Dei ponenda est indistinctio virtualis intrinseca, identitasque realis logica, verbi gratia, inter naturam diuinam, & ipsam naturam diuinam; inter personalitatem Patris, & primam personalitatem diuinam: ergo hæc indistinctio in genere sunt. pta non dicit imperfectionem. At neque illam dicit inter capacitatem Dei ad intelligendum, & intellectio necessariam, ut male assignari ab aduerariis constabit ex argumentorum solutione: cum igitur ponendum in Deo sit quidquid non dicit imperfectionem, ponenda in Deo erit, inter prædicta extrema, huiusmodi virtualis indistinctio.

59 Assero secundo. Capacitas Dei ad intelligendum; & intellectio contingens veritatum contingentium sumpta secundum terminationem continget, distinguuntur, saltem, virtualiter intrinsecè. Ratio est clara. Nam ea extrema virtualiter intrinsecè, saltem, distinguuntur, quibus conueniunt prædicata contradictio. At conueniunt prædictis extremis: ergo. Minor patet. Nam capa-

citas Dei ad intelligendum, sub hac formalitate non potest non esse: at intellectio veritatis contingentis, sub formalitate terminationis ad veritatem contingentem potest non esse: nam alioquin ea terminatio non esset contingens. At non posse non esse, & posse non esse, sunt prædicata contradictio. Ergo: Dixi, saltem. Nam actus contingentes Dei prout terminati ad obiectum contingens, fortasse distinguuntur maiori distinctione, quam virtuali, de quo tract. de voluntate Dei:

60 Assero tertio. Capacitas Dei ad intelligendum non est principium virtuale intellectio necessariæ producens illam virtualiter. Probatur primo. Quia sicut ibi non est productio realis formalis, vbi non est distinctio realis formalis; ita ibi non est productio realis virtualis, vbi non est distinctio realis virtualis. At huiusmodi distinctio non est inter prædicta extrema, vt patet ex prima conclusione: ergo neque productio realis virtualis. **T** Secundo. Nam, vt constabit ex objectioni solutione, nihil conuenit prædictis extremis productioni virtuali exposicēs: ergo sicut non darur virtualis distinctio, vbi extrema, propter prædicata, que ipsis conueniunt, illa non exposicēnt; ita neque virtualis productio. Tertio a priori. Quia exclusis productionibꝫ vir-

tualibus, de quibus nequit esse difficultas, ut initio huius cap. præmoniuimus: Sicut distinctione virtualis consistit in eo, quod in creatis est constitutuum formale distinctionis realis formalis; quod ramen in diuinis ratione infinitatis cum vera identitate componitur; ita productio virtualis, si daretur, considereret in eo, quid in creatis est constitutuum productionis realis formalis; & in diuinis ratione infinitatis cum vera improductione componitur. At productio virtualis, sic explicata, reicienda est à prædicatis diuinis realiter identificatis, cuiusmodi sunt illa de quibus nunc loquimur: ergo talis productio neganda est.

61. Probatur minor, in qua est difficultas. Nam in creatis constitutuum esse entiale productionis realis formalis stat in eo, quod sit exercitium, quo foecundum, ut foecundum extendit supra se actiue, verè, & propriè numerum rerum per positionem sui termini. At hæc ratio secundum se sumpta, siue spectetur in creatis, siue in diuinis, stare non potest cum vera termini improductione, & illius identitate cum principio, ut ipsi termini manifestant: ergo productio virtualis non est inter prædicata diuina realiter identificata. Itaque, quod in creatis est constitutuum for-

male distinctionis simpliciter talis, non est in diuinis constitutuum distinctionis simpliciter talis; sed potius cum vera, & propria identitate componible. Ceterum, quod in creatis est constitutuum formale productionis simpliciter talis; etiam in diuinis est tale constitutuum, cum vera improductio ne incomponibile. ¶ Ratio est, quia si petas, quid essentialiter sit extrema creata distinguere simpliciter? Optimè respondebis nihil esse aliud, quam esse susceptiuā prædicatorum contradicentium. Tamen susceptiuā prædicatorum contradicentium componibilis est in extremis diuinis cum vera identitate, ut patet in essentia diuina, & personalitatibus: de quo agimus pro nostra tenuitate tract. de essentia, & attributis disput. speciali de identitate reali diuinorum. Si autem petas, quid essentialiter sit unū extreum creatum propriè, & simpliciter producere aliud? Non satisfacies donec diccas, non esse aliud, quam se exercere multiplicando actiue, propriè, & simpliciter supra se numerum rerum: quia ratio neque in diuini intelligibilis est cum vera improductione, & identitate termini cum principio.

62. Affero quartò. Capacitas Dei ad intelligendum non est principium virtuale intellectio-

nis contingētis producens illam virtualitēt. Probatur ex præcedente conclusione. Nam licet capacitas Dei ad intelligendum distinguitur virtualiter intrinsecè à scientia Dei prout contingenter terminata ad veritatem contingente; tamen in eis extremis nihil est exposcēs productionem virtualem, ut cap. seq. videbimus: igitur illa non datur. Secundò: nā scientia diuina contingens, vel prout terminatur ad veritatem contingente addit supra Deum aliquid creatum simul cū Deo multiplicans numerum rerum; vel non? Si primum; ea scientia secūdūm illud additum producetur à Deo non purè virtualiter, sed realiter formaliter: sic enim omne creatum producitur à Deo. Si secundum; neque virtualiter ea scientia producetur à Deo, ut patet ex num.
61. ergo, &c.

CAP. V.]

Soluuntur obiectiones.

63 **C**ontra primam assertiōnē ex cap. præced. obijc̄ies primò. Capacitas diuina ad intelligendum, & actualis intellectio necessaria suscipiunt prædicata contradictionia: ergo virtualiter intrinsecè distinguuntur. Cōsequentia patet ex dictis. Antecedens probatur: Ratione prædictæ capacitat̄ non intelligit

Deus actualitēt; sed potest intellegere; ratione intellectio actualis intelligit actu: hæc autem prædicata contradictionia sunt. Respondeo: Si loquamur intrinsecè ex parte obiecti, Deus ratione suæ capacitat̄ ad intelligendum potest intelligere, & actualitēt intelligit veritates necessarias; & ratione intellectio necessariæ intelligit actualitēt, & potest intelligere. Nam illa capacitas, & hæc intellectio sunt omnibus modis idem intrinsecè ex parte obiecti. Tamē extrinsecè ex modo nostro imperfecto cognoscendi, Deus sub expressione capacis ad intelligendum non intelligit actualiter; & sub expressione actualiter intelligentis non est capax ad intelligendum. Hoc autem non est aliud, quām circa idem obiectum diuersimodè tendere has expressiones mentales, Deus est capax intelligēdi * Deus actualiter intelligit: ex quo non fit, Deo habenti capacitat̄ intelligendi, & actualitēt intelligenti competere prædicata contradictionia; sed præcisè fit illa competere expressionibus mētalibus realiter distinctis, quatenus vni cōuenit unus modus exprimēdi; & alteri non hic; sed alias exprimēdi modus. De quo in logica, & metaph. vbi de præcisionibus obiectiuis. Et quidē si res intimè perpendatur, simili arguēdi forma posset ostendic̄a
E 3 paci-

pacitatem Dei ad intelligēdum,
& capacitatem habendi hanc ipsam
capacitatem, & sic infinitū
distingui virtualiter intrinsecè:
quod est nimis probare.

64 Obijcies secundò, alia via
probando, prædictis extremis
conuenire prædicata contradic.
toria. Verbum diuinum proce.
dit ex intellectione necessaria
existente in Patre. At non proce.
dit ex capacitatem intelligēdi: er.
go prædictis extremis conue.
niunt prædicata contradictione.
ria. Maior certa est tractatu de
Trinitate. Minor probatur: nam
in eodem tract. Theologi com.
muniter deserūt, ac notant Du.
randum, qui sensit, Verbum di.
uinum, non ex intellectione; sed
ex natura procedere: ergo dicē.
dum est, non procedere ex na.
tura; sed ex intellectione: ergo
neq; procedat ex capacitatem in.
telligendi, quia vel consistit na.
tura diuina in huiusmodi capa.
citatem; vel saltem ab hac non di.
stinguitur virtualiter intrinsecè.
¶ Respondeo Theologos benè
contrà Durandum tueri, non sic
procedere Verbum diuinum, à
natura, vt nō procedat ab actua.
li intellectione. Quod autē pro.
cedat à natura ptopter omnimo
dam indistinctionem eius ab in.
tellectione, ex qua procedit, à
pluribus Theologis defenditur,
hinc probantibus, Verbum di.
uinum ex vi processionis acci.
pere naturam, quia hoc modo

accipit intellectionem: & hæc
opinio a nullo notatur.

65 Obijcies tertio idem pro.
bans cum ingeniosis R.R. olim
Magistris meis. Intellectioni ne.
cessariæ Dei nō repugnat cōting.
entia ex prædicato intellectio.
nis diuinæ (quāvis illi repugnet
aliudē) nam alioqui nulla intel.
lectio diuina posset esse contin.
gens, quod est falsum. At capaci.
tati diuine intelligendi repugnat
cōtingentia: ergo cū repugnare,
& nō repugnare cōtingētiā sint
prædicata contradictionia, ea cō.
uenient prædictis extremis. Hoc
argumētū aquiuocatione labo.
rat. Nam in primis codē modo
probaret, contra ipsos argūtēres,
in creatis distingui virtualiter in.
trinsecè gradus superiores; & in.
feriores: v. g. in homine, ani.
mal, & rationale. Nam homini
non repugnat irrationalitas ex
prædicato animalis: alioquin
nullum animal esset rationale,
quæ tamen irrationalitas repug.
nat homini ex prædicato ratio.
nalis. ¶ Deinde concesia ma.
iore, & minori, nego conse.
quentiam. Nam quamvis re.
pugnare, & non repugnare con.
tingentiam sint prædicata con.
tradictoria; non tamen conve.
niunt extremis, de quibus nobis
est sermo; sed alijs. Explicatur.
Extrema, de quibus loquimur,
sunt capacitas intelligēdi, & in.
tellectio necessaria Dei secun.
dam prædicata specifica ipsius.

Sicut

Sicut autem capacitati intelligendi diuinæ topugnat contingentia; ita etiam intellectioni necessariæ specificè sumptæ. Deinde sumi potest ea intellectio secundum prædicatum genericum intellectiōis communē intellectiōi contingentia. Huius autem prædicato generico ex vii parte; & capacitati diuinæ intelligendi ex alia, conueniunt prædicata contradictiones: huic enim capacitati cum nihil includat contingens repugnat contingentia, & ea non repugnat illi prædicato generico intellectiōis, quia re ipsa non est aliud, quam omnes intellectiones, & cum aliquæ sint contingentes, iam includit aliquid contingens. Hinc autem non probatur distinctio virtualis, quam negatus inter capacitatēm intelligendi, & intellectiōem necessariam; sed quam cōcedimus inter capacitatē intelligendi, & intellectiōem ut sic: hæc enim intellectio imbibit intellectiōem contingentem, quam distinguere virtualiter intrinsecè à prædicta capacitate, diximus num. 59.

66 Obijcies quartò contrà conclusionem negantem productionem virtualiter. Nam, ut arguunt P. Arrubal, & Gonçal. de Albelda, ita comparatur natura Dei cum actuali intellectione, ut si intellectio distin-

gueretur realiter ab illa, produceretur ab illa realiter: ergo nunc producitur virtualiter. Hoc argumentum dirutum est ex dictis num. 54. vbi vidimus, utramque partem contradictionis eo argumento probari; deinde nimis probare ex alio capite. Tandem transeat antecedens, & nego consequentiam. Nam dato, quod in eo casu conficto produceretur realiter intellectio, non infertur, dari nunc inter naturam diuinam, & ipsam intellectiōem id, quod in creatis est constitutiū formalē productionis, quod requiritur ad productionem virtualē in diuinis, nisi tota q̄uestio ad litem vocalem reuocetur.

67 Obijcies quintò: Intellectio diuina est actus vitalis Dei: ergo ab intrinseco Dei viuentis procedens, & in ipso manens: hoc enim est de ratione actus vitalis. At intellectio diuina, cū realiter formaliter identificetur cum Deo, non procedit realiter formaliter ab illo: ergo procedere debet saltem virtualiter. Hoc argumentū solutū est n. 50. & 51. Nam modo, quo ibi diuina vita explicata est sine processione intentionalī; ita hic explicanda est sine virtuali. Solutionem confirmo primo. Nam iuxta plurimorum Doctorum opinionem, in creatis est de ratione actus vitalis

esse perfectionem, qua viuens se ipsum promonet ultra perfectiones debitas ad statum connaturalem ipsius. Et tamè in Deo intellectio, qua Deus se ipsum intelligit est actus vitalis, quavis status connaturalis Dei nullatenus possit sine illa constare: ergo similiter, dato, quod de ratione actus vitalis creati sit procedere à viuente, poterit actus vitalis Dei nullo modo procedere à Deo. ¶ Secundo: quamvis actus vitalis creatus procedat realiter formaliter à viuente; tamen per te intellectio diuina est actus vitalis; & non procedit realiter formaliter à Deo: ergo quamvis creatus procedat à viuente, poterit diuinus nullo modo procedere. Sicut enim tu dicas intellectiōnē diuinam esse actum vitalē ratione processionis virtualis citrā processionem formalem, ita ego dicam, esse vitalem ratione tendentiæ intentionalis in obiectum citrā omnem processionem à viuente:

68. Obijcies sextò: virtualis productio diuinæ intellectiōnis à natura Dei nullam ponit imperfectionem in Deo: ergo neganda non est. Antecedens probatur: Eo ipso, quod intellectio diuina sit realiter formaliter improducta est infinitæ perfectiōnis, cum omnis finita perfectio sit producta; sed cū productio ne virtuali stat realis formalis

improductio; sicut cum virtuali distinctione stat realis formalis identitas: ergo cum productione virtuali intellectiōnis stat perfectionis infinitudo, ac proinde talis productio nullam ponit imperfectionem in Deo. Confirmatur primo. Pater sine vila imperfectione est realiter formaliter producens intellectiōnem notionalem: ergo diuina natura sine vila imperfectione erit virtualiter producens intellectiōnem essentialem. Confirmatur secundo. Non est aliud productio virtualis, quam æquivalētia ad formalem. At natura diuina intelligens æquivalet naturæ creatæ producenti realiter formaliter suam intellectiōnē: ergo natura Dei producit virtualiter intellectiōnem diuinam.

69. Ad argumentum respōdeo primo. Nego antecedens: Ad probationem respōdeo: Tametsi cum virtuali distinctione stat realis formalis identitas, ut patet in essentia, & personalitatibus, tamè cum virtuali productione componi non potest realis formalis improductio, ac proinde neque perfectio aseitatis diuinæ intellectiōnis, ut constat ex num. 61. Resp. secundo, negato eodem antecedente, ad cuius probationem dicatur. Cū virtuali distinctione aliquorum prædictorū Dei stat vera, & realis idētitas ipsorum, ut constat in essentia, & personalitatibus.

tamen cum distinctione virtuali aliorum non sit vera, & realis; sed tantum omnino chymærica, confictaque identitas: si enim fingeres naturam diuinam, & essentiam diuinam distingui virtualiter, non manerent in ea hypothesi cum vera, & reali idemtate, nam inter ea extrema, solum illa est vere, & realis idemtitas, quæ virtualem distinctionem excludit. Similiter dico, productionem virtualem inter capacitem intelligendi, & intellectuionem necessariam non componi cum vera, & reali; sed solum cum chymærica improductione intellectuionis, & cum chymærica identitate intellectuionis cum capacitate intelligendi: quia solum illa est vera, & realis talium extremorum idemtitas, quæ virtualem distinctionem, & consequenter virtualem productionem excludit. Ratio est.

70. Quia prædicata identificata Dei adeo arctè coniungenda sunt intrinsecè, ut in nullo profus discrepent, nisi, vel fides, vel manifesta ratio conuincat oppositum, ut dicebam num. 54. Hic autem non conuincitur oppositum. Ad primam confirmationem dicatur primò, eam arguendi formam esse malam; sicut hanc: Pater sine villa imperfectione est realiter formaliter producens intellectuionem notionalem: ergo natura diuina

realiter formaliter producens essentialem. Secundo, concessio antecedente, negatur consequētia: Quia Patris fecunditas ad producendum realiter formaliter verbum constat ex fide, unde eadem doceuntur dari in Deo sine villa imperfectione. At ex eadem fide constat realis identitas capacitatis diuinæ intelligendi cum intellectuione necessaria; & aliunde semel data ea identitate, negandam esse productionem virtualem iam euicimus. Ad secundam dicatur, productionem virtualē, de qua nunc, non esse quamcumque æquivalentiam ad productionem formalem. Constat enim ex num. 53. eam æquivalentiam non posse negari. Est igitur virtualis productio illa ratio, quam exposuimus num. 61. quæ necessario requirit in extremis distinctionem virtualem consistentem in capacitatem suscipiendo prædicta contradictoria: quam productionem ac distinctionem, non habere hic locum, ostendimus satis.

71. Obijcitur ultimo. Natura diuina est origo, & radix attributorum, cum quibus realiter identificatur: ergo non obstante prædicta identitate, fluunt attributa à natura diuina. Nō realiter formaliter: ergo virtualiter. Huius argumenti solutio prompta est ex num. 30. 31. & 32. Distinguuo antecedens. Radix.

dix logica, quatenus sub concep-
tu essentiæ est prior in intelligen-
tia nostra, quam sub conceptu
attributorum, mediumque ap-
pum ad illationem attributo-
rum, concedo antecedens. Ra-
dix physica habens intrinsecè ex
parte obiecti rationem aliquam
principij attributorum, nego
antecedens. Vnde attributa di-
uina nulla ratione, neque reali-
tè formaliter, neque reali-
tè virtualiter fluunt ab essentia
fluxu physico quoad entitatem;
sed solo fluxu intentionalí con-
sequentia, qua ex essentia inse-
runtur tanquam ex prædicato
priori secundum ordinem in-
telligentiae. Recognosce locum
citatum. In quo autem prædi-
cato sicut essentia, & natura Dei
dicemus huc loco.

CAP. VI.

*De alijs comprincipijs ad intelle-
ctionem diuinam.*

72 **D**icitur primò, An
Deo conueniat pote-
stas proxima ad intelligendum
conducit a radice, siue di-
finitio sit solius rationis, siue
realis virtualis? Ad eum mo-
dum, quo iuxta sententiam
probabilem, anima rationalis se-
jūcū est remotè, & radicaliter
intelligiua; est tamen proxi-
ma, & formaliter intellectiua
per facultatem intelligendi su-

peradditam. P. Arriaga hic dis-
put. 13. secl. 3. subl. 4. & Re-
centiores Thomistæ stant pro
sententia affirmatiua. At pro
negativa sententia, quæ vera
est, stant P. Atribal. P. Herice,
multique alij, quos citat Georgius
Hemelman *supra*. Quan-
tentiam probo primò. Mu-
nus facultatis proxime ad in-
telligendum est adiuuare prin-
cipium radicale physicum, vt
intellectionem eliciat; non au-
tem adiuuare potentiam logi-
cam, vt reddit intelligere di-
uinum non implicans contradic-
tionem. At in Deo non est
principium radicale physicum,
quod adiuuetur ad elicendam
intellectionem; sed solum po-
tentia logica, quæ reddit in-
telligere diuinum non impli-
cans contradictionem; vt con-
stat ex hac disput. Ergo non est
in Deo prædicta facultas pro-
xima.

73 Secundò argumentor
cum P. Arrubal, adhuc admis-
so in Deo principio physico vir-
tualiter productuo intellectio-
nis. Facultas proxima, vt con-
distincta à principio radicali in-
telligendi arguit imperfectio-
nem in principio radicali. Ne-
ganda est ergo talis facultas.
Probatur antecedens. Talis fa-
cultas arguit in principio radi-
cali insufficientiam, nempe non
posse se solo intellectionem eli-
cere; sed indigere iuuamine
fa.

facultatis proximæ superadditæ. Patet autem hanc insufficienciam, & indigentiam esse imperfectionem. Dices primò, principium radicale diuinum intelligendi non dicere positiuè carentiam sufficientiæ plenæ ad intelligendum; sed praescindere ab eo, quod sit, vel non sit plenè sufficiens, adueniente facultate proxima superaddita. Sed contra est. Capacitas eliciendi intellectiōnēm præcisè sumpta est prædicatum commune principio radicali, & facultati proximæ? ergo principium radicale, ut distinctum à potentia proxima importat positiuè aliquid aliud, per quod ab ea facultate condistinguatur, nō aliud, quam prædictæ sufficientiæ plenæ carentiam: ergo hanc importat positiuè.

74 Ideò dices secundò, principium radicale, quamvis non dicat positiuè carentiam sufficientiæ, ut immediate possit elicere intellectiōnēm; tamen positiuè dicere non identificari identitate virtuali; sed solum identitate reali formalis cum facultate proxima intelligendi: quo differt ab ipsa facultate proxima, quæ cum se ipsa identificatur, non solum identitate reali formalis; sed etiam virtuali. Quemadmodum esistentia diuina, ut distincta virtualiter à paterni-

tate, non quidem dicit positiuè carentiam paternitatis; ab hac tamen differt, quia paternitas non solum realiter formaliter; sed etiam virtualiter identificatur cum ipsa paternitate, cum qua, non virtualiter, sed solum realiter formaliter identificatur essentia diuina. ¶ Ceterū, ut hæc solutio quidquam valeret, oportet dari distinctionem virtualem inter Deum intelligentem, & capacitatē proximam intelligendi. At ea distinctio non datur. Tum, quia non datur inter Deum intelligentem, & intellectiōnēm necessariam: ergo à fortiori neganda est ianoscitum casu. Tum, quia si quo modo probare contendas talia extrema posse suscipere prædicta contradictionia, eodem modo tui conatus reddentur inanes, ac frustrati sunt capite præcedenti, qui poslunt admoueri pro distinctione virtuali Dei ab intellectiōne necessaria.

75 Objicies. Datur in Deo prædicatum intellectualitatis, in quo conuenit cum principio radicali intelligendi creato; & non cum principio proximo. Item, in Deo datur prædicatum intellectualitatis, in quo conuenit cum principio proximo intelligendi creato; & non cum radicali; ergo datur in Deo varius principium, remotū;

&c.

& proximum. Prima pars antecedentis probatur. Nam increatum intelligens in prædicato intelligentis substantialis *vt quod* conuenit cum principio radicali creato intelligendi; & in hoc prædicato non conuenit cum principio proximo creato, cum hoc non sit intelligens实质的; sed facultas accidentalis constitutens substantialiam intelligentis in ratione intellectuæ proximè. Secunda pars eiusdem antecedentis probatur. Nam increatum intelligens in prædicato potestatis ad intelligendum excludens aliud, à quo compleatur conuenit cum principio proximo intelligendi creato; differt tamen à radicali.

76 Respondeo. Concessio antecedente, nego consequentiā. Licet enim in Deo sit prædicatū commune intellectuo radicali creato, non commune proximo; & prædicatum commune intellectuo proximo creato, & non commune radicali; inde tamen non infertur, in Deo esse principium radicale, & proximum intelligendi. Ratio est. Quia, *vt* Deo conueniat aliquod prædicatum, opus est, *vt* illi conueniat ratio formalis essentialis eius prædicati; non autem sufficit Deo conuenire id, quod in creatis reperitur dum taxat in habitibus tale prædicatum. Sic licet in creatis ratio intellectio-
nis, & voluntatis reperiatur dum-

taxat in accidentibus; non tamē Deo conuenit prædicatum accidentis, quia nihil est in Deo, quod rationem formalem, & essentialē accidentis sortiatur. Ratio autem intelligentis substantialis, *vt quod* (quæ Deo conuenit) dato, quod in creatis soli competit principio radicali, *vt* condiscincto à proximo; non tamen est ratio formalis, & essentialis principij remoti, *vt* discincti à proximo. Tum quia non implicat intelligens substantialie *vt quod*, illudque per se ipsum, secluso alio principio superaddito ex parte potentiae posse intelligere. Tum quia ratio essentialis principij remoti, *vt* cōdiscincti à proximo, stat in eo, quod remotum, *vt* erumpat in intellectuē, indigeat alio com-
principio ulterius adueniente se tenente ex parte potentiae; secūs autem principium proximum. Similiter potestas proxima ad intelligendum excludens ulteriore potentiam, per quam compleatur, non est ratio essentialis principij proximi, *vt* condiscincti à principio radicali. Tū quia non implicat principium radicale se ipso esse talem potestatem. Tum quia ratio essentialis principij proximi respectuē ad remotū, qua ratione nunc loquimur, stat in eo, quod sit principium non egens ulteriori potentia, iuuansque aliud indigens ulteriori potentia.

77. Dubitatur secundò. An detur in Deo ratio formalis habitus? Affirmat P. Arriaga cum Henrico i. p. artic. 37. q. 1. Teneenda tamen est negatiua sententia, quām reliqui Theologi amplectuntur. Probatur primo ex nostris principijs. Nam in Deo non datur potentia operativa intellectio; sed praeceps non repugnantia, ut ipse Deus intellegat: ergo non datur habitus, cuius munus non est facilitare non repugnantiam intelligendi, vt cum intellectione coniungatur; sed facilitare potētiam operativam intellectio, vt eam promptius, & facilius exerceat. Secundò probatur absolute. Nā munus habitus est, potentiam capacem difficultatis in operando reddere facilem, & promptam ad operandum, ideoque nō datur respectu potētiarum, quæ positis prærequisitis ad operationem, facillimè, ac promptissimè se exerecent, ut patet in potentijs visiua, & auditiva. At capacitas intellectiva Dei incapax est difficultatis in intelligendo: ergo respectu illius est impossibilis habitus.

78. Obiecties primò. Sicut in diuina voluntate dantur virtutes morales; ita in diuino intellectu virtutes intellectuales. Quis enim Deo néget scientiam, prudentialm, & artem? At secundū Philosophos morales virtus est habitus: ergo in Deo datur ha-

bitus. Respondeo, virtutes esse in nobis habitus, quia in exercitio virtutum capaces sumus difficultatis, quæ per habitum virtutis vincitur. Virtutes autem in Deo stant in summa promptitudine, vt Deus coniungatur cum exercitio virtutum, tanquam ex sua natura incapax difficultatis in eo exercitio, &c ideo prædictæ virtutes in Deo non sunt habitus.

79. Obiecties secundò. Nihil aliud est operari ex habitu, quām operari promptè, ac facile. At Deus intelligit summa cū promptitudine, & facilitate: ergo ex habitu. Distinguo maiorem. Operari ex habitu est præceps operari facile, &c. nego maiorem, tanquam principium capax operandi cum difficultate superabili ratione alterius principij adiuncti, concedo maiorem, & concessa minori, negatur consequentia, quia Deus non est capax intelligendi difficulter obiectum.

80. Dubitatur tertio. An detur in Deo ratio formalis speciei impressæ? Affirmant P. Ruiz dispat. 4. sect. 2. P. Alarcon dispat. 1. cap. 1. num. 7. Arriaga supra, apud quos Capreol. Caietan. Banez, Molina, Valétia, Vazquez, & alij. Negant cum Aureolo, Doctor Eximus Suarius dispat. 30. metaph. sect. 15; P. Herice dispat. 2. pluresque Recentiores. Negatiua sententia mihi est probabi..

vabilior. Primo. Quia nomine speciei intelligimus illud principium cognitionis, quod ad hanc eliciendam iuuat potentiam cognoscitiam, quatenus ea potentia nequit se sola sine auxilio obiecti cognitionem elicere. At huiusmodi munus est in ordine ad potentiam cognoscitiam elicitiuam cognitionis, cuiusmodi potentia non est in Deo: ergo in Deo non est species. Minor cōstat ex dictis, & maior ex eo, quod Philosophi non agnouissent species, nisi predictum principium experti essent. ¶ Secundo. Quando ex effectibus naturalibus cognoscimus euidenter abstractiū Deum, non exercetur ea cognitio per propriam speciem Dei, sed per alienas species rerum creatarum, & tamen Deus est obiectum eius cognitionis, & eidem tribuit esse, & quia ipse Deus est existens, proportionatus est obiectui, ut euideter cognoscatur tanquam exisit: igitur hæc omnia, etiam simul sumpta, non sufficiunt ad rationem speciei, sed ulterius requiritur, vel quod sit obiectum, titulo obiecti, influxus immediate in cognitionem, vel co-principium destinatum ad supplendum concutum immediatum obiecti: hec autem munera repugnant in ordine ad cognitionem, quenullo influxu producitur cuiusmodi diuina: ergo in ordine ad illa repugnat species.

¶ 31. Obiectes. Non repugnat. tia ex parte obiecti, vt à Deo intelligatur, maximè si coniuncta sit cum determinatione ex parte eiusdem obiecti, vt intelligatur à Deo, est munus, per quod constituitur species. At hoc munus datur respectuē ad intellectionem diuinam: ergo species. Minor probatur. Nam quando Deus cognoscit se ipsum, nihil deficit ex parte ipsius veritatis diuinæ, vt cognoscatur à Deo, & consequēter ex parte obiecti cogniti non est repugnantia, vt cognoscatur à Deo. Deinde ipsa veritas diuina stare non potest, quin infinitè intellectualitati Dei potentissima sit, tribuitque esse cognitioni diuinæ per identitatem perfectissimam cum ipsa: ergo in veritate diuina cognita datur non repugnantia, & ceter minatio, vt cognoscatur à Deo. ¶ Respondeo negans maiores. Tum quia cognitione reflextens supra lè ipsam, vt hæc: *Omnis cognitione est percipio obiecti*, non est species, quæ intellectum obiectui trahat ad hanc cognitionem, & tamen est obiectum, cui nihil deest, vt ea cognitione percipiatur, & quod nequit existere quin ea cognitione percipiatur, & quod illi cognitioni tribuit esse per identitatem cum ipsa. Tum quia requiritur ad munus speciei, quod simul cum potentia de se non sufficiente plenè ad eliciendam intellegitionem

nem constitutat plenam sufficientiam ex parte actus primi ad eliciendam ipsam. Hoc autem in Deo non habet locum, ut sepe dixi. D. Thom. vbi nobis aduersari videtur, accipiens ita est, ut solum velit dari in Deo species aequivalenter, quatenus sine illis, non minus; sed longe clarius intelligit, quam nos cum ipsis.

CAP. VII.

An detur in Deo ratione nostra actus primus intelligendit.

82 **I**N hac difficultate, certum est primò, intellectum nostrum fingere posse capacitem diuinam ad intelligendum esse principium influens in intellectu: sicut enim habere potest alios actus necessariae falsitatis, ita & istum. Certum est secundò, non posse intellectum nostrum, nisi per fictionem tribuere tali capaciti, quod intrinsecè ex parte sui sit principium influens in intellectu: n: quia repugnat tali capacitatib: cōuenire ipsi realiter, intrinsecè, & ex parte sui tale prædicatum: solum autem per meram fictionem potest tribui rei prædicatum illud, quod ipsi realiter repugnat. Certum est tertio, capacitem diuinam necessariam ad intelligendum obiectum contingens, v. g. Anti-Christum.

peccaturum, distinguere ratione nostra ab intellectione continente diuina talis obiecti, esse, que obiectuè præscindibilem ab ea intellectione, ut contingenter terminata ad prædictum obiectum. Prior pars constat. Nam ut supra dicebam, ea distinguuntur ratione nostra, quibus respondent diuersa distinctiones: uti verè respondent Deo, ut necessariò capaci ad intelligendum contingentia; & ut contingenter cognoscenti talē, vel talē veritatē. Posterior pars probatur. Quia per hanc cognitionem: Capacitas Dei ad intellectu: contingentium est necessaria, cognoscitur ex parte subiecti prædicta capacitas; & non cognoscitur ex parte subiecti diuina scientia, ut terminata ad peccatum Anti-Christi: alioqui, cū non sit necessaria hæc sc̄ientia sic sumpta, propositio illa falsa eset. Diximus autem in logica, quando unum cognoscitur, non cognito eodemodo alio, præcindi illud obiectuè ab hoc.

83 Certum milii est ultimò, capacitem Dei ad intelligendum per intellectu: necessariam, distinguere ratione nostra ab intellectione necessaria. Nam ad huiusmodi distinctionē valde parum requiritur; scilicet, idem obiectum subesse distinctis actibus intellectus quoad modum definiēdi diuersi: Hoc autem contingit in re nostra. Nam si p-

si peras, quid sit diuina capacitas ad intelligendum, recte sic definies. Est prædicatum intrinsecum Dei, quo diuinum intelligere redditur non implicans contradictionem. Deinde, si peras, quid sit actualis intellectio Dei, recte sic definies: Est prædicatum diuinum, quo Deus sibi formaliter aliquid manifestat. Patet autem has definitiones esse diversas, vnamque dari per ordinem ad exclusionem contradictionis; secus aliam. Quod igitur controuertendum relinquitur est, an sicut capacitas intelligendi habet ab extrinseco distinctionem ex modo concipiendi ab actuali intellectione; cum tamen ab intrinseco ex parte rei non distinguitur ab illa; sic etiā habeat ab extrinseco ex modo nostro concipiēdi rationē principij actualis intellectionis; cum tamen ab extrinseco ex parte rei non habeat eam rationem principij. ¶ Partem affirmatiuam tueruntur plures ex Thomistis, & cum illis P. Molina I. p. q. 27. artic. 5. disp. 2 Fauere videtur Eximus Doctor disp. 10. Met. sect. 15. Martinon. I. p. disp. 13. n. 7. P. Arriag. supra. Franciscus de Lugo in praesenti. Negatiuam defendunt Magist. Albiz in praesenti cum Aurelio P. Herice, P. Hemelm. supra, & non pauci Recentiores.

85 Secunda sententia mihi videtur vera. Sit igitur conclu-

sio. Non est admittendum capacitem diuinam ad intelligen- dum, esse ratione nostra principium intellectionis diuinæ. In hac conclusione, quia mihi videtur res parui momenti, parum immorabor Probatus. Nihil est, per quod prædicta capacitas cōstituatur in ratione principij intellectionis diuinæ ratione nostra: ergo non est admittendum eiusmodi principium. Antecedens probatur. Nam ad talem constitutionem primò non sufficit eam capacitatem concipi à nobis instar principij intellectionis. Nam Deus, & Angelus concipiuntur instar corporis; & non sunt ratione nostra corpus. Item: sicut Deus concipiatur instar principij intellectionis; ita concipiatur instar principij imperfecti intellectionis, nempe instar principij realiter ab intellectione distincti; tamen non dicitur Deus ratione nostra principium imperfectum intellendi. ¶ Secundo. Non sufficit ad eam constitutionem, quod ex cognitione nostra circa Deum, ut capacem infinitè ad intelligendū oriatur cognitio, per quam Deum cognoscimus, ut actualiter intelligentem. Nam etiam conuersim ex cognitione, qua Deum cognoscimus, ut infinitè intelligentem, oritur cognitio, per quam cognoscimus Deum, ut infinitè capacem intellendi: ut enim recte sic ratiocina- mur:

mur: Deus est infinitè capax intellegendi: ergo intelligit omne verum; ita etiam sic: Infinito modo intelligit: ergo est infinitè capax intelligendi. Sicut igitur non ob hoc posterius intellectio est ratione nostra principium capacitatis intelligendi; neque ob illud prius ea capacitas erit ratione nostra principium intelligendi. ¶ Tertio Ad eam constitutionem non sufficit, Deum habere prædicatum, quod in creatis competit dumtaxat principio intelligenti, nempe prædicatum substantialis intelligentis, ut quod. Primo, quia forsitan hoc est falso. Nam fortassis non implicat substantia creata intelligens ut quod, quæ identificetur cum sua intellectione, ideoque non sit principium ipsius. Secundo. Quia Deus non est ratione nostra dependens à causa prima; & tamen in creatis ratio intelligentis reperitur solum in dependentibus à causa prima: ergo licet in creatis ratio intelligentis reperiatur solum in principio intellectionis, non ideo Deus, quia intelligens est, erit ratione nostra principium intellectionis. Tertio, quia ut notabam supra in simili: intellectio in creatis semper est accidens, iuxta communem sententiam; & tamen quamvis sit in Deo ratio accidentis; non tamē est ratione nostra prædicatum accidentis: ergo idem, quod prius. Iam ipse

diuersimode poteris idem ostendere. Porro nihil aliud preter dicta apparet, quo possit capacitas Dei ad intelligendum constitui ratione nostra principium intellectionis, maximè, si verum sit, quod supra defendimus, nempe non esse à parte rei principium virtuale intellectionis: ergo non est admittendum diuinā intelligendi capacitatē esse ratione nostra principium intellectionis.

85 Obijces primo. Tam repugnat simplicitati Dei distinctione formalitū Dei, quā aliam esse principium alterius. Sed non obstante simplicitate, una formalitas Dei distinguitur ratione nostra ab alia: ergo, & una poterit esse ratione nostra principium alterius. Confirmatur primo. Diuinæ formalitates distinguuntur ratione nostra, quando concipiuntur per connotacionem ad res creatas distinctas: ergo ratione nostra erunt principium, & principiatum, quando concipiuntur per connotacionem ad res creatas, quæ sunt principium, & principiatum. At Deus conceptus ut capax intelligendi concipitur per connotationem ad substantiam creatam intelligendi capacem, quæ est principium intellectionis; ut intellectio autem concipitur per connotationem ad intellectionem ortam à principio intelligendi: ergo formalitates diuinæ sic conceptæ erunt ratione no-

stra principium, & principiatum. Confirmat secundò P. Martinō post alios. Si implicitissima Dei entitas & iuialet nostro principio intelligendi, nostraeque intellectioni ortę ab eo principio: ergo ratione huius aquivalentię poterunt admitti in Deo principiam intellectonis, & intellectio fluens à principio. Confirmatur tertio. Capacitas intelligendi distincta realiter ab intellectione est realiter principium illius: ergo capacitas intelligendi distincta ratione nostra ab intellectione erit ratione nostra principium intellectonis. At in Deo capacitas intelligendi, & actualis intellectio distinguntur ratione nostra, lxxvii n. 83. ergo illa est ratione nostra principiū huius.

¶ Hæc tamen parum virgere patet, ex fundamento, quod ie. cimis num. 84. Ad argumentum, concessa maiori, & minori, nego consequentiam. D. scriben eit. Nam obiectum distinguiri ratione ab obiecto est subesse conceptibus mentis definiti, ut diueris. Patet autem non esse contrà simplicitatem Dei, quod à nobis diuersimode concipiatur conceptibus in explicando diuersis, vel conceptibus, qui per alios in explicando diuersis evoluuntur: cito autem vnam formalitatem Dei ratione nostra principium intellectonis, non est aliud, in quo consistere posse, iuxta num. 84. quam in

eo, quod ea formalitas cōcipia- tur, non per falsam; sed per verā cognitionem, tanquam principium intellectoris: hoc autem non stat, nisi talis formalitas sit reuera principiū intellectoris, quod tamen pugnat contra simplicitatem Dei, & identitatē omnium diuinorum cum intellectione diuina. ¶ Ad primam confirmationem. Concedo antecedens. Nam obiecto, ut concepto per connotationē ad unā rem; & obiecto, ut cōcepto per connotationem ad aliam rem, correspondent conceptus mentis, qui sunt implicitè, vel explicitè definitiū diuersi, in quo stat, ut s̄pē diximus, distinguiri ratione obiectum ab obiecto. At negatur consequentia, nem̄pē rem conceptam per connotationem ad principium, eo ipso esse ratione nostra principiū. Sicut neque Deus conceptus per connotationem ad principium imperfectum, ad creaturam, ad accidens, est ratione nostra quid imperfectum, creatum, & accidentale. Neque valitisimū māre conceptum per connotationem ad immēritatē Dei cuncta occupatis, est ratione nostra immensum. Neque dolores huius vitæ, quātumvis diutissimè ve- xantes sunt ratione nostra æterni. ¶ Ad secundam confirmationem, concessa antecedente negatur consequentia propter eamdem rationem ac negauimus

mus consequiam præteritæ confirmationis, neq; enim Deus, quod creaturæ æquualeat est creatura ratione nostra. Ad ultimam confirmationem respondeo primò. Probabile est, non semper esse verum antecedens, quia probabile est, quod intelligeret creatura, cui Deus se solo per creationem infunderet intellectuē. Tunc autem capacitas intelligendi, & intellectio distinguerentur realiter, & illa capacitas non esset realiter principium sine actuū; siue passuum intellectionis. Secundo cōcessio antecedente, negatur consequia. Nam esto posita distinctione reali inter capacitatē intelligendi, & intellectiōnem, detur semper constitutiū sufficiens, vt illa sit realiter principiū istius; quando tamen identificātur realiter ea extrema, non datur constitutū sufficiens, vt capacitas intelligendi, ratione nostra distincta ab intellectione, sit ratione nostra principiū intellectiōnis, vt cōstat ex probatio-ne nostræ conclusiōis.

87 Obijcies secundò. Capacitas intelligendi est in Deo principium virtualiter producens intellectiōnem contingentem: igitur ea capacitas, sāltem in ordine ad hanc intellectiōnem, erit ratione nostra, concipiente rem sicuti est, principiū virtuale talis intellectiōnis. Consequentia est bona, & antecedens ita probant

acutè Recētiores ex nostris optimi ingenij. Res contingens ad existendum, & non existendum, eo modo, quo talis, est ens ab alio. At scientia Dei, vt terminata ad veritatem contingentem, est contingens, & indifferens, vt existat virtualiter, & nō existat: ergo debet esse virtualiter ab alio: ergo est à capacitate intelligendi tanquā à principio producēte virtualiter. Subillatio patet, & illatio est legitima. Maior, in qua est difficultas, probatur. Tū quia ex hoc principio probant Theol. efficaciter necessitatē alicuius entis necessarij, à quo cōtingētia habeant existentiā. Tūm quia ex eo quod res sit indifferēs vt existat, & nō existat, nō est de ratione essentiali ipsius existere actualiter, vel fundamentaliter, vel radicaliter: ergo nequit sibi ipsi dare existētiā. Nequit enim dare actu esse, quod nullo modo actu est: ergo debet illā habere ab alio principio, scilicet virtuali. Patet ergo intellectiōnem contingentem Dei, eo modo, quo cōtingēs est debere producī virtualiter à capacitate intellectiū.

88 Hoc argumentum videtur in primis multum probans, nempe intellectiōnē contingentē, nō solum produci realiter, quoad entitatem; sed etiam realiter formaliter, quoad denominationē: quia formaliter cōtingēs, & defectibile est ēū exerci-tē denominari sciētē peccaturū

esse Petru. Deinde respōdeo. Si-
cut realiter formaliter à Deo nō
producitur, nisi quod importat
perfectionem aliquam entitati-
um positivam adæquatè distinctam
realiter formaliter à Deo; ita
realiter virtualiter non pro-
ducitur à Deo, nisi quod importat
perfectionem aliquam positi-
vam realiter virtualiter adæ-
quatè distinctam à Deo, ideoque
puræ carentiæ rerum, tametsi
contingentes sint, producibiles
non sunt. Actus autem contingen-
tes Dei, ut virtualiter distincti
à prædicatis necessarijs (si cō-
tingentia non constituantur per
extrinseca connotata) dicemus
tract. de Voluntate Dei, vel non
importare perfectionem positi-
vam, ut sic distinctos, vel nihil
importare adæquatè virtualiter
distinctū à prædicatis necessarijs
Dei, & cōsequēter non esse vir-
tualiter producibiles ab illis.

¶ Vnde ad obiectionem nego
antededens. Ad probationem,
distinguo maiorem. Est ab alio,
si dicat perfectionē entitatiū
positivam adæquatè distinctam
à Deo, concedo maiorem; si nō
dicat, nego: distingoque mino-
rem: est contingens, &c. non di-
cens prædictā perfectionē, con-
cedo minorē; dicens, nego: &
similiter nego consequentiam.

¶ Ad primam probationē ma-
ioris dicatur, Theologos efficac-
iter probare necessitatē alicuius
entis necessarij, à quo tanquā

à causā prima procedant contin-
gentia, ex rebus contingentibus
habentibus perfecti nē entitati-
um adæquatè distinctā abente
necessarij: ea enim non potest
non esse facta ab alio, deuenien-
dumque est ad aliquid primum
principiū, in quo sittamus. Ad se-
cundam probationē respondeo.
Quod est indifferens ad existen-
dum, & non existendū, non ha-
bet necessarij ex sua ratione es-
sentiali, vel actualiter existere,
vel infallibiliter fundare suam
existentiā actualē. Deinde con-
cedo, non posse dare sibi ipsi ex-
istentiā effectiū, vel productiū;
nihil enim est principiū produc-
tiuum sui: bene tamen potest,
quod non præsupponit ante se
ipsum existens, existere formaliter
per se ipsum, quamvis sit cō-
tingens: quemadmodum ex-
istentia creaturarum, quamvis
sit contingens existit formaliter
per se ipsam; non per formam
superadditam, nē procedamus
in infinitū. Ex eo autem, quod
contingens non sit à se ipso pro-
ductiū, non infertur esse ab alio
productiū, quia potest esse cō-
tingens instar puræ carentiæ ex-
pertis perfectionis entitatiū, vel
nihil habere perfectionis enti-
tatiū adæquatè distinctū à Deo,
quorum alterum cōpetit actib.
cōtingentib. Dei, ut virtualiter
distinctis à Deo, & propterea,
quamvis cōtingētes à nullo erunt
productiū. Quomodo autem
actus

actus dulni contingentes, qui existunt actualiter, determinentur potius ad existendum, quam ad non existendum, constabit ex toto hoc tractatu.

89 Ex dictis inferes, non esse in Deo ratione nostra potentia proximam ad intelligendum per modum principij proximi, neque speciem impressam, neque habitum. Nam eadem ratione, qua probatur, nihil esse, per quod constituantur in Deo ratione nostra existens principium radicale intelligendi, probatur etiam seruata proportione, neque ratione nostra existere praedicta comprincipia. ¶ Plures autores hic dilputant, an diuina intellectio formaliter includatur in essentia metaphysica Dei, vel sola tanquam adaequatum constitutuum, vel tanquam inadaequatum constitutuum simul cum alijs? Sed de hac re commodius dilero sine molesta eiusdem rei inculcatione tract. de Deo uno in genere.

DISP V T. III.

*De obiecto formalis cognitionis
divinae.*

D Iximus, quo pacto diuina cognitio se habeat ex parte principij, vel quasi principij. Videamus, quomodo se habeat ex parte obiecti.

CAPIT. L

Authorum placita.

I D ifficilis est, an solus Deus sit obiectum formale scientiae diuinæ, an etiam creaturæ. Item, si solus Deus sit obiectum formale motuum scientiae diuinæ, dubitatur, secundum quæ prædicata: an solum secundum essentiam; an etiam secundum attributa; an secundum prædicata absolute, & communia, an etiam secundum relativa, & alicuius personæ specialia. An solum secundum prædicata necessaria; an etiam secundum contingentia? ¶ Prima sententia omnino excludit creaturas ab obiecto formalis, primario, motu (quæ in idem recidunt apud AA.) scientiae Dei. Sic D. Thom. & interpres in prælanti art. 5. & 6. & 1. contra gentes capit. 38. Capreol. Ferrar. Mairon. Argentina. Henric. Bacconius. Toletani. Marsil. Ricard. Alexand. Albert. Sanctus Bonauen. Caiet. & alijs, quos referunt, & sequuntur P. Valentia disput. 1. de Scientia punct. 3. P. Molina artic. 5. & 6. q. 34. dilput. vnic. Doctor Eximus lib. 3. de attributis capit. 1. num. 2. & capit. 2. num. 3. P. Vazq. disput. 142. cap. 3. num. 10. & disput. 143. capit. 4. fine. P. Arrubal. disput. 29. de scien-

tia. P. Granad. disput. 2. P. Alarcon tract. 2. disp. 1. capit. 4. & disp. 2. cap. 1 P. Franciscus de Lugo lib. 1. de Deo vno-disput. 28. cap. 2. Ioannes Sancto Thomas disput. 17. art. 1. Recentiores Dominicani, & plures ex nostris.

2. Quapropter hi authores censem, Icla prædicata Dei sortiri rationem obiecti formalis motiu scientiæ Dei. Dissidium tamen interiplos est. Nam alij volunt, solum scientiam Dei, si formalissimè loquamus, esse obiectum formale motiu sciæntiæ Dei. Hanc sententiam expressit Henric. 2. p. summæ art. 47. q. 4. Aureol. in 1. distin. 31. part. 1. artic. 4. propos. 3. Scotus q. 3. proleg. litt. H. & S. & collat. 20. cui, teste Magist. Felix tract. de Visione cap. 10. diff. 1. fere omnes Scotisti, quos ipse imitatur, subscribunt. Idem tenent Eximus Doctor Stuar. Vazquez, Granado, Alarcon, Franciscus de Lugo. & nonnulli Recentiores ex nostris. Volunt alij cuncta Dei prædicata ad æquatem sumpta, esse obiectum formale motiu scientiæ Dei. Sic P. Ruiz, qui plures alios in hanc sententiam trahere conatur supra sect. 6. P. Molina sup. 9. Petet alius Ioannes à Sancto Thoma sup. testatus hanc sententiam esse communem inter discipulos D. Thom.

3. Secunda sententia est, non

sola prædicata Dei; sed etiam creaturem, esse obiectum formale motiu scientiæ Dei. Pro qua nullum ex antiquis afferro: nam, qui solent afferri, dubiæ mihi fidei sunt. Eam sequuntur Mag. Albiz. disp. 5 de scientia; P. Herice similiter disput. 5. capit. 4, & non pauci Recentiores nostri.

CAP. II.

Nonnulla præmittuntur.

4. Vereor in hac re non parvum cōtroterti de nomine propter parum constantes acceptiones terminorum. Idecirco placet, nonnulla nobis certa sub adspicuum ponere, quibus præmissis, exigua, ni fallor, cōtroversia manebit, neque opinionum specie tenus contrariarum difficilis erit concordia. Præmitto primò, ex his, quæ iam olim docui tract. de actibus humanis. Obiectum formale triplex est. Terminatum. Physicè motiu. Intentionaliter motiu. Obiectum formale terminatum intellectus (de hoc obiecto intellectus est nunc sermo) illud est, quod verè, & propriè, & non solum denominatiū cognoscitur ratione alterius vere, & propriè cogniti. Declarat. Quando quis intuetur albedinem existentem in parte, aliud propriè videtur oculis, nem-

neimpè albedo ; aliud non vide-
tur propriè , sed denominatur
visum ratione coniunctionis cū
albedine propriè visa. Sic le ha-
bet substantia parietis. In quo
casu non me latet . Recentio-
res nostros appellare substan-
tiam obiectum materiale re-
motum ; & albedinem obiectū
materiale proximum. Satius ta-
men est , obiectum propriè cog-
nitum vocare formale termina-
tiuum ; illud autem , quod
propriè non cognoscitur ; ha-
bet tamen sibi nitorum obiectum
propriè cognitum , vocare ma-
teriale pūre. Sicut enim obie-
ctum formale mouens intellec-
tum ad cognitionem est illud ,
quod non solum est materia af-
fecta obiecto propriè mouente ;
sed propriè mouens ad cogni-
tionem ; ita illud iure dicetur
obiectum formale terminans ,
quod non solum est materia af-
fecta , vel quasi affecta obiecto
propriè terminante cognitionē ,
nempè propriè cognito ; sed ve-
rè , proprièque cognoscitur.

5 Obiectum formale physi-
cè motiuum , vnam inter alias ,
conditionem exposcit : nempè
non solum cognosci ; sed etiam
physicè tribuere esse cognitioni.
Nam ex ipsa communi usurpa-
tione , & conceptione conitat ,
obiectum physicè motiuum in-
tellectus addere , supra rationem
cogniti , mouere physicè intel-
leclum de potentia intelligen-

di ad intellectiōnēm actualēm :
hoc autem non est aliud , quām
aliquid physicè præstare , vt po-
tentia intellectua reducatur ad
actualēm intellectiōnēm . Ita
color ille , quem oculis cerni-
mus , est obiectum formale phy-
sicè motiuum visus , quia media
specie , quam imprimet visui ; sic
visum immutat , vt illam de po-
tentie videre ad actualiter video-
dum reducat. Hinc à nobil' o-
ri , vel ignobiliori obiecto phy-
sicè motiuo prouenit , ceteris
paribus , nobiliorem , vel igno-
bilioret esse intellectiōnēm ip-
sius. Nam intellectio nobilior ,
vel ignobilior est , ceteris pari-
bus , pro nobiliori radice , ex qua
suum esse accipit. Denum , obie-
ctum intentionaliter intellec-
tum mouens , est , quod per sui
cognitionem suadet intellectui ,
quod præbeat assentum alicui
objeto. Sic præmissæ obiecti-
uae sunt obiectum intentionaliter
motiuum ad assensum con-
clusionis obiectiuæ : quia , vt cog-
nitæ suadent intellectui , vel ab
illo extorquent , assensum con-
clusionis obiectiuæ . ¶ Ex qui-
bus fit primo , quodlibet intel-
ligibile , siue increatum , siue
creatum , esse obiectum forma-
le terminatiuum cognitionis di-
uinæ : quodlibet enim vere , &
propriè , & non denominatè
solum intelligitur à Deo. Fitile-
cundò , si omnem rigorem vo-
ceremus , nullum obiectum esse

physicè motuum intellectus diuini. Ratio est. Quia nullum obiectum physicè mouet intellectum diuinum reducendo ipsum de potentia intelligendi ad actum intelligendi. Tum quia intellectus diuinus est essentialiter immobilis, & immutabilis. Tum quia non est potētia ad intelligendum, ex qua deriuetur actualis intellectio; sed purissimus actus substantialis intelligendi, vt constat ex disp. 2.

6. Quæ, cum ita sint, difficile est, in quo possit versari questio circa obiectum formale diuinæ cognitionis. Si enim omnia obiecta sunt obiectum formale terminatiuum diuinæ cognitionis, vtque videbimus in toto tractatu, omnia similiter obiecta sunt formalia motiva intentionaliter, abstergendo vocem motiui ab imperfectionibus; nullumque obiectum, seruato rigore vocis, est physicè motiuum, quid disputandum superest? Respondeo, totam difficultatem reuocandam esse ad examinandum, quænam obiecta respectu diuinæ cognitionis sortiantur, non quidem præcisè munus obiecti terminatiui, sed etiam munus motiui, vel physici, vel intentionalis, seclusis illis modis mouendi, qui in cognitione diuina imperfectiō nem arguerent. ¶ Pro quo explicando. Premitto secūdo, duo requiri ad obiectum motiuum;

non tamen sufficere. Requiritur primò, quod sit cognitum. Secundò, quod assensus sit ab illo, vel physicè, vel intentionaliter, prout fuerit motiuum physicū, vel intentionale. Non tamē hac sufficiunt. Tum quia potest quis iudicare, se habere intellectum realiter distinctum, vel indistinctū ab anima, motus præcisè ex fundamentis, probabilibus harum opinionum: in quo evenitu iudicium hoc, & habet pro obiecto cognito facultatem intelligendi, & ab illa suum accipit esse; cum tamen ea facultas non sit obiectum motiuum talis iudicij. Tum quia per actum procedentem ab habitu fidei potest quis propter diuinum testimonium credere se habere fideli habitum: in quo casu habitus fidei est obiectum cognitum eo actu, talisque actus accipit esse ab eodem habitu, qui tamē non est eius obiectum formale motiuum.

7. Præmitto tertio, tria requiri, & sufficere, vt aliqua ratio obiectua sit motiuum intellectus ad assentiendum obiecto. Primum est, eam rationem esse cognitam. Secundum est tribuere suum esse assensui, vel physicè, vel intentionaliter, iuxta modum motionis. Tertium est sic ostendere, vt cognitam, veritatem, cui præbetur assensus, vt in illa, quatenus ita cognita, imitarur securitas, certitudo, vel

vel adhæsio. subiectua intellec-
tus circa talementum veritatem. Id
que est, quod communiter cir-
cumfertur, scilicet, obiectū for-
male esse rationem, propter quā
intellectus assentitur obiecto.
Nam ratio mouens ad assentium
est fundamentum, in quo niti-
tur adhæsio, qua veritati adhæ-
remus, cui præsumus assensum:
eoque firmius; vel infirmius ad-
hæremus, quo firmior; vel debi-
liore ratio apparet. Vnde fit,
illud esse obiectū formale moti-
um cognitionis diuinæ, quod
non sit mere terminativum, sed
potius, ex prædictis conditioni-
bus obiecti motui, solum id
excludat, quod argueret imper-
fectionem in cognitione
Dei.

8. Ex quo sequitur priuò, in
motiuo cognitionis diuinæ re-
tinendam esse rationem cogni-
ti: nam hæc ratio nullam dicit
imperfectionem in cognitione
diuinæ. Sequitur secundo, reti-
nendam non esse rationem effi-
ciendi physicè cognitionem. Na-
cognitio diuinæ est improducta,
& incausata. Sequitur tertio, re-
tinendū esse, quod diuina sci-
entia suum esse habeat ab obiecto
motiuo; eo modo, quo id non
dicat imperfectionem in tali sci-
entia. Pro quo nota primò, non di-
cere imperfectionem in scientia
diuinæ, quod ab essentia Dei ha-
beat suum esse formaliter intrin-
secè: hoc enim non reddit cog-

nitionem diuinā causatam, aut
dependentem; sed formalissimè
constitutam in suo esse per diuni-
nam essentiam, quod magnæ
perfectionis est, vt patet. Nota
secundò, scientiam diuinam
communem tribus personis, nō
aliter posse habere suum esse ab
aliquo sine imperfectione, quam
formaliter intrinsecè. Nam ali-
ter ea scientia non incausata; sed
causata esset. Vnde cum necesse
sit, scientiam diuinam habere
suum esse sine imperfectione; &
aliunde necessè quoque sit, quod d
suum esse habeat ab obiecto mo-
tiuo prout distincto à terminati-
o, patet habere constitui for-
maliter intrinsecè à suo obiecto
motiuo, vt motiuo.

9. Denique præmittendum
est, nullam dicere imperfectionem
in scientia diuina, quod aliquod
obiectum sit fundamentum sic
veritatem ostendens, vt in eo
nitatur, Deum esse certissimum,
& securissimum de veritate ob-
iecti, cui præstat assensum. Ra-
tio est, quia obiectum aliquod
sic se habere, nihil est aliud, quā
ab ea veritate, zdhuc diuinitus,
esse inseparabile, & vt tale cla-
rissimè videri. Hoc autem patet
non dicere imperfectionem in
scientia diuina. Summa igitur
sit. Illud esse obiectum forma-
le motuum diuinæ cognitio-
nis, quod cognoscitur a Deo, &
à quo, iuxta modum mouendi,
diuina cognitio suum esse habet,

ac demum est fundamentū obiectuum, in quo ntitur, Deum esse securissimum, & certissimum de veritatibus, quibus assentitur.

10 At contra hunc modum explicandi obiectum motiuum opponunt primò docti Recentiores. Nam iuxta communem sententiam, actus fidei de existentia reuelationis assentitur huic propter se ipsam absque alio motiuo distincto ab ipsa reuelatione: & tamen huic non innititur cognoscens, vt securus sit; sed excellentiae modi tendendi actus fidei, cui repugnat falsitas. Vnde, licet eadem reuelatio attigi posse propter se per actuū naturalē (qui potest, iuxta veram sententiam, non differre obiecto ab actu supernaturali) talis actus naturalis non dat securitatem. Et quis dicat credenti esse securum immediate de existentia reuelationis, cum adeo obicure appareat?

Hoc argumentum cogit nos libare nonnulla ex dicendis afferim tractat. deinde. Sciendum est, securitatem, & certitudinem assensus fidei esse duplēcēm; aliam ex parte ipsius assensus, quam voco formalēm; aliam ex parte assentientis, quam voco subiectiām. Prima stat in ipsa excellentia assensus, qui propter intrinsecam perfectionem supernaturalē, qua superat alios assensus, nequit à vero de-

uiare: & hæc certitudo, quæ in excellentia supernaturalitatis nititur, communis non est actui naturali, ut patet.

11 Secunda siue certitudo, siue securitas, siue adhæsio subiectiā subdiuiditur rursus in imperfectam, & perfectam, ac veluti cōsummatam. Prima adhæsio stat in eo, quod assentiens acha reat obiecto iudicato, saltem implicitè putans, se recta tendere ad scopū veritatis: & hanc adhæsionē quilibet assensus tribuit assentienti, valdeque estimperfecta, nisi aliud addatur. Perfecta autem, & quasi omnibus numeris absoluta est, quando ratione illius, ita obiecto adhæret assentiens, ut propter claritatem, qua veritas obiecti apparet, intellectus est omnino determinatus ad assentiendum, vel saltē ad non assentiendum, vel, ut aiunt, quoad exercitiū, aut quoad specificationē. Huiusmodi autem adhæsio subiectiā perfecta non reperitur citra evidētiā veritatis: qua proprie non oritur ex actibus fidei aiuinā. Igitur arguento respondeo. Tametsi certitudo formalis, de qua numer. 10. quam, circa existentiam reuelationis, habet actus supernaturalis fidei, non innitatur existentia reuelationis; sed excellentiae modi tendendi; at certitudo, securitas, vel adhæsio subiectiā inchoata, & imperfecta, qua simili-

liter prouenit ab actu naturali; innititur obiectiuè in ipsa existētia réuelationis. Si enim ab assen-
tiente petas, vt reddar rationem
obiectiuam, cur adhæreat, &
assentiatur existentiæ réuelatio-
nis? Respondebit, iuxta dicen-
da tractat. cit: quia reuera talis
réuelatio existit: hoc autem es-
se verum quibusdam alijs ex-
trinsecis adiumentis illustratur;
de quo ibi. Iam verò, quamvis
nullus possit iure asserere cre-
denter esse immediatè secu-
rum de existentiâ réuelationis
tam obscure apparentis, loquen-
do de securitate obiectua per-
fector, & consummata; bene ta-
men asserere potest, credenter
adhærere existentiæ réuelatio-
nis; potius quām non existentiæ,
adhæsione quidem, ac securita-
te imperfecta, immediatè prop-
ter ipsius réuelationis existen-
tiā, quæ supposita luce, sem-
per tamen cuius obscuritate cō-
iuncta, quæ ab extrinsecis adiun-
ctis venit, appareat vera.

12 Opponunt secundo. In-
tellectus diuinus, vt pote omni-
no repugnans falsitati, nō minùs
videtur inniti obiecto materiali;
quā formalis, cū ex vtriusq; fal-
litate bacillet. ergo motiuū obie-
ctiuū non satis explicatur per id,
quod ipsi innitatur cognoscens;
nisi innitatur primario. Hac au-
tē primitiae, in quo cōsistit? Cum
neque sit ex parte rei in essendo:
sæpè enim obiectuū motiuū est.

posteriori recipiā, vt quando crea-
tura mouet ad cognitionē crea-
toris, neque sit ex parte actus, si-
ue in cognoscendo: nam idem
indivisibilis actus attingit obie-
ctum formale motiuū, & ma-
teriale, ac proinde non cognos-
citur vnum prius, quām aliud.
Tertiò, hinc obscurum apparet,
quid sit inniti vni veritati, præ-
alia, quando vtraq; requiritur ad
cognitionē veritatis, vt conti-
git hic. ¶ Respōdeo. Quāvis as-
sensus diuinus, quippe cū utilitate
omnino pugnans, cōnectatur
æqualiter cum veritate obiecti
materialis, & formalis: & quāvis
codem indivisibili actu attingat
vtrūque obiectū, ac proinde nō
vnum priori attingentia, quām
aliud; tamē (quod, & ipse arguēs
debet explicare similiter) quia
rogatus Deus de ratione obie-
ctua sui assensus, inspecto mo-
do tendendi ipsius, responderet
apti, assignato altero ex illis ob-
iectis, potius quām altero, idcir-
co alterū præ altero dicitur for-
male motiuū, & fundamentum
obiectiuū assensus. Ideo autē ob-
iectuū motiuū, potius quā terminatiuū,
dicitur primarium, q; ia
obiectum, vt gerēs murus mo-
tiui dat esse cognitioni; non ve-
rō, vt præcisè gerens munus ter-
minatiui. Vnde patet, quid sit
inniti vni veritati, præ alia, ta-
meti requiratur vtraq; ad cog-
nitionē veritatis. Modos au-
tē tendendi cognitionū exponit
ma-

magis tacita ipsorum meditatio, quam locutio copiosa, ut facile credet in ijs rebus versati. Dicemus tamen nonnihil amplius in explicatione posterioris conclusionis.

CAP. III.

Nostra sententia.

I³ Is statutis. Dico primò. Obiectum formale physicè motiuum diuinæ scientiæ nequit esse distinctum à Deo. Sic volunt authores relatum. 1. neque re explicata, ut cap. præc. potest ullus refragari. Nam diuina scientia habet physicè suum esse ab obiecto physicè motiuo. Nihil autem diuinū habet physicè suum esse ab aliquo distinto à Deo, vt patet. ¶ Dico secundo. Personalitates diuinæ non sunt obiectum motiuum physicum scientiæ necessariæ Dei communis toti Trinitati formaliter ratione nostra. Moueor: Quia personalitates diuinæ, vt suo loco videbimus, sunt formaliter ratione nostra posteriores cognitione necessaria Dei: ergo formaliter ratione nostra non sunt motiuum physicum eius cognitionis. Probatur consequentia. Motiuum physicum cognitionis dat esse cognitioni. Deinde, quod est posterius ea cognitione non dat illi esse, qua ratione posteriorius est illa.

Cum igitur personalitates formaliter ratione nostra sint posteriores tali cognitione, non dant esse tali cognitioni formaliter ratione nostra, & consequenter hoc modo non sunt motiuum physicum. Confirmatur: Scientia diuina necessaria in qualibet persona existens est, & formaliter constituta integrè in suo esse. At non existunt in qualibet persona omnes tres personalitates: ergo non constituitur in suo esse ab illis: & consequenter istae non sunt obiectū physicè motiuum illius.

14. Dico tertio. Prædicata contingentia Dei non sunt obiectum physicè motiuum formaliter loquendo scientiæ necessariæ Dei. Ratio est eadem, quia Scientia necessaria est formaliter constituta ante prædicata contingentia Dei: ergo non habet suum esse formaliter ex talibus prædicatis contingentibus, prout necesse esse ad obiectum motiuum patet ex dictis. ¶ Dico quartò. Sola prædicata communia necessaria Dei sunt obiectum formale physicè motiuum scientiæ necessariæ in ordine virtuali. Communia voco distincta à notionalibus unius, vel alterius personæ proprijs. Probatur conclusio. Quia, vt diximus cap. præced. tria requiruntur, & sufficiunt ad obiectū formale physicè motiuum scientiæ diuinæ. Primum: Esse cognitum

lum à Deo. Secundum. Scientiam diuinam habere formaliter intrinsecè suum esse ab illo. Tertium. Videri clarissimè, ut metaphysicè connexū cum veritate, cui præbetur aslensus. At hæc tria conueniunt prædicatis communibus necessarijs Dei, illisque solis: ergo. Minor probatur. Nam ea prædicata cognoscuntur à Deo, quem nihil latet. Deinde scientia necessaria habet ab illis formaliter intrinsecè suum esse, quia cum illis identificatur, & ad ipsa nō præsupponitur, siue realiter formaliter, siue realiter virtualiter, ut videbimus tract. de essentia, & attributis. Deinde: Deus videt ea prædicata perfectissimè, vt sunt in se, suntque in se metaphysicè connexa cum veritatisbus necessarijs, ut in hoc tractatu ostendemus, ac proinde sunt metaphysicè connexa cum objectis, quibus præbet aslensus scientia necessaria. Denique non inueniuntur hæc omnia, siue in personalitatibus diuinis, siue in prædicatis contingentibus Dei, siue in creaturis.

15 Non in personalitatibus diuinis. Quia personalitates diuinæ, licet identicè tribuant esse cognitioni necessariæ communis toti Trinitati; non tamen esse tribuant eidem cognitioni, ut virtualiter distinctæ à personalitatibus; istæ namque, neq; producunt talēm cogitationem, vt

constat, neque illam intrinsecè constituunt, ut virtualiter distinctam à personalitatibus: sic enim constituitur per illa prædicta, quæ habet distincta virtualiter à personalitatibus. Vbi certe est discrimen inter personalitates diuinas comparatas cū cognitione necessaria Dei; & inter attributa diuina communia collata cum eadem cognitione. Nam iuxta nos, hæc attributa non distinguuntur virtualiter intrinsecè ab ea cognitione; secus personalitates; vnde quamvis istæ non tribuant esse constitutiū e tali cognitioni virtualiter acceptæ; bene tamen illa attributa. Non in prædicatis contingentibus Dei. Quia similiter hæc prædicata distinguuntur, saltem virtualiter intrinsecè ab ea cognitione necessaria. Denique, a fortiori, non in creaturis, quæ ab ea cognitione distinguuntur realiter simpliciter.

16 Dico quintò. Si sermō sit formaliter ex modo nostro concipiendi, obiectum physicè motiuū cognitionis diuine necessariæ, veritates necessarias attingentis, consistit in illis prædicatis necessarijs Dei communibus toti Trinitati, quæ continentur metaphysicè cum eis veritatibus necessarijs; & aliunde non sunt ratione nostra posteriora respectu eius cognitionis. Nam, ut facile cuique constabit ex dictis, his solis prædicatis eo

ueniunt, respectu ad prædicā cognitionem, conditiones illæ, quas ad obiectum physicè motuum exegimus. ¶ Dico sextò. Obiectum formale physicè motuum scientiæ diuinæ contingentis, prout contingenter terminata ad obiectū contingens, sola sunt prædicatae Dei contingentia metaphysicè connexa cū veritate contingente cognita. Probatur. Tale obiectum nō est aliquid extra Deum, cum à nullo extra Deum habeat esse scientiæ Dei, adhuc quoad terminationem contingentein (loquor in opinione, quæ terminations coatingentes Dei non constituit intrinsecè per obiecta creatæ) ergo aliquid intra Deum. Non essentia diuina: non prædicata necessaria Dei, siue communia; siue notionalia: non prædicata contingentia non habentia metaphysicam connexionem cum veritate determinata contingente, cui Deus assentitur. Nam, cū hæc omnia obiecta sint indifferētia ad talem veritatem; nec non ad oppositam, nequeunt Deum certum, ac securum de tali veritate reddere. Solum ergo restat, scientiam diuinæ contingentem habere pro obiecto formalis physicè motu prædicata, quæ diximus. Vbi nota: seruata proportione ad ea, quæ diximus in præcedentibus, definiendum est, qui nam prædicata contingentia sunt obiectū physicè motu sci-

tia contingentis, vel in ordine reali, vel in ordine virtuali, vel in ordine rationis.

17 Dico vltimo. Cunctæ veritates, siue increatae, siue creatæ, ad quas terminatur scientia diuina sunt obiectum formale intentionaliter motiuū talis scientiæ. Hanc arbitror esse mentem authorū, quos adduximus hu. 3. vnde facilis cuilibet erit opinio- num cōcordia. Probatur, & explicatur conclusio. De ratione obiecti intentionaliter mouētis non est secundū suum esse physicū tribuere esse assensu; sed iunare vt cognitū, ad hoc, vt cognoscens reddatur assentiens veritati propter illud. At nihil impedit prædictis omnibus veritatibz id copetere; ergo sunt obiectū formale intentionaliter motium. Consequētia patet, ac maior est certa. Minor probatur. Nam, quod impedire posset obiecta creatæ, in quibus potissimum est difficultas, quominus essent obiectū formale motiuū assensus diuini, præcisè est, assensum diuī nū, non posse accipere sū ē ab entitate physica creaturarū. At nō accipiet ē ab entitate physica creaturarū; sed tātū accipiet ē cōstitutiū formaliter intrinsecè à cognitione diuina ipsarū, in quo nullū est inconveniens, si creaturæ nō sint obiectū physici; sed intentionaliter motiuū diuini assensus: ergo nihil impedit, quominus hoc modo sint motiuū.

num. Hæc, ut plenè percipiāntur indigere vidētur vberiori explanatione, quam subdo.

18. Igitur conclusio explicatur primo. Sicut, iuxta opinionem valde probabilem, Deus eodem actu, etiā virtualiter indiuisibili se cognoscit, & amat; ita poterit eodem actu virtualiter iadiuilo cognoscere sanctitatē hominis iusti; & in homine iusto cōplacere propter eius sanctitatē. Tunc autē huiusmodi sanctitas est obiectū formale intentionaliter motiuū eius cōplacentiæ, quia licet entitas physica sanctitatis nō tribuat per se ipsam esse tali cōplacentiæ; at ab ea sanctitate, vt cognita, nimirum à cognitione talis sanctitatis habet suum esse talis complacentia, non tamen tanquam à principio producēte; sed tanquam à formalitate intrinsecè constitutiua eius cōplacentiæ. Similiter ergo dici poterit, Deū eodem actu virtualiter indiuiso clarissimè percipere tanquā verum, Petrum esse extitum, ei que veritati assentiri propterea, quod hoc verū est: & tunc existētia futura Petri erit obiectū formale intentionaliter motiuū eius assensus, quia licet physica entitas eius existentiæ per se ipsam non aribuat esse tali assensu; tamen ab ea existentia, vt clare percepta, scilicet à cognitione clara illius habet suum esse constitutiue intrinsecè talis assensus.

19. Idem secundo cernere est, in assensu huius primi principij. Quodlibet est, vel nō est. Etenim non paucis probabilissimū est, sicut Angelos, eodē indiuiso actu clare percipere tanquam verum hoc obiectū, eidemq; propter sui veritatē assentiri. Cui rei poterit aptari doctrina præcedes. Tertio: idē indiuisibilis actus potest esse intentio finis, amorq; mediorū propter intentionē finem: & tunc finis erit obiectū, nō physicè motiuū per se ipsum; sed intentionaliter motiuū per seū intentionē ad mediorū amorem, qui suū esse habet formaliter intrinsecè ab ea intentione. Quarto idē appetat in discursu, quē vocari virtualem scilicet, quando codē indiuiso actu vni veritati propter aliā assentimur hoc modo. Quia omne animal rationale est homo, Petrusque est animal rationale, ideo est homo. Tunc enim veritas obiectua, propter quam iudicamus Petruū esse hominem, est obiectū formale intentionale assensus, quo iudicamus Petruū esse hominem: nam ab ea veritate, vt cognita per ipsum assensum habet esse formaliter intrinsecè ipse assensus. Deniq; ut utar exēplo Recētioribus acutis familiariter, quando destructa albedine, diuinitusque conseruata specie intuitua illius, iudicamus existere albedinem, quia eadem actu iudicij clarissime appetat verum, albedinem existere;

tere: tunc existentia apparenſ albedinis eſſet obiectum formale talis iudicij, non physice mouens, quia non mouet physice, quod physice non exiſtit; mouēs tamen intentionaliter, quia, ut apparenſ dat eſſe aſſensui, per quem existentiæ albedinis propter ipsam existentiam albedinis aſſentimur.

20 Vbi notandum eſt: cum ſint omnino idem reiſa, & ex parte obiecti, Deum cognosce- re ſanctitatem in homine iusto, & in eodem propter iſipſius ſancti- tam complacere, certè Deum cōplacere in homine iusto pro- per iſipſius ſanctitatem (eadē pro- portione ratiocinandum eſt in reliquis exemplis adhibitis) non ſignificat, ſiue ſanctitatem per ſe iplam eſſe principium physicum eius complacentiæ, ſiue cogni- tionem ſanctitatis eſſe principiu- ciuſdem complacentiæ; ſed ſig- nificat ſpecialem modum ten- dendi in ſanctitatem: quatenus ea complacentia, ex modo, quo fertur in hominē iustum ratione ſanctitatis, indicat potius iplam complacentiam habere eſſe, ſiue cauſaliter, ſiue formaliter à cog- nitione, per quam appetet, ho- minem eſſe ſanctum; quām cō- uerſim eam cognitionem à cō- placentia. Obleruandum eſt ſe- cundo. In obiecto intentionaliter mouente diſtinguēdū eſſe, & id, quod mouet; & id per, quod exerget rationem mouendi, vel

dandi eſſe intentionaliter aſtui. Obiectum, quod cognoscitur, nempe veritas, aut bonitas cog- nita eſt id, quod mouet intentiona- liter; ratio autem cogniti, id eſt cognitionis, per quam cognof- citur, eſt, per quod intentionaliter mouet, id eſt, dat eſſe aſtui, qui terminatur ad obiectū ma- teriale propter tale obiectū mo- tiuum. Quod enim mouet Deū ad complacendum in homine iusto eſt ipsum hominem eſſe ſanctum: id autem, per quod eā ſanctitas mouet intentionaliter eſt ipsam cognosci à Deo, idē- que eſt talem complacentiam habere eſſe physice constitutiū modo explicato ab ea cognitione, ac habere eſſe intentionaliter à ſanctitate cognita.

CAP. III.

Soluuntur obiectiones contra con- clusiones p̄ecedentes.

§. PRIMVS.

Quæ militant pro creeturis, & personalitatibus diuinis.

21 **O**bijcies primò. Crea- turæ ſunt immedia- te cognoscibiles in ſe iplis, vt motuа formalia cognitionis: vt patet in ſcientia Christi per ſe infusa, & in ſcientia acquisita, quæ in eo diſtinguuntur à ſcientia beata, quod hæc immeiatē cog-

cognoscit Deum, & in ipso
creaturas; illæ verò scientia &c. g.
noscunt immediate in se ipsius
creaturas, ut obiecta formalia
motiva. Sed nullam arguit im-
perfectionem in scientia diuina
cognoscere immediate in se ip-
sis creaturas tanquam obiecta
formalia. Deo igitur conceden-
da est ea cognitio, cui nulla cog-
nitio nisi imperfecta neganda
est. Concessa maiore, respon-
deo, imperfectionem arguere
in scientia diuina, creaturas esse
motuum physicum ipsius: ha-
beret enim scientia diuina physi-
ca a creaturis suum esse, quo vi-
lesceret diuina notitia. Non au-
tem imperfectionem arguit in
scientia Dei, creaturas esse mo-
tiva intentionalia. Ideo primum
negamus; secundum concedi-
mus. Videatur cap. 3.

22 Obijcies secundò. Diu-
na omnipotentia sine imperfe-
ctione respicit immediate crea-
tures. Nam immediatè respi-
cit, quod producere potest, so-
laque creaturas potest produ-
cere: ergo cognitio diuina sive
imperfectione respicit im-
mediate creatures. Respondeo,
diuinam omnipotentiam respi-
cere immediatè creatures tan-
quam terminum producibilem;
non tanquam rem, ex qua ha-
bet suum esse. Vnde similiter di-
uina cognitio respicit immediata-
te creatures tanquam obiectum
terminatum, ad quod propriè-

secundum ipsum esse creatum ter-
minatur, & tanquam intentiona-
liter motiuū, non tamen tanquam
physicè motiuū, ad quod requiri-
tur, quod physicè ex ipso ha-
beat esse diuina cognitio.

23 Obijcies tertio. Si creaturæ
nō essent ex se cognoscibiles, nō
cognosceretur à Deo: ergo ideo
cognoscitur, quia sunt de se cog-
noscibiles: ergo ratio propter
quā cognoscitur à Deo est cog-
noscibilitas ipsarū: ergo talis cog-
noscibilitas est motuum cogni-
tionis diuinæ: quia motiuū est il-
lud, quod se tenet ex parte cibie-
di cogniti tanquam ratio ut existat
cognitio. Ad huius antecedente,
nege consequētiam, accepto ly
qua in vi causalitatis physicæ, nō
verò in vi rationis intentionalitè
mouentis. Est enim mala conse-
quentia à conditionali ad causa-
lem. Nam, ut alia exempla pre-
teream, hæc conditionalis est ve-
ritatisima. * Si non existeret ter-
minus, non existeret productio
termini. * Et tamen, non inde
infertur ista causalis. * Quia exi-
stit terminus existit eius produ-
ctio. * Non enim existentia ter-
mini est causa physica suæ pro-
ductionis. Sicut ergo ex eo quod
sit verum, deficiente termino,
defecturam productionem ter-
mini, non infertur terminū eis
rationem suæ productionis tan-
quam physicè tribuētem, esse suæ
productioni; ita ex eo quod sit
verum deficiente propria cog-
noſ-

noscibilitate creaturæ; defectu-
ram cognitionem diuinam ter-
minatam ad creaturam, non in-
fertur, eam cognoscibilitatem
esse rationem physicè tribuentē
esse cognitioni diuinæ, prout re-
quiritur ad obiectū physicè mo-
tuum ipsius.

24 Obiecties quartò. Plures
creatüræ sunt connexæ necessa-
riæ cum alijs, vt cause necessariæ
proximæ dispositæ ad operandū
connectantur necessario cum o-
peratione sua: modi cum rebus,
quas modificant, & vniuersim
omnia exercitia actualia cum
virtutibus, quarū exercitia sunt.
Ergo plures creatüræ sunt obie-
cta motiuæ cognitionis diuinæ.
Consequētia probatur: quia
creatüræ necessario connexæ
cum alijs non possunt non de-
terminare intellectum diuinum
ad cognitionē illarum, cum qui-
bus connectūtur. Nam alioquin
Deus imperfectè penetraret cō-
nexiōnē. Obiectum autē deter-
minans intellectū diuinū ad cog-
nitionē alterius, est obiectū mo-
tiūs ad cognitionē hui⁹ alterius.
¶ Cōcessō antecedētē, distinguo
cōsequens: obiecta motiuā inten-
tionalia concedo consequentiā,
physica, nego. Ex eo enim, quod
Deus propter aliquas creaturas
cognitas, vt cōexas cū alijs, ne-
queat non esse determinatus ad
alientiendū istis alijs, non aliud
infertur, quam illas esse motiuū
intentionalē alientiendi illis.

25 Obiecties quintō. Sufficit ad
obiectum physicè motiuū, ha-
bere cognitionē suum esse, si nō
abillo, saltem ab ipsius specie: ut
constat in obiectis motiuīs cog-
nitionis Angelicæ non ortæ ab
ipsis obiectis; sed ab speciebus
inditis à Deo. At diuina cognitio
suū esse habet ab specie creatura-
rū. Nam essentia diuina est quo-
dam eminentissimo modo spe-
cies creaturarū, diuinaque cog-
nitio habet suum esse ab essentia
Dei: ergo creatüræ sunt obie-
ctum physicè motiuū scientiæ
Dei. ¶ Respōde o primō. Supra
diximus, essentiam diuinam, nō
esse speciē obiectorū, quæ cog-
noscutur à Deo. Secundō: Quā-
do neque obiectū per se ipsum
immediatè tribuit esse cog-
nitioni, neq; etiā remotè per ipe-
ciem, quam producat, & ad po-
tentiam mittat, nō est obiectū
physicè mouens, quia nihil phy-
sicè præstat circa cognitionem,
vnde, si sit motiuū, erit præ-
cisē intentionaliter in motiuū,
& quia creatüræ, neque proximū,
neque remotū influxū phy-
sicū exercent circa diuinā
cognitionem, ideo solum mo-
uent intentionaliter: idenque
dicendum de obiectis cognitiō-
nis Angelicæ, quando cognitio
fit sine vlo physico influxu ip-
orum; sicut que fit speciebus
inditis à Deo.

26 Omissis aliquibus argumē-
tis Recentiorū, quibus non am-
plius

plus probatur, quam obiecta, quæ neque per influxum, neque per identitatem tribuunt esse cognitioni diuinæ, esse obiecta intentionaliter motu cognitionis. Obiectus sexto ex ipsius difficultate, relationes diuinæ esse obiectum physicè motiuū cognitionis diuinæ necessariæ, ut distinctæ virtualiter ab ipsis, quanvis ea cognitionis, ut sic sumpta, non habeat suum esse à relationibus. Primo: Nam alioquin, non magis, quam creaturæ essent termini formales, & immediati sciætia diuinæ. Secundo: Tametsi cognitiones creatæ sint à suo obiecto motu, diuina tamen cognitionis quæ, ut incausa respicit suum motiuū, præcontinebit omnes formalitates eius, licet ab eo non procedat. Tertio: Quia non est cur tamen exacte petatur causatio ab obiecto, ut compensari nequeat per huius idætitatem realem cum cognoscente: cum strictius communicet esse identitas, quam principatio. ¶ Quarto. Iuxta plures, obiectum solum cōcurrerit determinatiæ ex præcisa vniōne cum intelligentiæ. At relatio vnitissima est per identitatem intellectui diuino: ergo cū in se relatio sit vera, & determinata entitas, ratione sui latere non poterit intellectum infinitum, quolibet alio præciso. Cur enim non dabimus infinitæ sciætia per se extendi ad quodlibet verum, quod in se sit tale, ut ita

scientia Dei præcontineat intentionaliter directe res onines per modum representationis formalis, sicut eius essentia præcontinet physice: Quinto: Si negetur relationes in se immediate cognoscibiles, esto sint actu existentes, & summè veræ, quia sciætia diuina nō est ab ipsis, sicut creata est ab obiecto, difficile impugnabitur, qui neget Deū se, & suā essentiæ cognoscere propriè, quia sciætia diuina non est ab essentia Dei, ut à principio, sicut creata paritur à suo obiecto. Sexto: Obiectū distinguitur à sciætia creata; & non erit necesse obiectū distinguiri à sciætia diuina: ergo licet obiectū physicè motiuū sciætia creatæ tribuat huic esse; necesse non erit obiectū physicè motiuū sciætia diuinæ tribuere esse sciætia diuinæ.

27 Huic argumento negamus, quod probandum assumit. Ad primam probationem respondeo. Posunt dici relationes diuinæ immediatus cognitæ, quam creaturæ ex motiuo physico diuinæ cognitionis, quia motiuū physicū diuinæ cognitionis sunt prædicata essentialia Dei, cum quibus strictius coniunguntur relationes diuinæ, quam creaturæ, scilicet illæ per identitatem realem; & istæ per participationem. Ad secundam. Quemadmodum scientia diuina, licet incausa, ut habeat motiuū intentionale, debet habere ra-

tionem obiectuam, quæ per suum esse intentionale tribuat esse scientiæ, quippe hoc est de ratione essentiali motui intentionali; ita ea scientia incausata, ut habeat inotium physicum, necesse est habeat rationem obiectuam, quæ per suum esse physicum tribuat esse scientiæ, quia, seclusa hac ratione, stare nequit conceptus essentialis motui physici, ut condistincti à motu intentionali. Ad tertiam. Ea causatio compensatur abundè per identitatem realē personalitatim cum cognoscente, si non loqueremur de cognitione, & cognoscente secundum rationes virtualiter distinctas à personalitatibus præscindentes ab identitate reali cū ipsis: id quia præcisione cognoscens, & cognitione neq; imbibunt, neq; excludunt identitatē cum personalitatibus; sed ab illa præcindunt.

28 Ad quartam similiter dicendum. In præcisione, in qua loquimur, sumentes præcisē diuum cognoscens, & cognitionem secundum formalitates virtualiter distinctas à relationibus, non inuoluitur realis identitas relationū cum cognitione, aut cognoscente; sed ab ea identitate præscinditur. Et quidem, si cut essentia diuina continet physicè omne ens per vim faciendi ipsum realiter præsens, aut existens in rerum natura; sic intel-

lectus diuinus continet intentionaliter omne verum per vim constituendi ipsam intentionaliter præsens in mente diuina. Ego autem non percipio, quod ultra hoc spectet ad perfectionem diuinam vel possibile sit, ita continere intentionaliter omnem verum, ut quodlibet esse possit non solum motuum intentionale; sed etiam physicum diuinæ notitiae. ¶ Ad quintam negatur allumptum. Quia licet relationes, eo quod physicè non tribuant esse diuinæ cognitioni deficiat à conceptu proprio motui physici; non tamen cognitione diuinæ essentia, ut à principio, cadet à conceptu proprio cognitionis. Tum quia etiā in creatis plures cognitiones se ipsas cognoscunt, vt attigimus disp. 2. num. 24. Tum quia iuxta ipsos argentes, omnis intellectio est cognitione sui ipsius, & lux, per quam ipsa manifestat se ipsam. Tum quia, esse cognitionem, non est aliud, quam esse id, quo formaliter manifestatur aliquid alicui, in quo conceptu non includitur, quod res manifestata sit principium manifestationis. Ad sextam. Adhuc in creatis non est de ratione cogniti distingui à cognitione, vt nuper dicebam: immo neque de ratione motui physici est in creatis distinguere à cognitione, cuius est motuum physicum. Nam cognitione

se per se ipsam experiens, vt existentem, est motuum physicum huius ipsius experimenti identificati cum ipsa, vt constat ex dictis in hac disp. de motu physico. At de ratione motui physici est tribuere physicè esse cognitioni, quia per hoc præcisè distinguitur a motuo intentionaliter tribuente intentionaliter esse cognitioni.

29. Obijcies septimò. Obiectum physice motuum scientiæ necessaria Dei debet esse perfectissimum. Nam scientia diuina necessaria habet esse vi motuum physici, nihilque diuinum potest habere esse nisi vi illius, quod perfectius in se est. At essentia diuina sine relationibus non est perfectissima; sed potius imperfecta, imò, & chymærica: ergo si ne personalitatibus non est obiectum motuum scientiæ diuinæ necessaria. ¶ Respondeo. Essentia diuina sine personalitatibus est imperfecta, & chymærica, si ly sine importet parentiam realem personalitatum, sc̄cū, si solum importet distinctionem virtualem intrinsecam à personalitatibus, & non inclusionem illarum in formalitate obiectua essentiæ, vt distinctæ virtualiter ab ipsis. Est dicere. Chymærica est essentia diuina realiter carent personalitatibus, vt patet. Non autem est chymærica; sed perfectissima essentia diuina secundum suam formalitatem

obiectiuam distincta virtualiter à personalitatibus, vel quia, vt sic distincta importat formaliter omnem perfectionem entitatiuam personalitatum, vt plures volunt; vel quia talem perfectionem importat eminentissimo quodam modo exigens infundibiliter identitatem realem cum ipsis, iuxta varias opiniones, de quibus in tract. de Trinitate. Quam obrem, licet essentia diuina, non quidem, vt personalitatibus carens, sed, vt distincta virtualiter ab illis sit motuum physicū diuinæ cognitionis, tale motuum est perfectissimum.

30. Obijcies octauo. Scientia diuina non præscindit inter formalitates identificatas realiter; sed unico, & simplicissimo intuitu cunctas attingit: ergo essentia Dei, & personalitates diuinæ identificatae cum ipsa, æqualiter attinguntur à scientia Dei: ergo si essentia est obiectum formale physicè motuum scientiæ diuinæ, etiam personalitates erunt motuum physicum. Confirmatur primò. Essentia diuina, & personalitates sunt in eodem gradu immaterialitatis: nam æqualiter materiam, & imperfectionem excludunt: ergo sunt in eodem gradu intelligibilitatis, quia intelligibilitas sequitur immaterialitatem: ergo sicut essentia diuina habet intelligibilitatem physice mo-

uentem Deum ad intellectionem necessariam; ita etiam personalitas. Secundo: Nam, ut dicitur tractatu de Trinitate, prædicta, in quibus essentia, & personalitates non opponuntur, conueniunt eodem modo utrisque. At conueniant in prædicto intelligibiliū: ergo intelligibilitas conuenit eodem modo essentiæ, & personalitatibus, & consequenter, si essentiæ conuenit intelligibilitas physice motiuā, etiam personalitatibus. Tertio: Personalitates diuinæ, ut distinctæ virtualiter ab essentiis important infinitam perfectionem: ergo non sunt obiecta materialia, & secundaria cognitionis diuina; sed primaria, & formalia: sicut essentia diuina est obiectum primarium, & formale iure infinitatis.

31 Ad argumentum respondeo. Essentia diuina, & personalitates æqualiter terminant eundem individuum intuitum scientiæ necessarie exprimenti omnia clarissime. Hoc fatus est, ut scientia diuina non præcincta in cognitione essentiam, & personalitates. Tamen cum hoc sit diuersa prædicta essentiæ; ac personalitatibus contenire. Illi, communem esse toti Trinitati; securis his, pluraque alia. Quam obrem cum ea æqualiter terminandi scientiam Dei necessariam stabit, essentiam diuinam, etiam

in ordine virtuali, constitutuam esse cognitionis necessariæ, secus personalitates; & consequenter illam, & non istas tribuere esse constitutiæ tali cognitioni, ideoque illam; & non istas esse in ordine virtuali motiuū physicum eius cognitionis. ¶ Ad primam confirmationem respondeo. Ex æquali immaterialitate, realique perfectione essentiæ, & personalitatum, bene infertur, essentiam, & personalitates in ordine identico, & reali habere intelligibilitatem passiuam, & intellectuallitatem actiuam equaliter perellas: sicut autem inde non sit in ordine virtuali constitui intrinsecè cognitionem diuinam necessariam ex personalitatibus, sicut ex essentia; ita non sit, illas esse sicut essentiam, motiuū physicum in ordine virtuali.

32 Ad secundam confirmationem respondeo, essentiam, & personalitates non opponi in ratione intelligibiliū; sed potius conuenire in eo, quod sint capaces, ut intelligantur. At si. cut inde non infertur, ita conuenire, ut in ordine virtuali cognitione necessaria constituantur intrinsecè ex personalitatibus, sicut ex diuina essentia; ita non infertur personalitates esse motiuū physicum eius cognitionis in ordine virtuali, sicut essentiam diuinam. Ad tertiam confirmationem. Sicut personalita-

tes non distinguuntur realiter simpliciter ab essentia Dei ; sed tamen, cum idētate reali sim- pliter , componunt distinctionem virtualem ; ita realiter sim- pliciter non sunt obiectum se- cundarium , & purè materiale, vel solum intentionaliter for- male ; sed in hoc ordine reali, & identico sunt motuum for- male physicum, quippè identi- fificantur cuius essentia Dei, quan- vis in ordine virtuali non sint obiectum primarium physicè motuum. Neque obest infini- ta perfectio illarum , vt virtua- liter distinctarum ab essentia (quidquid sit de hoc) sicut enim ita essentia , & personalitates infinitæ sunt , vt illa non solo titulo infinitatis constituant se ip- sam intrinsecè in ordine virtuali , in quo ordine personalitates, licet infinitæ non constituunt ipsam ; sed quia in ordine vir- tuali essentia cum essentia est idem ; & non est idem in eo or- dine cum personalitatibus ; ita essentia , non præcise iure infi- nitatis est in ordine virtuali mo- tium physicum scientiæ neces- sariæ ; sed quia simul in ordi- ne virtuali constituit ip- sam intrinsecè ; & nō sic persona- litates.

§. SECUNDVS.

*Reliquorum argumentorum
solutio.*

33. **O**bijcies nono. Ex no- stris principijs sequi- videtur, omnipotentiam, verbi gratia , & alia prædicata diuina connexa cum possibilitate crea- turarum non esse motiuū physi- cum assensus , quo Deus propter suam omnipotentiam assen- titur possibilitati creaturarum, si loquamur de eo assensu forma- liter secundum suum concep- tum sumpto. Probatur seque- la. Nam per nos , si loquamur in ordine virtuali reali , motiuū physicum assensus diuini est præcise illud , quo diuinus assensus constituitur intrinsecè in eo ordine : ergo , si loquamur in ordine formalis rationis , motiuū physicum assensus diuini erit præcise illud , quo diuinus assensus constituitur intrinsecè in eo ordine. At assensus diui- nus , quo Deus propter suam omnipotentiam assentitur possibilitati creaturarum non con- stituitur formaliter ratione 10- itra ex omnipotencia: quia con- ceptus definitius eius assensus non attingit directè ; sed incirc- ete omnipotentiam : ergo hac non est motiuū physicum eius assensus accepti formaliter ra- tione nostra.

34 Respondeo, prædictum assensum diuinum, posse accipi formaliter ratione nostra sub diversis considerationibus: & sub una consideratione erit omnipotentia motuum illius præcisè intentionale; sub alia vero motuum etiam physicum. Si enim prædictus assensus accipiatur præcisè secundum hanc considerationem: *Iudico creaturas esse possibiles, quia sum omnipotens,* talis assensus, sub hac consideratione, explicat præcisè, omnipotentiam esse motuum intentionale assentiendi. At, si prædictus assensus accipiatur sub hac alia consideratione. *Iudicio etiam virtualiter identificato cum omnipotentia iudico creaturas esse possibiles, quia sum omnipotens,* talis assensus sub hac consideratione explicat omnipotentiam, ut motuum physicum ipsius, quia sub ea consideratione explicatur, omnipotentiam constitutere per idætitatem talem assensum, idque est, quod supra requirata ad motuum intentionale pertinet ad motuum physicum.

35 Sed urgebis: ergo sicut omnipotentia est motuum physicum prædicti assensus; ita etiam relationes diuinæ erunt motuum physicum scientiaræ necessariæ essentialis, quantumuis acceptæ in ordine virtuali, quod nostris assertis contradicit. Probatuſ consequentia. Nam eiusmodi scientia, si non sumatur præ-

cisè secundum suam formalitatem obiectivâ; sed quatenus realiter identificata cum personalitatibus constituitur ex ipsis personalitatibus. Respondeo, hanc instantiam contra nos non esse, qui solū tueri, personalitates, non esse motiuū physicum eius scientiaræ suæ nuptæ præcisè secundum suam formalitatē obiectiuā cōdistinctā virtualiter intrinsecè à personalitatibus, quāvis istæ sint motiuū physicum eius scientiaræ, sumptæ, ut sic loquar in tota sua reali amplitudine. Vnde prædicta scientia se continens intra terminos sui ordinis virtualis, distinctionisque virtualis à personalitatibus, & non transiliens ad ordinem realis identitatis cum ipsis, nullatenus ipsas habet promotiuo physico. In casu autem argumenti principalis, ille assensus etiā sumptus intra terminos nostrorum cōceptuū formalium, licet non omniū, qui possunt terminari ad talem assensum, habet omnipotentiam pro physico motiuo. Sed hæc satis de argomento petito ex nostris cōsiderationibus, quia non est res magni momenti ad Theologiam realem; potius quam apparentem.

36 Obiectus decimò contra dicta de motiuo physico scientiaræ diuinæ cōtingentis. Obiectum formale physicè motuum eius scientiaræ, & scientiaræ necessariæ idem est omnibus modis. At, ut supra diximus, obiectum physicè moti-

motuum scientiæ necessariæ nō sunt prædicata cōtingentia Dei; sed sola necessaria: ergo hæc sola non illa sunt obiectum physi- cè motuum scientiæ cōtingen- tis. Major probatur. Quia se- cundum opinionem hæc tem- pestate plausibilem, & fortè veram, scientia contingens Dei nō importat perfectionem entita- tiuam vlo modo distinctam à perfectione scientiæ necessariæ: ergo cum perfectio entitatiuæ scientiæ necessariæ non sit physi- cè à prædicatis contingentibus Dei, neque ab illis physicè erit perfectio entitatiuæ scientiæ cō- tingentis: & cōsequenter ea præ- dicata non erunt motuum phy- sicum eius scientiæ. Nam à mo- tu physico scientiæ est perfe- ctio entitatiuæ ipsius.

37 Hoc argumento potius induceret, vt affererem, scientiæ contingentem Dei, non habere obiectum formale physicè; sed solùm intentionaliter motiuū, quam, vt concederem intentū arguentis. Nam, quæ supra posui, mihi efficaciter probant, nō posse sola prædicata contingentia Dei esse obiectum formale physicè motuum scientiæ contingentis. Respondeo tamen ad argumentum, negando maiorē. Ad probationem admitto nunc doctrinam, quam supponit, qua admisitā dicitur. Sicut in sci- entia, contingentē distinguere est, & perfectionem entitatiuā ne-

cessariam, quam habet ratione prædicatorum essentialium ei, & terminationem contingentē ad obiecta, quam habet coniunctam cum ea perfectione entita- tiuā; ita in prædicatis contingē- tibus Dei physicè mouentibus ad eam scientiam, considerare est, & perfectionem entitatiuā, quam habet ex prædicatis es- sentialibus Dei; & formalitatem contingentem, quam habent, vt virtualiter intrinsecè distincta à prædicatis necessarijs es- sentialibus Dei. Prædicata contingentia, idèò sunt obiectum forma- le physicè motiuū scientiæ contingentis, quia secunduni, quod dicunt perfectionem en- titatiuam constituunt intrinsecè perfectionem entitatiuam scientiæ contingentis; & secundū quod dicunt formalitatē contingentem constituunt intrinsecè terminatiōnem contin- gentem scientiæ. Quid igitur amplius ad obiectum formale physicum scientiæ contingentis desiderari potest, suppositis alijs conditionibus requisitis ad ob- jectum formale, quam sci- entiam ea proportione, qua est, esse ab obiecto motiuo: secundum perfectionem entitatiuam à perfectione entitatiuā, & secundum formalitatem contingentem à formalitate contin- gente?

38 Obijcies vndecimò. Deus ex conceptu suo repugnat omni im-

imperfectioni: ergo essentia diuina vi sua præcise excludit omnem imperfectionem: ergo vi sua præcise excludit ignorantiam veritatis contingentis. At exclusio talis ignorantiae stat in cognitione veritatis contingentis: ergo essentia diuina vi sua præcise ponit cognitionem veritatis contingentis. Cum igitur illud obiectum sit motiuū physicum cognitionis, vi cuius (suppositis alijs conditionibus requiritis ad obiectum formale) existit scientia, consequens est essentiam diuinam præcise simpliciter obiectum formale physicè mortuum scientiæ contingat. ¶ Hoc argumentū aequatione laborat. Nam in uno sensu est verum, essentiam diuinam, vi sua præcise excludere à se ipsa omnem imperfectionē; & in alio est falsum. Verum est, si denotetur per ly præcise essentiam diuinam, ut a quolibet alio præcisam sufficienter excludere illatiū omnem imperfectionem ex suppositione, quod sit imperfectio, quia ex hac suppositione, sufficiens medium est essentia diuina, quæ ex sua ratione essentiali necessitata est ad summam perfectionem, ut inferatur excludi ab ipsa omnem imperfectionem: cumque posita veritate contingente, ignorare illam sit imperfectio, sufficienter, ex ea positione, diuīla essentia infert exclusam esse

ab ipsa talem ignorantiam. Falsum est, si per ly præcise denotetur, sola formalitate essentiæ diuine, nullaque alia excludi imperfectionem. Nam, cum posita veritate contingente, ignorantia illius, quæ esset imperfectio, excludatur per terminacionem intellectus diuini ad talen veritatem, eaque terminatio sit formalitas, saltem virtualiter distincta ab essentia diuina, manifestum est, non sola essentia diuina illatiū; sed alia etiam formalitate excludi formaliter eam imperfectionem. Ideo autem formalitates contingentes connexæ essentialiter cum veritate contingente, & intrinsecè constituentes terminacionem intellectus diuini ad eam veritatem, sunt obiectum formale motiuū eius terminacionis, potius quam essentia Dei ideoq[ue] simpræ, quia hæc non est connexa cum veritate contingente, sicut cum ea veritate connexæ sunt formalitates contingentes, qib[us] rationem motiuū tribuimus, & conseq[ue]nter non possunt obiectuē persuadere talem veritatem prout requiritur ad motiuū præbendi assentum ipsi.

39. Obiectus ultimò. Obiectum materiale terminativum prout præcisè est materiale terminativum distinguitur ab obiecto intentionaliter motuo, qua tali. Nullum autem discrimen

men est in nostris principijs. Nam quando Deus cognoscit Petrum existere, existentia Petri, et si praeceps sumatur, ut obiectum terminatum, duo habet, & cognosci; & secundum esse cognitum, id est, secundum sui cognitionem, constituere intrinsecus per identitatem cognitionem sui. At nihil aliud habet obiectum intentionaliter motiuum: ergo inter haec obiecta non est discri men. Respondeo, certum mihi esse, non esse necessarium, quod obiectum motiuum assensus, & obiectum terminatum distinguatur ex parte rei. Nam eadem existentia albedinis, cui assentimur per assensum intuituum, est obiectum terminatum, & motiuam eius assensus. Ceterum, quando Deus, vel creatura sic assentuntur: Assentior existentiae albedinis, quia ipsa revera existit, certe existentia albedinis est ex diversa ratione formalis obiectum terminatum, & intentionale motiuum. Terminatum, praeceps quatenus est quid cognitum. Motiuum intentionale quatecum propter ipsum talis, vel tali claritate apprehensionis, mens ipsi assentitur, siue per assensum identificatum cum ea apprehensione; siue per distinctum ab illa. Mente autem assentiri propter ipsum talis, vel tali claritate perceptum, consistit in mo-

do tendendi, quem assignauimus num. 20.

DISPUT. IV.

De cognitione, qua Deus cognoscit se ipsum in se, & in suis praedicatis.

Postquam egimus de cognitione diuina in communione, consequens est comparare illam singulariter cum suis obiectis. Et primo, eam Deo, qui omnium obiectum primum, & praecipuum est.

CAPVT I.

Deus cognoscit se ipsum, integrè, & necessario.

Verum explicemus, quomodo Deus se ipsum cognoscat, & in aliquibus suis praedicatis cognoscatur, sciendum est, duplex esse medium cognoscendi. Aliud representationis, & similitudinis. Aliud confectionis, demonstrationis, & determinationis. Medium representationis voco illud instar cuius, ad cuius similitudinem, vel per cuius species cognoscitur aliud. Ratione cuius medij cognitio, per quam Angelum cognoscimus est mediata. Non apparet enim illam instar pulcherrimi iuuenis. Mediata etiam est

cū cognitione intellectus attingētis Deum pro hoc statu, quippe Deum non cōspicimus facie ad faciem; sed per speculū in ænigmate, vt ait Paul. in 1. Corint. 13. vbi attestantib[us] Chrisost. Theodoret. Anselmo, Theophilact. Echumen. & alijs Patribus in eum locum. Paulus comparat cognitionem mediatam viæ attingentem Deum instar creaturarum cognitioni patriæ, quā Deum intuebimur immedia-
tē, vt est in se. ¶ Medium connexionis, demonstrationis, & determinationis voco illud, quod perfectè cognitū monstrat obiectuē aliud obiectum intellectui, quem determinat ad cognoscendum hoc aliud ratione connexionis, vel respectus, quē ad illud dicit. Hac ratione cognitio, per quam cognoscimus Deum, cognitis creaturis, vt cōnexus cum ipso, est mediata per medium connexionis, quia creaturæ, si perfectè cognoscantur, vt cōnnexæ cum Deo determinant, ratione connexionis perfectæ cognitæ, ad cognitionem Dei.

2. Dixi, ratione connexionis, vel respectus: quia intellectus, nō solū determinatur ad cognoscendum obiectum, cognito alio obiecto, vt connexo cum ipso; sed etiam, vt relato ad ipsum citra connexionem cum illo, vt optimè notat P. Fasol 1. p. q. 12. art. 8. dubit. 12. num. 68.

Sic apprehēsio, per quam attin-
gis, cursum Petri, vt existentem, connexa non est cum existentia cursus, quippe dari potest absque existentia cursus; tamen ea apprehensio perfectè cognita de-
terminat intellectum, vt cognoscat existentiam cursus, ad quam illa tanquam ad objectum refertur. Hoc medium conne-
xionis, vel respectus dici solet à Theologis medium, in quo præ-
cognitio cognoscitur aliud, quod non est ita intelligendum, quasi non cognoscantur simul eadem cognitione medium, vt conne-
xum cum alio, & hoc aliud. Nam vt poslea dicemus, per cognitionem unius in alio cog-
noscitur utrumque simul eadē cognitione; sed quia cognitio u-
nius extremi, vt connexi cum alio frequenter est apta, vt ex illa sequatur, per discursum iudiciū de hoc alio.

3. Hinc in ordine ad medium connexionis, & demonstratio-
nis, triplex obiecti cognitio di-
fingui solet. Alia dicitur *in me-
dio*; alia *prōpter medium*, & alia
ex medio. Cognoscitur obiectū in medio connexionis, quando cognito medio connexionis, ra-
tione talis connexionis cognoscitur indirectè prædictum obie-
ctum, quod est terminus eius connexionis: sic quando dicas:
Creatura est incapax existendi sine Deo, cognoscis indirectè, & in obliquo Deū ratione creaturæ,
quam

quam eadē cognitione nouisti, ut cōnexam cu[m] Deo. Cognoscitur obiectum propriū mediū habens connexionem cum ipso, quando cognoscitur directè obiectum ratione alterius apparentis ut connexi cum ipso: ut quādo credimus incarnationē Verbi ratione diuīi testimonij apparentis ut connexi cum incarnatione, quam Deus testificatur. Quod si eodem actu, & directè assētiaris vni obiecto prop̄ tet aliud, & hoc aliud apparet, vt connexum cum illo, hic modus cognoscendi dici solet discursus, nō ex parte actuum, quia non datur cursus mentis ex uno actu ad alium; sed ex parte obiectorum, quia veritas apparen[s] ex parte vnius obiecti est ratio assentiendi directe alteri. Velerū dici solet discursus virtualis ex parte actus, quia sine pluralitate actuum, in vno actu præbet mēs aslēnsim vni veritati propter alteram, ac si ab una veritate cognita uno actu curreret ad cognoscendam alterā alio actu.

Cognoscitur obiectū ex medio, quando tale obiectum directe cognoscitur per cognitionem deductam ex alia cognitione mediū connexi cum tali obiecto. Hoc accidit quando sic ratiocinamur *

Exilente extremo conexo cum existentia alterius, etiam hoc alterum existit. At existit creatura connexa cum existentia Dei: ergo existit

Deus * Vides, conclusionem formalem attingere directe existentiam Dei, esseque cognitionem deductam ex præijs cognitionibus medijs connexi cum existentia Dei. Eam igitur cognitionem vocamus cognitionē Dei ex medio. Hanc doctrinam, me quidem iudice notauit egregie de more suo D. Thom. hic art. 7. in corp.

4 Iam verò, ut docebā dispræterita, bifariam potest obiectum connexum cum alio determinare mentem, vt cognoscat hoc aliud. Primo, physiscē motuē. Secundō, motuē intentionaliter. Primum accidit, quādo obiectum connexum cum alio præstat, vel per influxū physicū; vel per constitutionem metaphysicam identitatis, quod mens cognoscat hoc aliud obiectum. Suppono semper conditiones alias requisitas ad obiectum motuum. Secundū cœnit, quando obiectum connexū cum alio, quia sic cōnexum apparet, præstat, quod hoc aliud cognoscatur, vel per influxum eius apparentiæ in talem cognitionem, vel per identitatē eiusdem apparentiæ cum prædicta cognitione, vt loco cit. explicui-mus. Vnde fit primò, cognitionem dici posse immediatam rei in se: primò, quia excludit mediū similitudinis instar cuius cogno-scatur. Secundò, quia excludit medium connexionis, quod

quod physicè moueat ad talem cognitionem. Tertio, quia excludit etiam medium, quod intentionaliter moueat. Fit secundo, totidem modis contrarijs, posse cognitionem dici medium. Explicemus iam, Deum se cognoscere, & modos, quibus se cognoscit.

5 Dico primò. Deus cognoscit se ipsum. Probatur primo conclusio ex sacra Scriptura. Matthæi 11. *Nemo nouit Filium nisi Pater, & Patrem, quis nouit nisi Filius, &c.* 1. Corinth. 2. *Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei.* Ad Hebr. 4. *Omnia nuda sunt, & aperta oculis eius.* Secundò rationibus. Tum quia Deus non est imperfectus, ut esset, si obiectum omnium optimum, nempè se ipsum ignoraret. Tum quia imperfectio esset non amare optimum infinitè amore dignum, cuiusmodi est ipse Deus. Quomodo autem se amet, si se ignoret? Tum quia Deus, ut potè beatus, possidet se ipsum felicissimo modo, nempè possessione iucundissimam complacentiam afferente. Si autem se ipsum ignoret, non poterit in se ipso placere. Tum, quia si Deus non se cognoscet, nihil cognoscet perfectè. Nam omnia cognoscibilia sunt essentialiter conexa cum Deo, nihilque essentialiter connexum cum Deo potest perfectè cognosci, ignoto

Deo. Vnde optimè Arist. 12. metaph. text. 51. Manifestū est, quod Deus illud intelligit, quod diuinissimum, & honorabilissimum est.

5 Obijcies. Quidquid cognoscitur à Deo est obiectū cognitionis diuinæ. At Deus non est obiectum cognitionis diuinæ: nam, quod obiectitur cognitioni distinguitur ab illa, Deusque nō distinguitur à cognitione diuina: ergo ipse Deus non cognoscitur à se ipso. Hanc objectionē, quam difficillimam, & grauissimam putat P. Herice, meritò censetur exigui momenti à P. Arriaga: solum enim haec et huic voci: *Obiectū.* Respondeo ergo cum hoc authore, si vox obiectū solum sit imposita ad significandam rem cognitam distinctam à cognitione, dicendū erit Deū esse cognitum cognitione diuina; non autē obiectū cognitionis diuinæ. Quod si vox obiectū significet quiaquid est cognitū per cognitionem, siue distinguatur ab illa; siue nō, Deus erit cognitus per cognitionē diuinam, huiusque obiectum. Quia verò in acceptione vocum standam est communi placito, communiterque Deus dicitur obiectum suæ cognitionis, absolute putandum est sub nomine obiecti caedere omne cognitū, siue distinctū à cognitione; siue non.

6 Urgebis. Cognitio est immago, & similitudo obiecti: ergo distincta ab obiecto: nihil enim est

est sui ipsius similitudo, & imago. Distinguo antecedens. Cognitio cuiuslibet obiecti, nego antecedens. Cognitio, quæ producitur, vel ab obiecto, vel ab alio vice obiecti ad repræsentandum obiectum, cōcedo antecedens. Nam in hoc ultimo stat esse imaginem, & similitudinem obiecti. Vnde cogitatio distincta est ab obiecto; cuius est similitudo, & imago; non ab omni obiecto cuius est cognitio. Nam, ut sit obiecti cognitio sufficit formaliter manifestare ipsū cognoscēti, potestque cognitio formaliter manifestare cognoscēti prædicata ipsa cognitionis, ut patet in cognitione, quæ dicat. * Omnis cognitio creata est producta à subiecto cognoscēte. * Quæ le ipsa formaliter manifestat cognoscenti, dicens de se, ipsam esse productam, &c. cuius signum est, quod falsa esset, si ipsa non esset à subiecto cognoscēte producta. Vide dicta dis. 2. n. 24.

7. Dico secundò. Deus cognoscit se ipsum necessariò necessitate metaphysica. Primo, quia metaphysicè repugnat Deum esse ignorantem, & nihil perfectè cognoscentem. At, ut constat ex num. 4. vtrumque Deo competenter, si non cognosceret se ipsum: ergo necessarium metaphysicè est se ipsum cognoscere. Secundò, necessarium est necessitate metaphysica Deum esse perfectissimum. At non esset felicit-

simus, si non sciret se, quia non se possideret modo, quo posset suū iucundiūm se ipso: ergo necessarium est metaphysica, Deum scire se ipsum. Tertio: nequit Deus, sive necessarium, siue liberè carere cognitione, et ergo nullo modo. Non quidem necessariò, propter argumentum, quibus num. 4 ostendimus, Deum se cognoscere: & quoniam alio quin Deus, ut poterit necessariò ignorans omnium optimum intelligibile, esset imperfeciissimum intellectuale. Non pro sua libertate. Nam ipsa libertas eligendi cognitione n̄ Dei, vel eius omissionem inuoluit cognitionem Dei: quippe inuoluit cognitionem cognitionis Dei, quam elegere potest, & ipsa cognitionis huius cognitionis est cognitionis Dei. Vnde, sī ea libertas sit libertas ad non cognoscendum Deum erit libertas ad impediendum se ipsam, ac proinde libertas repugnans. Nam esset coniungibilis cum impeditione sui, quod est impicatorum. Demum. Quia necessarium metaphysicè eit, dari in aiuinis Verbum Dei secundam Trinitatis personam. A hoc Verbum stare non potest sine cognitione, qua Deus se ipsum cognoscit, ex qua procedit ipsum Verbum; ergo metaphysicè necessarium eit, Deum se cognoscere.

8. Dico tertio. Deus se inteligit adēquare secundum se totum,

tum, & cognitione comprehensua. Prior pars probatur. Tum quia nihil ignorare potest: ergo nihil sui. Tum quia alioquin non se cognosceret perfecte: non enim cognoscit obiectum perfectè, qui non cognoscit quidquid realiter identificatur cum illo, omne autem, quod in Deo est, identificatur realiter cum Deo: ergo. Tum quia alioquin Deus non frueretur se ipso adæquatè: solum enim fruitur eo, quod cognoscit. Tum quia quodlibet diuinum, ut potè infinitum est infinite dignum amore: ergo amatur a Deo. Non potest autem omne diuinum amare, nisi omne diuinum cognoscatur: ergo cognoscit omne diuinum. Posterior pars probatur. Nam ut tract. de Vitione constat, nihil est, in quo stare posset comprehensio Dei, quod non conueniat cognitioni, qua Deus iste cognoscit. Si enim comprehensio Dei constat in cognitione attingente Deum, secundum opinionem, que habet formaliter, & eminenter, cum Deus se cognoscatur, cognitis his omnibus, patet se cognoscere comprehendere. Si autem comprehensio sit in eo, quod sit cognitione, & totius obedi formaliter, & eminenter; & cognitione principij tam perfecti in ratione intellectui, quam obiectum est perfectum in ratione intelligibilis, constat etiam cognitionem Dei esse comprehendendam.

nam, cum Deus qui intelligit, & Deus, qui intelligitur eisdem perfectionis sint. Iaem constat iuxta alios modos explicandi comprehensionem. Sufficit hoc tetigisse, de quo latè suo loco.

9 Obijcies pto. In Deo existit virtualis distinctio diuinæ essentiae à personalitatibus. At non cognoscit eus hanc distinctionem: ergo Deus non cognoscit quidquid in ipso est. Major supponit ex alibi dicendis. Minor probatur. Nam si Deus cognosceret essentiam, ut distinctam à personalitatibus, prætercederet illam à personalitatibus. Quæ enim maior præcisio, quæ cognoscere unum, ut distinctum ab alio? At Deus inter prædicata realiter identificata, cuiusmodi sunt essentia, & personalitates non præscindit; sed omnia complectitur uno simplicissimo intuitu: ergo non cognoscit essentiam, ut distinctam à personalitatibus. Secunda, quia si Deus cognosceret distinctionem virtutalem essentiae à paternitate, cognoscet essentiam communicari filio, & non communicari paternitatem, ac proinde sua mente partiretur essentiam, & paternitatem: ergo cum essentia, & paternitas sint in se ipsis omnino indissimilares, realiterque identificatae, cognoscit Deus has formalitates aliter, ac sunt in se, quod est absurdum dedecens Deum: illud autem sequi patet, quia

quia mente diuidere, quæ sunt ex parte rei indiuisa est cognoscere rem aliter ac est. Tandem, quia D. Bernardus lib. 5. de consideratione ante finem, solum concedit diuinis perfectionibus distinctionē per nostrum intellectum: ergo intellectus diuinus non cognoscit illas, ut distinctas.

10 Propterea Recentiores aliqui cum Capreolo in 1. distin. 8. q. 4. art. 3. negant Deum cognoscere distinctionem virtualem suorum prædicatorum. Sed verissimè alij affirmant cum P. Gillio lib. 2. tract. 6. cap. 18. qui profet adducit Henric. Herbeum, Gotsred. Durand. Molin. & alios. Ideo neganda est minor argumenti ex num. præced. Primo, quia probatum est efficaciter num. 8. nihil Deum ignorare ex ijs, quæ in ipso sunt. At in ipso datur identitas realis suarū formalitatum composita cum capacitate ipsarum, ut suscipiant prædicata contradictionia, & in hoc stat virtualis distinctio: ergo Deus non ignorat ipsam. Secundò. Quia Deus cognoscit mysterium Trinitatis. At non cognoscet ipsum incognita distinctio ne virtuali: ergo hanc cognoscit. Minor probatur: quia cum in eo sit distinctio virtualis, quod formalitatibus realiter identificatis conueniant prædicata contradictionia, hoc non cognoscitur, ubi ignoratur virtualis distinctio: ergo incognita distin-

ctione virtuali, non cognoscitur essentiam, & personalitates identificari; & tamen essentiam esse communem omnibus personis, & tres personalitates non esse communes omnibus personis. At hoc est ignorare mysterium Trinitatis: ergo ignoratur hoc mysterium, ignorata distinctione virtuali. Tertiò, quia tantum abest ignoratio distinctionis virtualis ab eo, quod sit necessaria ad cognoscendum Deum sicut est; ut potius ad hoc ipsum nescie sit illa scire. Nam cum essentia Dei re ipsa conueniat comunicari filio, & hoc ipsum non conueniat paternitati, non obstante identitate reali ipsius cum essentia, certè necessè est, cognoscere sic se habere has formalitates, ut cognoscatur sicut re ipsa sunt. At sic se habere non est aliud quam virtualiter distingui: ergo cognoscenda est hec distinctio, ut cognoscatur Deus ut in se est.

11 Ad probationes in contrarium factas num. 9. promptum est respondere. Ad primam probationem minoris negatione dicatur, præcisionem formalitatum, quæ identificantur realiter, esse duplē, aliam in cognitione, quæ sit in attingentia unius formalitatis, incognita alia identificata cum ipsa. Præcilio haec procul est à Deo, cui patentissimum est quodvis obiectum secundum omnia, quæ

illud habet: aliam in attributione prædicatorum, quæ stat in eo, quod mens vni ex illis formalitatibus tribuat prædicatum, quod non tribuit alteri. Hæc præcilio (caue dissidium de nomine præcisionis) conuenit Deo respectu formalitatum, quæ cum reali simpliciter idētitate componunt distinctionem virtualem intrinsecam, nempè suscepionem prædicatorum contradicentiū. Hæc enim præcilio tam abest ab imperfectione, ut potius omnino sit requisita ad percipiendum obiectum sicut est in se. ¶ Ad secundam probationē respondeo concessio antecedente, & insuper concedo, diuinam mentem partiri essentiam à paternitate partitione attribuendi essentia prædicatum communicationis; & non attribuendi paternitati. Iam verò essentia, & paternitas sunt in se realiter imparitæ, & indiuisæ; non tamen indiuisione excludente conuenire essentia communicationē; & nō conuenire paternitati; sed potius indiuisione componente secum, sic se habere paternitatem, & essentiam: vnde illa partitione mentalis non est cōtra; sed iuxta cognitionem obiecti, ut est in se. Ad tertiam ex D. Bernardo respondeo, mentem sanctissimi, suauissimi, subtilissimique Doctoris esse, solo intellectu nostro distinguī perfectiones diuinās distinctionē intelli-

gendi ipsas instar rerum simpli- citer distinctarum. sicut sollemus concipere sp̄itum instar corporis. Deus enim non ita concipit suas perfectiones, sed sim- pliciter, vt omnino idem, quan- uis non ignorata distinctione se- cundum quid, ac virtuali, quæ inter alias datur.

CAP. II.

Duplex expeditur obiectio.

12. **O**bijcies secundū. Im- possibilis est Deo cognitio, pet quam præcisè cognoscatur ipsa. At cognitione diuina, prout præcisè terminata ad totum Deū, estet cognitione, per quam præcisè agnosceretur ipsa: quia nihil est in Deo distinctū à diuina cognitione: ergo im- pliat cognitione diuina, ut præcisè terminata ad Deum. Tum quia chymærica, & impercepti- bilis apparet cognitione, cuius munus præcisè sit cognoscere se es- se cognitionem, & quæ nihil aliud intelligenti ostendat, sicut chymæricæ sunt vnio, actio, pas- sio, quarum munus præcisè sit agere actionem, vniuersitatem, pati passionem, & nullum aliū terniū habere. Tum quia saltē fatua, sultaque apparet ea cognitio. Quare, licet intelligenti im- perfecto possit adscribi; non ta- men Deo. Tum quia talis cognitio esset; & nō esset reflexa: eslet

reflexa , quia cognitio cognitio-
nis: non est reflexa , quia est
prima cognitio Dei , de hac e-
nimi loquimur : cognitio autem
reflexa est secunda cognitio ca-
dens supra primam aliam di-
rectam.

13 Respondeo primo , per-
mittens gratis impossibilitatem
cognitionis , quæ præcisè sit cog-
nitio sui ; & non alterius : inde-
que non sequitur impossibilitas
cognitionis , qua Deus cognos-
cit se: omnis enim cognitionis , qua
Deus se cognoscit , est simul cog-
nitio creaturarum iudicans eas
esse possibiles , de quo infra . Vnde,
si loquamur realiter , sumere
cognitionem diuinam , vt præ-
cisè terminatam ad Deum , est
falsa suppositio . At , si loquamur
ex modo nostro concipiendi ,
nullum est inconueniens , cog-
nitionem diuinam in quadam
præcisione nostra cognoscere
præcisè se ipsam . Hoc enim
non est aliud , quam posse à no-
bis concipi , vt se cognoscere
præscindendo ab alijs prædica-
tis ipsius , vt accideret , si cog-
nitionem istam . * Omnis cogni-
tio est alicuius expressio * men-
te sumeremus , vt præcisè cog-
noscere se . ¶ Respond . Se-
cundo , negata maiori . Ad pri-
mam probationem . Et si chy-
merica sit , & imperceptibilis ,
vel taliter fatua , cognitio , quæ
præcisè habeat hanc naturam:
Cognosco me esse cognitionem; pos-

sibilis tamen , & perfectissima est
cognitio , quæ non habeat præ-
cisè eam naturam , sed quamvis
non habeat obiectum à se ipsa
realiter distinctum ; habeat ta-
men aliud munus , vt in casu no-
stro attingere Deum , vt optimum ,
omnipotentem , æternum , &c. simulque , vt hac om-
nia scientem , nihilque ignora-
tem . Sic possibilis est vno , quæ
vniat extremū indistinctum ab
ipsa , vt contingit in vniōibus
extremorum modalium vbi-
cationis , durationis , &c. quæ se ip-
sis affiguntur subiectis . Item ac-
tio , quæ sit indistincta à termi-
no , vt iuxta plures creatio paſſi-
ua Angelii est indistincta ab An-
gelo : quare sicut hic ratio es-
sentialis earum vniōnum , &
actionum , non est præcisè esse id ,
quo vnitur vnire , & id quo agi-
tur agere ; sed esse id , quo vni-
tur vbiatio , & duratio , & id ,
quo creatur Angelus ; ita ratio
essentialis cognitionis diuinæ
non est præcisè esse id , quo cog-
noscitur cognoscere ; sed esse id
quo cognoscitur Deus optimus ,
æternus , omnipotens , nihil ig-
norans , &c. ¶ Ad tertiam pro-
bationem . Quod attinet ad rem
ipsam , gratis , & falsò supponitur ;
omnem cognitionē cognitio-
nis cadere debere supra quam-
dam primam cognitionē ita di-
rectam , vt non sit cognitio cog-
nitionis . Quod admodū loquē-
di spectat dicendum est cum

Eximio Doctore disp. 30. metaphyl. sect. 15. num. 21. cognitionem diuinam, non esse propriè, & formaliter reflexam supra se. Nam propriè, & formaliter reflectere supra aliquid obiectum, illius est cognitionis, quæ ab eo distinguitur obiecto: non enim est cognitionum repetitio, vbi nō est cognitionum pluralitas. Potest tamen ea cognitione dici reflexa eminēter, quia seclusa imperfectione distinctionis est cognitionis cognitionis. Unde Aristot. lib. 12. metap. cap. 9. loquens de cognitione diuina dixit: *Se ipsum intelligit, si est quidem, quod est optimum, & est quidem intellectus intellectio.*

14 Obijcione tertio. Sequeretur ex dictis, cognitionem diuinam attingere Dei essentiam, & rursus hanc cognitionem, cumque nihil per illam ignoretur, cognoscet rursus hanc reflexionem, vel quasi reflexionem, & sic in infinitum, cum tamen infinita rerū progresio in quolibet rerum ordine repugnet. Video Theologos inter se commissos in hac re. Alij concedunt has reflexiones ratione nostra infinitas. Ita P. Granad. 1. par. controu. 1. tract. 6. disp. 1. sect. 8. & controu. 2. tract. 1. disp. 4. à nu. 4. Salas 1. 2. quæst. 3. tract. 2. disput. 3. sect. 4. fine. Cardinalis de Lugo disput. 19. de Incarnatione sect. 1. n. 14. Gaspar Hurt. de scienētia disp. 2. diff. 1..

At P. Ruiz disp. 7. de scient. sect. 2. num. 1. & 8. ait, scientiam Dei, primum cognoscī à Deo per actum reflexum ratione nostra distinctum à directo; non tamen vterius procedere reflexionem; sed eum actum reflexum per se ipsum; non per aliud ratione distinctum. innotescere Deo. Tandem alij censem, scientiam directam Dei per se ipsam cognoscī à Deo, quin sit opus actu distincto adhuc ratione nostra. Ita P. Herice disp. 4. cap. 1. num. 6. & 11. Albiz disp. 3. sect. 1. num. 16. Alarcon tract. 2. disput. 1. cap. 3. num. 3. Hemelmit. 4. disput. 1. capit. 22. num. 8. Martinon disput. 9. sect. 1. num. 6. fine. & ante illos P. Suar. disp. 30. metaph. sect. 15. & lib. 2. de attributis cap. 18. num. 9. Accedit Ioannes à Sancto Tho. disp. 17. art. 1. diff. 3..

15 Hæc difficultas, sicut omnes, quæ sunt de distinctione rerum ex modo nostro concipiendi non habent apud me magnum momentum. Sed vt morem geram harum quæstiuncularum audis. Dico primò contra P. Ruiz. Si prima formalitas cognitionis attingētis essentiam diuinam, indiget, ut agnoscat, secunda formalitate reflexa hæc etiam indigebit tercia, & sic sine fine. Nam gratis configitur minus penetrativa Dei prima formalitas, quam secunda. At secunda Deum.

Deum attingit, & se ipsam per se ipsam: ergo prima formalitas Deum, & se ipsam attinget. Explicatur. Distinctio rationis, quam concedit P. Ruiz, solum concedi potest, quoniam aliud est exprimi a nobis Deum, ut se cognoscentem; aliud, ut cognoscentem se cognoscere. At, si haec diuersa sunt, etiarn sunt diuersa, Deum a nobis exprimi, ut cognoscentem se cognoscere, & exprimi, ut cognoscentem hanc reflexionem: ergo, &c.

16 Dico secundò. Cognitio, qua Deus se cognoscit, & qua cognoscit hanc cognitionem non distinguantur virtualiter intrinsecè. Ratio petenda est ex dictis tract. de Essentia, & attributis, & tactis disput. 2. capit. 4. Nam inter formalitates diuinas realiter identificatas impossibilis est haec distinctio capacitatibus ad suscipiendum praedicatae tradicentia, vbi necessaria non est ad diuinam perfectionem. At hic non est necessaria. Nam quecumque necessitas huius distinctionis configatur in praesenti, facile excluditur a fortiori ex dictis capit. cit. ergo, &c. In qua re non est opus immorari.

17 Dico tertio. Cognitio, qua Deus se cognoscit, & qua cognoscit suam cognitionem distinguuntur ratione nostra ex modo nostro concipiendi, co-

demque modo cognitio, qua Deus cognoscit hanc velut reflexionem, & sic sine fine. Ratio est. Nam ad hanc distinctionem exiguum admodum requiritur, ut optimè notat P. Granad. sup. §. Concludo ergo. Etenim, ut iam supra dictum est ex metaphys. ea extrema sunt ratione nostra distincta, quæ sunt definitiū dissimilia. At cognitione diuina, ut subest cognitioni nostræ, qua illam exprimimus, prout cognitionem, qua se Deus cognoscit est definitiū dissimilis sibi quantum cogitare per cognitionem, qua illam exprimimus prout cognitionem, qua Deus cognoscit se cognoscere, & sic de reliquis quasi reflexionibus: ergo: &c. Minor probatur. Quia cognitione diuina prout primo modo spectata sic definienda est: *Est cognitio quæ ens essentialiter summè perfectum cognoscit tale ens.* Prout secundo modo considerata sic est definienda: *Est cognitio, qua ens summè perfectum cognoscit cognoscere.* Huiusmodi autem definitiones sunt quoad modum definiendi dissimiles. Idemque reperies in definitionibus ceterarū reflexionum, si capite in vertiginem acto, velis rem experiri. ¶ Neque ob id datur infinitum in actu cathegorematum formalitatum diuinarū, siue ex parte obiecti; siue ex modo nostro concipiendi, ut optimè notat Raphael Auct. H;

claræ, grauis, ac solidæ doctrinæ author quæst. 14. sect. 5. §. Secundo. *Quæ certum.* Non ex parte obiecti. Nam ex parte ipsius datur solùm indiuisa formalitas, quæ diuersimodè potest exprimi. Non ex modo nostro concipiendi. Quia tantum sit ex dictis, non posse intellectum nostrum tot modis diuersis exprimere scientiam Dei, ut non possit adhuc pluribus, & pluribus in infinitum: quod nihil est aliud, quam eos concipiendi modos esse syncathegorraticè infinitos. Vnde non dantur in Deo actu infinitæ formalites ratione nostra, neque actu infinitæ distinctiones ex modo nostro concipiendi; sed scientia Dei est ratione distinguibilis pluribus, & pluribus modis concipiendi, & non tot, quin pluribus: uti possumus concipere immensitatem, & æternitatem Dei, ut correspondentes huic spatio loci, & temporis, vel ut correspondentes alij maiori, & alij maiori in infinitum.

17. Obijcies. Scientia diuina directa quatenus formalissimè terminata ad essentiam Dei est perfectissima cōprehensio Dei: ergo cognitio omnium diuinorum; sed vnum ex illis est ipsa cognitio: ergo scientia diuina directa formalissimè quatenus terminatur ad essentiam diuinam est cognitio sui. Respond. pri-

mò. Cognitio divina prout formalissime concipiatur à nobis quatenus terminata ad ellenitatem non est positivè ex modo nostro concipiendi comprehensio Dei; sed præcisè cognitio, qua Deus se cognoscit, ut ens summe perfectum, qui modus concipiendi non exprimit cognitionem diuinam sub expressione comprehensionis Dei. Respond. secundo. Admitto cognitionem diuinam, prout directè attingentem essentiam Dei esse formaliter ex modo nostro concipiendi comprehensionem perfectissimam Dei. Ex hoc tamen solùm infertur, esse ex modo nostro concipiendi, cognitionem perfecte exhaustiètem omnem cognoscibilitatem diuinam, quidquid talis cognoscibilitas inuoluat; præscinditur tamè ex prædicto modo concipiendi ab eo, quod inuoluat, vel nō inuoluat ex parte rei cognoscendæ cognitionem ipsam Dei.

CAP. III.

De modis quibus Deus cognoscit sua predicata diuina in se ipsis, & alijs praedicationis Dei.

18. C ertum est primò, Deus cognoscere se ipsum immediate in se ipso excludendo medium similitudinis, & representationis. Ratio est. Quia Deus

Deus se cognoscit clarissimè; nō obscuritate ænigmatica: ergo, vt est in se; & non ad similitudinem aliarum rerum. At hoc vocamus se ipsum cognoscere immédiate in se ipso excludendo mediū similitudinis, & repræsentationis: ergo Deus se cognoscit hac immédiatione. Et quis non agnoscat imperfectionem in eo, quod Deus se cognoscat instar rei imperfectæ proindeque infinitè à Deo distantis, & ineprissimæ ad formandum de Deo plenum, & perfectum conceptum.

¶ Certum est secundò, Deum cognoscere se ipsum in se ipso immédiate immédiatione excludendi medium connexionis, & respectus ad Deū, quod medium sit, & à Deo distinctum, & physicè Deū mouens, vt se cognoscat. Ratio petenda est ex dictis disp. 3. Quia nihil distinctum à Deo, dat esse cognitioni, per quam Deus se cognoscit, siue illi tribuendo esse per influxum physicum, siue per metaphysicam constitutionem se identificans cum ipsa. At medium physicè mouens Deū, vt se cognoscat, alterum istorum habere debet, vt habetur ex disp. 3. ergo nihil distinctum à Deo est medium physicè mouens Deū, vt se cognoscat.

19 Certum est tertio ex dictis eadem disp. Deum cognoscere suam essentiam in se ipsa immédiate quatenus ipsa per se ip-

sam est motuum formale phisicum eius cognitionis. Quia nō solum Deus cognoscit suam essentiam propter ipsius essentiæ veritatem (quod est etiam eius essentiam præcisè esse motuum intentionale suæ cognitionis) sed etiam eadem essentia se identificans, etiam virtualiter intrinsecè, cum predicta cognitione, trahit ipsi esse per constitutionem metaphysicam identitatis. Cum igitur in his stet ratio obiecti physice mouentis, fit essentiam diuinam cognosci à Deo in se ipsa tāquam obiectum physicè mouens: & quidem non solum in ordine reali simpliciter, sed etiā in ordine virtuali. Idē constat de attributis ex disp. preced. cap. 3. n. 14. ex suppositione, quod attributa sunt virtualiter indistincta à cognitione diuina. Deinde cognoscit attributa in se ipsis intentionaler motuè, qua sic Deus cognoscit omnia obiecta ad quæ terminatur diuina cognitio, vt constat ex eodem loco num. 17.

20 Putant tamen nonnulli cum P. Alarcon disp. 2. de scientia, Deum, non in se ipsis; sed solum in essentia sua cognoscere attributa. Pro quo arguit primò, superfluam esse cognitionem attributorum in se, cum Deus, sufficientissimè ipsa cognoscat in essentia. Respōdeo primò, ipsam cognitionē ipsorum in essentia, esse cognitionē ipsorum in se ipsis, si neque virtualiter.

distinguuntur ab essentia. Resp. secundo. Etsi deinceps cognitio nem, qua cognoscuntur in esse entia, non esse formaliter, aut virtualiter loquendo cognitionem ipsorum in se ipsis, adhuc non superflueret cognitio ipsorum in se ipsis. Nam hoc modo sunt cognoscibilia citra imperfecti onem in modo cognoscendi: omnisque modus cognoscendi non dicens imperfectionem est necessarius; non verò superfluus infinito intellectui. Sic Christus Dominus, etsi per scientiam beatam cognoscat supernaturalia in Deo; tamen propter maiorem perfectionem, ipsa cognoscit in se ipsis per scientiam insulam.

21 Arguunt secundò. Si attributa cognoscantur à Deo, in se ipsis physicè motiuè, sequentur esse obiecta primaria cognitionis diuinæ. Nam obiectum physicè motuum dat esse cognitioni, siue influxiōne, siue constitutiōne, in quo stat primitas obiecti. At attributa nequeunt esse obiecta primaria diuinæ cognitionis: ergo neque physicè motua. Minor probatur primo. Quia sicut res se habent in esse, sic etiam habent in cognosci, maximè per cognitionem diuinam perfectissimè attingentem res sicut sunt in se. Sed attributa in se non sunt primaria; sed proprietates ortæ ab essentia tanquam à prima radice: ergo non attributa; sed solum essentia Dei.

est in diuina cogitatione obiectū primarium. Probatur secundò. Nam essentia, ut potè prima radix eminentissime continens attributa est perfectior attributis. At diuina cognitione perfectissima debet habere pro motu physico obiectum omnium perfectissimū: ergo essentiam diuinam, & non attributa.

22 Timeo hic, plures esse voces rebus vacuas, quæ frequenti quorundam authorum usurpatiōne vires acceperunt. Repondeo concedens lequelam de primitate dandi esse constitutiōne cognitioni diuinæ; non de alia primitate, quam fingas, in qua sit aliquid inconveniens. Deinde nego minorem. Ad primam probationem respondeo. Sicut res se habent in esse physicè in se ipsis; ita se habent representatiōne in cognitione verissima, cuiusmodi est diuina: ex quo fit, cum essentia diuina sit prior ratione nostra, quam attributa, ut dicebamus disput. 2. capit. 3. num. 30. & seqq. Deus cognoscit, esse ratione priorem, quam attributa, cum quo stat attributa realiter formaliter, & realiter virtualiter identificari cum cognitione diuina, proindeque dare ipso esse per constitutionem metaphysicam identitatis: quod sufficit ad obiectum physicè motuum, suppositis ceteris conditionibus petitis ad obiectum formale.

23 Ad

23. Ad secundam probacionem respondeo primo. Essentia Dei, & attributa sunt realiter, & virtualiter omnino idem, vnde sicut essentia realiter, & virtualiter est obiectum omnium perfectissimum; ita & attributa: ideoque cognitio diuina omniū perfectissima habere poterit realiter, & virtualiter attributa diuina pro motu physico, tametsi debeat habere motuum perfectissimum. Iam, essentia diuina in ordine intrinseco reali virtuali non est radix attributorum; sed est prædicatum ratione nostra prius quam attributa: & fortè prædicatum ratione nostra perfectius, quam attributa. Unde solū fiet, id, de quo parum euru, nemp̄, diuinam cognitionem conceptam, vt ex motu physico omnium perfectissimo etiam ratione nostra, concipi ex essentia diuina, vt ex motu physico. ¶ Respondeo secundo. Sicut arguēs distinguit essentiam, & attributa, ita vt attributa sint negatiū, aut præcisiū minus perfecta, quam essentia, cur non licebit formaliter distinguere duplīcē cognitionē diuinam attributorum, aliam, quę cognoscat attributa in essentia diuina, vt in motu physico; aliam, quę attributa, tanquam in motu physico in se ipsis attingat: priorque cognitio erit ex motu perfectissima; posteriorque erit ex motu minus perfe-

cta negatiū, aut præcisiū. Respondeo tertio. Et si demus, omnem cognitionem diuinam necessariam, etiam sub qualibet consideratione acceptam, habere pro motu diuinam essentiā, nihil tamen derogat siue excellentiæ diuinæ essentiæ, siue excellentiæ diuinæ cognitionis, dari in Deo cognitionem, quę tanquam ex motu physico sit simūl ex essentia, & attributis.

24. Argues tertio ex P. Alarcon. Si cognitio necessaria Dei, non haberet pro motu diuinā essentiam non esset infinite perfecta, quippe perfectior apprehenderetur, quę, ceteris paribus, haberet pro motu diuinā essentiā. At cognitio Dei est infinite perfecta: ergo habet pro motu diuinam essentiā. Respondeo, admittendo totum. At hoc non prohibet, vt nuper dicebam, dari in Deo cognitionē, quę pro motu physico habeat essentiam, & attributa simul. Respondeo secundo. Nihil prohibet cognitionem diuinam formaliter acceptam sub aliqua nostra consideratione habere attributa præcise pro motu physico. Tunc autem ea cognitio in ea præcisione sumpta non erit formaliter infinitè perfecta, infinitate inuoluendi expresse omnem perfectionem, siquidem in ea præcisione non dicit perfectionem habendi essentiam diuinam

zimani pro motu & physico. Tamen ea cognitio, ex ipso, quod in ea præcisione concipiatur diuina, est in ea præcisione implicita infinitè perfecta: quia diuinum, & summè perfectum sunt, apud me, idem formaliter. In hac solutione nihil esse incommodi, patet. Nam diuina virtus concepta, ut virtus diuina potens producere homines, & non concepta, ut potens producere Angelos, quia concipitur, ut diuina concipitur in confuso, ut summè perfecta; & quia nō concipitur, ut potens producere Angelos, non concipitur tanquam cicens expressè hanc rationem, quæ ad illius infinitatem spectat. Idem applica nostra rei.

25 Certam est quartò ex dictis eadem dis. 3. cap. 3. personalitates diuinas non esse motuum physicum in ordine virtuali cognitionis essentialis Dei, ut conciliorum à notionali (de notionali dicendum iuxta principia, quæ stabiliantur tractatu de Trinitate) & iuxta conclusionē ultimam eius capititis, esse motuum intentionale prædictæ cognitionis, ac proinde, in ordine virtuali, ea cognitione non cognosci in se ipsis physicè; bene tamen in se ipsis intentionaliter. Contra quod præter obiecta loco citato, argues primò. Cognitio diuina non potest habere profine diuinas personalitates, ut virtualiter distinctas ab essentia, ma-

ximè, si, vt sic, non dicant perfectionem entitatiū: ergo ne quis pro obiecto formalī, adhuc intensionali. Nam obiectum formale actus est finis ipsius. Respondeo. Obiectū assensus potest dici latè finis assentiendi, quia est obiectū propter cuius veritatem præbatur illi assensus; sicut finis strictè sumptus est obiectū propter suā bonitatem intentū. Personalitates autē diuinas, eo modo lato, finem esse assensus diuini, quatenus ipsis Deus propter ipsarū veritatem assentitur, nullum est inconveniens: sicut inconveniens est, Deum aliquo sui actu tendere in personalitates, ut in finē, tēdētia, quæ indicaret, vel amabiliores esse ratione sui, quā essentia, vel (si solū habeant perfectiōnem ratione essentia) aliter esse amabiles, quā ratione essentia.

26 Argues secundò. De ratione obiecti formalis est præcedere cognitionem, cuius est obiectum formale. At personalitates diuinae non præcedunt ad cognitionem essentialem; sed potius plerique putant sublequivir. taliter ad ipsam: ergo non sunt obiectum formale cognitionis essentialis. Respondeo: obiectū formale physicè motuum debet præcedere positivè, vel falso negatiū, id est, nō subsequi cognitionem, cuius est obiectū formale physicè motuum. Ratio est. Nam, ut pater ex disp. præcedent. obiectum formale,

motuum cognitionis tribuit esse cognitioni, vel per influxum physicum, & sic præcedit positivè ad cognitionem; vel per metaphysicam confirmacionem identitatis, & sic præcedit negatione, id est, non subsequitur ad ipsam: si enim subsequeretur, non constitueret; sed constitutum supponeret. Ceterum, obiectum formale intentionaliter motuum bene potest esse per se ipsum post actum, ad quem mouet. Sic finis est obiectum intentionaliter motuum ad electionem, & executionem mediorum, & tamen finis per suam entitatem sumptus est posterior electione, & executione mediorum. Ratio est, quia obiectum formale intentionaliter, non quidem per se ipsum dat esse actu, sed per apparentiam, qua apparet, ut verum, vel, ut bonum, vel etiam per amorem, quo, ut bonum amat. Unde licet talis apparentia, vel amor non possit esse post actum, qui ex eo motu intentionaliter est; nihil tamen prohibet, quominus tale obiectum per se ipsum entitatiè sumptum sit post actum, cuius est motuum intentionale. Quare admissio, quod personalitates diuinæ sunt post cognitionem essentiale.

Dei, adhuc habet esse

motua intentio-

nalia ipsius.

CAP. III.

Eiusdem instituti prosecutio.

27. **H**is tanquam certis ex dispens. præced. stabilitis. Quæres primæ. An Deus cognoscat personalites in essentia diuina? Negat cum alijs P. Ruiz disput. 5. sect. 6. Affirmat Pater Alarcon, suprà Pater Arriaga disput. 18. sect. 2. Pater Ribas disput. 3. cap. 2. cum alijs. Ego arbitror, vix posse esse controversiam de re, suppositis prædictis disput. 3. Dicendum est, Deum cognoscere personalites in essentia sua tanquam in medio virtuali mouente obiectuè physice, & intentionaliter ad cogitationem personalitatū. Ratio est: quia diuina cognitio intimè penetrat essentiam Dei. Deinde suam perfectionem haber formaliter intrinsecè ab essentia Dei: ergo, & penetrat essentiam, ut connexam cum personalitatibus, indeque essentia munus sortietur motui intentionalis; & quia aliunde tribuit physice esse cognitioni, munus etiā sortietur motui physici. Et quidē, licet ea cognitio nō attingat essentiā Dei, ut obiectū realiter actualiter distinctū à personalitatibus, & tāquā sic distinctū, cum ipsius connexū; attingit tamen essentiam, ut obiectū virtualter distinctum ab illis, & eam

cum ipsis connexum : nam cog-
nitio diuina attingit essentiam
Dei , vt se habet in se , & essentia
Dei sic se habet in se . Qua pro-
pter , quamvis essentia Dei non sit
medium physicum reale forma-
le , in quo discernantur persona-
litates ; erit tamē virtuale . Idem
dicēdum est de attributis , si vir-
tualiter intrinsecè distinguantur
ab essentia . Nam , si hoc etiam
modo identificantur cum illa ,
cognoscere in essentia erit cognos-
ci in se ipsis .

28 Obijcies primò . Essentia
diuina propriè , ac simpliciter est
eadem cum personalitatibus : ergo
Deus clarissimè attingens es-
sentiā suam , tanget eodem in-
diuiso intuitu , vt identificatam
cum personalitatibus : ergo talis
intuitus directissimè , & indiu-
sim versabitur circa essentiam ,
& personalitates . At cognoscere
personalitates in essentia non est
cognoscere vtrumque directè ,
sed directè essentiam ; & indire-
ctè personalitates : ergo Deus nō
cognoscit in essentia sua ; sed si-
mūl cum essentia sua personali-
tates . ¶ Respōdeo : Deus intue-
tur eodem intuitu essentiam , &
personalitates directè realiter
formaliter ; indirectè tamen per-
sonalitates realiter virtualiter .
Ratio est : quia sicut cognoscere
directè realiter formaliter duo
extrema identificata non est a-
liud , quam indiuism cognoscere
in ipsa tanquam idem ; & sicut

ita cognoscere dūō extrema , vt
cognoscatur vnum directè rea-
liter formaliter ; & alterum indi-
rectè , non est aliud , quam cog-
noscere indiuism vtrumque al-
terum tamen tanquam realiter
distinctum ab alio , & cum hoc
connexum ; hoc verò , vt termino
num talis connexionis ; ita cog-
noscere directè essentiam ; & per-
sonalitates indirectè , realiter vir-
tualiter , non erit aliud , quam in-
diuism cognoscere essentiam ,
& personalitates : illam tanquam
virtualiter distinctam à persona-
litatibus , & connexionem cum ip-
sis ; has verò , vt terminum talis
connexionis . Hæc autem obie-
cta sic à Deo cognoscuntur : id
enim est cognoscere ipsa , vt sunt
in se .

29 Obijcies secundò . Nam ,
vt nobis est verius ex principijs
alibi latius examinandis , & disp.
2.iā tactis , cognitio essentialis
Dei est virtualiter intrinsecè in-
diuibilis : ergo nequit attingere
relationes mediate in essentia , &
immediatè in se ipsis . Cognitio
enim mediata relationum in es-
sentiā distinguitur necessario ,
saltem virtualiter à cognitione
immediata relationum in se ip-
sis . Probatur : quia cognitione im-
mediata non cognoscit illas in
medio , & ideo est immediata ;
cognitione adtem mediata cog-
noscit illas in medio , & ideo
est mediata . At cognoscere rela-
tiones in medio ; & nō cognos-
cere

cere ipsas in medio sunt prædicata contradictoria: ergo prædicata cognitiones suscipiunt prædicata contradictoria; & consequenter distinguuntur virtualiter. ¶ Respondeo, concessio antecedente, distinguo consequens. Secundum negatiuum, quod dicere solent cognitionis immediata, & mediata concedo consequentiam. Secundum posituum nego consequentiam. Itaque cognitionis immediata relationū in se ipsis, intelligi potest, aut immediata secundum posituum cognitionis immediata, & hoc posituum in eo stat, quod relationes attingat propter ipsarum veritatem; aut immediata secundum negatiuum cognitionis immediata: & hoc stat in eo, quod relationes non attingat in alio medio connexo cum ipsis. Dico ergo bene stare posituum cognitionis immediata, & mediata in eadem cognitione virtualiter simplici (id est incapaci suscipiendi prædicata contradictoria) reperiri. Quia bene potest eadem cognitione asseriri relationibus ratione veritatis ipsarum; & ratione connexionis essentiæ diuinæ cum ipsis. Impossibile tamen est in eadem cognitione virtualiter simplici conciliari, quod sit mediata, & quod sit immediata secundum negatiuum cognitionis immediata, quia sine distinctione saltem virtuali extremonrum componi nō

possunt hæc prædicata contradictoria. ¶ Non attingere in medio; & attingere in medio relations.

30. Quæres secundò. An Deus cognoscat essentiam suam in personalitatibus diuinis? Negat P. Ruiz suprà, & alij. Affirmat cum alijs P. Arriaga, & P. Ribas citati, luxtā principia iacta respondeo. Deus cognoscit essentiam suam in personalitatibus diuinis, ut in medio virtuali intentionaliter mouente; non vero physicè mouente, ut virtualiter distincto à cognitione essentiali diuina. Cognoscit quidem essentiam diuinam in personalitatibus, ut in medio virtuali; quia connectuntur illæ cum essentia Dei, & virtualiter ab illa distinguuntur: sicut creature connectuntur cum Deo, & realiter formaliter distinguuntur ab ipso. Deinde cognoscit Deus suam essentiam in ipsis tanquam in medio intentionaliter mouente. Nam diuine personalitates, quantum Deo apparent connexæ cum essentia, determinant ipsum, ut cognoscat suam essentiam. Non vero tanquam in medio, quod, ut virtualiter distinctum à cognitione essentiali, moueat physicè ad ipsam. Quia relationes, ut sic distinctæ, neque tribuant esse cognitioni per influxum physicum; neque per metaphysicam constitutionem.

31. Obijcies. Relationes non

tinent essentiam, quia neque formaliter imbibunt essentiā, iuxta satis communem opinionē; neque illam includunt eminenter, cum non sint essentiæ radix; sed potius proprietates ortæ ab essentia. At nullum obiectū cognoscitur in alio, in quo neque formaliter, neque eminenter continetur: ergo essentia Dei nō cognoscitur in relationibus. Respondeo, quidquid sit de maiori, distinguenda est minor, cōcedendumque est, in illo obiecto, in quo, neque formaliter, neque eminenter datur aliud, non cognosci hoc aliud, tanquam ibi habens suum esse formaliter; aut radicaliter. Tamen si illud obiectum sit cum hoc alio necessariò connexum, ne-gandum est hoc aliud non cognosci in illo tanquam in medio demonstrationis. Nam ad demonstrandum aliud, optimum medium est, quod connectitur necessariò cum illo alio, siue tale medium formaliter, aut radicaliter contineat; siue non contineat illud. Vnde, ex creaturis connexis cum Deo, Deumque non continentibus siue formaliter, siue radicaliter, demonstratur optimè Deus.

32 Quæres tertio. An Deus in una personalitate, vt virtualiter distincta ab essentia diuina, & rea-liter distincta ab alia personalitate cognoscatur hanc aliam? Affir-mant P. Ruiz disp. 12. sect. 3. n.

4. & RR. Alij negant. Quia eadē indiuisa intuitione, qua Deus videt, v. g. personalitatem Patris, cognoscit directissimè essentiā diuinam, & quamlibet formalitatē identificatam cum ipsa, proindeque personalitatem filij. ¶ Dico primò. Personalitas Patris, vt virtualiter distincta ab essentia diuina non est obiectū, in quo Deus tāquā in motu physico cognoscit filiationem, quia essentialis cognitio filiationis nō accipit suum esse à personalitate Patris siue physicè influente, siue metaphysicè constitutente. ¶ Di-co secundo. Deus in personalitate Patris tanquam in medio reali formalī intentionali cognoscit personalitatem Filii. Vt enim habetur ex dictis, hoc non est aliud, quām per personalitatem Patris, vt intellectui diuino apparentem connexā cum personalitate filii, distinctāque rea-liter formaliter, ab ista, determinari intellectū diuinam, vt pra-beat assensum personalitati filii: & in hoc modo cognoscendi nulla est imperficiō, vt constat ex dictis disp. 3. conclusione ultima. ¶ Neque obstat, quod ex RR. obiectiebatur. Nā bene co-harent, eadē indiuisa cognitione cuncta prædicata diuina directissimè cognosci; simulq; cognosci filiationē, vt terminum paternitatis; & hanc vt terminum filiationis, ac proinde quamlibet in qualibet indirecte cognosci.

33 Quæ-

33 Quæres quartò. An Deus propter essentiam cognoscat relationes, & propter has essentiam. Negant nonnulli. Melius tamen affirmat cum alijs P. Riba vbi supra. Tum quia siue imperfectione potest Deus eodem indiuiso actu cognoscere bonitatem suæ essentiæ, & propter hanc ita cognitam se amare: ergo eodem indiuiso actu poterit suam essentiam cognoscere, ut connexam cum personalitatibus; & has, ut connexas cum essentia, & propter illam, & has sic cognitas assentiri essentiæ directe, & similiter assentiri directe personalitatibus. Tū quia in hoc modo cognoscendi nulla inuoluitur imperfectio, ut patet ex dictis disp. 3. cap. 3. à n. 17.

34 Quæres ultimo. An Deus ex essentia cognoscat suas personalitates, & ex personalitatibus essentiam? Cōmuni sententia negatiua est vera, quamvis unus, vel alter Recentior contraversiat. Probatur primo. Nam inter scientias necessarias Dei nō est ponenda distinctione virtualis intrinseca, nisi ex fide, vel ratione certo constet, eam distinctionem esse necessariam ad summā earum scientiarum perfectionē: ergo non est ponenda in Deo una cognitio essentiæ diuinæ, ut connexæ cum personalitatibus; & alia cognitio ex priori virtualliter intrinsecè decrivata, quæ propter essentiæ assentiantur per-

sonalitatibus: Si enim hic splendet aliqua perfectio, certè non alia, quā assentiri directe personalitatibus propter essentiā: hoc autē fieri potest unico actu virtualiter indiuisibili, ut patet ex disp. 3. cap. 3. ¶ Probatur secundo. Nam in eodem signo, quo Deus cognoscit suam essentiam assentitur directe personalitatibus propter essentiam: ergo hic assensus nō est ex priori. Ante deus probatur. Nam in signo, quo essentia cognoscitur, ut conexa cum personalitatibus, est sufficiens determinatiū, nempe hæc connexio Deo apparenſ, ut directe assentiantur personalitatibus, sicut ut directe assentiantur ipsi essentiæ. At intellectus diuinus, summe in intelligendo proprius, nequit assensum ad signum posterius differre, vbi sufficiens est determinatiū, ut existat in priori: ergo in eodem signo, quo Deus cognoscit suam essentiam assentietur directe personalitatibus propter essentiam.

35 Vnde, quod assensus circa personalitates deriuetur ex assensu circa essentiam dicit imperfectiōnem, primò, quia talis assensus exigeret distinctionē virtutem intrinsecam, vbi ad diuinam perfectionem necessaria nō est. Secūdo, quia argueret intellectū diuinum non esse plenissimè infinitum, utpote non adhuc intelligentem obiectū, posita sufficiēte determinatione obiectiuia. Ex

Ex quibus fit, in ordine ad intellectum diuinum, non esse cognoscibilem essentiam Dei, quin pro eodem signo Deus præbeat assensu per personalitatibus directe propter essentiam, quia nequit Deus ab eo assensu quasi detineri, nisi ex eo, quod protunc non sit plenissimè sufficiens ad talem assensum: est autē protunc plenissimè sufficiens, quia tunc datur essentia diuina, ut conexa cum personalitatibus, & ut sic applicata intellectui diuino per clarissimam notitiam connexionis.

DISPVT. V.

De cognitione Dei in, ex creaturis, & propter creaturas.

AD plenam notitiam cognitionis Dei circa se ipsum super etiā hanc difficultas examinanda.

CAPVT I.

Recensitis authorum sententijs, vera opinio statuitur.

IPRIMA sententia negat Deū se in creaturis cognoscere. Ita P. Ruiz disput. 2. sect. 3. num. 5. P. Alarcon tract. 2. disp. 2. cap. 2. & communiter

Thomistæ. Secundam sententia affirmatiuam tenent Magister Albiz disput. 3. sect. 2. Pater Heric disput. 4. cap. 2. conclus. 3. Sforcia lib. 1. sue Theologiæ num. 37. Gaspar Hurt. disput. 2. diffic. 3. Martinon disp. 10. sect. 4. P. Rainaudus in Theologia naturali dist. 8. quæst. 1. P. Ribas disp. 3. cap. 3. P. Arriaga disput. 18. Idem tenent expreſſe inter Scotistas. Magister Felix de scientia cap. 3. diffic. 3. Idem concedit quoad modum loquendi P. Franciscus de Lugo disput. 28. cap. 2. At quātum ad rem ipsam ait, Deū non se cognoscere per cognitionem, qua cognoscit creaturas; vult tamen, eam cognitionem, qua Deus se ipsum in se ipso cognoscit dici in alio. Nā Deū cognoscere creaturas est nouus titulus, ut se cognosceret alia cognitione, nisi iam se ipsum in se ipso cognouisset. Alij Recentiores volunt, Deū se cognoscere in creaturis, si ipsas cognoscat in se ipsis; secus autē si solū in se ipso. Ditsidium tamen inter affirmandes est. Nam Albiz, Gasp. Hurt. Felix, & aliij Recent. arbitrantur Deū se cognoscere in creaturis abstractiuè. P. Hericè suprà num. 15. ait, eam cognitionem non esse formaliter; sed eminenter abstractiuam, quatenus si imperfectione non obseruat, talis cognitio indueret rationem abstractiuæ. P. Puent. Hurtado de charitate disp.

disput. 121. sect. 8. P. Hemelni.
tit. 6. disp. 2. cap. 9. à num. 9. qui
stant pro affirmantibus, putant
Deum non abstractiuè; sed in-
tuitiuè, & cōprehensiūè se cog-
noscere in creaturis.

2 Pro intelligētia sentētiæ af-
firmantis, quæ vera est, ponendū
in primis est, Deū nō se cognos-
cere in creaturis, vt physicè mo-
uentibus ad cognitionē diuinā.
Nam creaturæ, neque per physi-
cum influxum, neque per meta-
physicā constitutionē idētitatis
tribuunt esse cognitioni diuinæ,
prout op̄ est ad hoc, vt physicè
moueant. Difficultas ergo est, an
se Deus cognoscat in creaturis,
vt in obiectis, vel intētionaliter
motiuis, vel physicè terminati-
uis, quæ non possint à Deo cog-
noscī, quia Deus ea cognitione
se ipsū indirectè attingat? ¶ Di-
co primò. Deus cognoscit hoc
modo se ipsum in creaturis: &
quidē eadē cognitione, qua ip-
sas creaturas attingit: quibus ul-
timis verbis excluditur modus
dicendi Frācisci de Lugo. Pro-
batur ratione cōmuni, in hī sem
per efficaci. Cognitio, qua Deus
creaturas cognoscit attingit ip-
sas, vt sunt in se, cōprehensiua,
& perfectissima attingentia: er-
go comprehensiūè, & perfectis-
simè attingit ipsas, vt connexas
essentialiter cū Deo. At hoc est
cognoscere indirectè Deum ea-
dē cognitione: quippe non est a-
liud, quā cognoscere creaturas

hoc modo. ¶ Creaturæ nō pos-
sunt existere sine Deo. ¶ Ergo
Deus eadē cognitione, qua cog-
noscit creaturas cognoscit indi-
rectè Deū. Confirmatur. Quia
diuino intellectu plenissimè in-
finito tribuēdi sunt omes modi
cognoscendi obiectū, qui nō in-
voluunt imperfectionē. Consta-
bit autē ex argumētorū solutio-
ne, prædictū modū cognoscēdi
nō inuoluere imperfectionē, sed
potius aptissimū esse ad cognos-
cenda obiecta, vt sunt in se: cum
eo nihil aliud præstetur, quā pe-
nitissimè perspicere creaturas,
Deumque attingere, vt terminū
connexionis, quam habent crea-
turæ cum ipso, sicut reuera talis
terminus est.

3 Dices primò, cum nonnullis
hoc innuētib⁹, creaturas nō esse
ab intrinseco, & essentialiter cō-
nexas cū Deo. Vnde falso suppo-
nit argumentū cōexionē hanc.
Sed contra est. Deo repugnat ex
prædicatis intrinsecis, quod ali-
quid distinctū à Deo habeat per-
fectionē entitatiā, & non pro-
cedentē ab ipso Deo: ergo crea-
turæ ex prædicatis intrinsecis re-
pugnat habere suā perfectionem
entitatiā, & nō acceptā à Deo,
& cōsequenter cōnectetur essen-
tialiter cum Deo: illud enim cō-
nectitur essentialiter cū alio, cui
ex essentia sua repugnat habere
suā entitatem sine alio. Ante-
cedens est certum, quia Deo titulo
summa perfectionis repugnat.

non esse fecundissimā originē totius esse, cui quodlibet ens suū esse debeat, ut auctori perfectissimo. Prima consequentia probatur. Tam est de ratione entis adaequatè à Deo distinēti, limitataque perfectionis habere suū esse acceptū ab origine primaria totius esse, quā de ratione entis illimitatae perfectionis, esse primariā originē totius esse. At si cut Deus est ab intrinseco illimitatē perfectionis, creatura est ab intrinseco perfectionis limitatē: ergo sicut Deo ex illimitatione repugnat ab intrinseco nō esse primariā originē totius esse; ita creaturæ ex limitatione repugnabit ab intrinseco non habere suum esse acceptum ab origine primaria totius esse.

4. Huic argumento respōdebis primò. Sufficit ad rationē creaturæ limitatae in perfectione, quod quantū est ex se sit capax, vt suū esse accipiat à primaria origine toti⁹ esse, si talis origo possibilis sit, & existens; neceſſeque non est, vt creatura essentialiter connectatur cū possibilitate; & existentia talis originis. Quēadmodū enim in sententia negatiū Deo connexionē intrinsecā cū possibilitate creaturarū, De sufficiēter intelligitur producti⁹ nus, eo quod ex te virtutem habeat ad producēdas creaturas, si ista non repugnant; ita creaturæ sufficiēter intelligētur productibiles, eo quod ex te capacitatē

habeant, vt producātur à Deo, si Deus non repugnet, ac existat. Quod si vrgeas. Creaturæ non possunt existere à te. Nam aseitas soli infinito enti competere potest: ergo, si repugnat primaria totius esse origo, nō possent existere ergo ab intrinseco connectuntur cū ea origine. Illud enim ab intrinseco connectitur cū alio, quod sine hoc existere nequit. Concessio antecedente respondebitur. In ea hypothesi creaturæ nō possent existere impotentia proueniente ab eo quod est ipsi⁹ extrinsecū, nēpē, ex defectu originis totius esse; non autem impotētia proueniente ex predicationis intrinsecis creaturarū, prout opus erat ad hoc, vt ex suis intrinsecis connecteretur cū Deo.

5. Sed cōtra hanc solutionē est. Nam creaturæ ab intrinsecis habent esse limitatae perfectionis; ergo ab intrinsecis habēt repugnatiā, vt sint à se: ea enim repugnatiā ineuitabiliter infertur ex limitatione perfectionis: ergo ab intrinsecis habēt repugnatiā, vt existat, si deficiat alia origo primaria totius esse. Nā ab eodem à quo habēt repugnatiā existendi à se; habent repugnatiā existēdi, si non sit alia origo primaria, ex qua deficiēt: ergo ab intrinsecis habēt connexionē cū ea origine. Patet: quia connexio intrinseca cū alio est intrinseca repugnatiā existendi sine illo. ¶ Propterea respōdebis secūdo, connecti esse.

tialiter cr̄eaturas cū aliquo primo fonte totius esse: vnde esentialiter indigēt, vel hoc Deo, qui recipia existit; vel alio; nō tamē hoc determinatē. Sed cōtra est. Creatura esentialiter cōnectitur cū primo totius esse fonte vero, & reali. Nā sine primo fonte vero, & reali nō potest existere. At primus fons verus, & realis est esentialiter hic Deus, qui defacto existit: ergo esentialiter cōnectitur cū hoc Deo re ipsa existente. Cōsequentia patet. Quia manifestē implicatoriū est connecti esentialiter cū aliquo extre mo, & nō cū eo, quod est de ratione esentiali talis extremi. V.g. connecti cū homine; & nō cum rationali. Minor certa est. Quia primus totius esse fons ver & realis esentialiter est unicus, singularis, excludens dari alium.

6 Dices secundō ad probatio nē nostrā cōclusionis, creaturas esse connexas esentialiter cum Deo; tamē Deū non se cognoscere in creaturis, quia sufficiētissimē se cognoscit in se ipso. Sed cōtra est. Etsi Deus cognoscat se ipsum in se, iudicat creaturas, esse connexas esentialiter cum Deo, alias non cognosceret ipsas perfectē, vt sunt in se; sed hoc est attingere creaturas directē, vt subiectū, cui tribuit connecti cū Deo, & attingere cōexionē, vt prædicatū; Deū autē, vt terminum connexionis: & in hoc, seclusis vocibus, stat re ipsa cog-

nosci Deū in creaturis: ergo sic Deū se cognoscit, et si simul cognoscat se ipsum in se. Confirmatur. Quia omnis modus cognoscendi imperfectionē non dicens tribuendus est Deo. Patebitq; ex argumētorum solutione cognitionē attingentē directē creaturas; & indirectē Deum propter connexionem creaturarū cuia ipso non dicere imperfectionē.

7 Astero secūdo. Dato, quod Deus cognoscat creaturas in se ipso; non verò in se ipsis, Deus se cognoscit in creaturis. Probatur: quia etiam hoc dato, Deus cognoscit creaturas esse connexas cum Deo. At hoc est cognoscere creaturarum connexionē cum Deo, & ex vi talis connexionis cognoscere indirectē Deum, atque in hoc stat Deum cognosci in creaturis: ergo etiā ea hypothēsi data, Deus se cognoscit in creaturis. Et quidēm in ea hypothēsi Deus cognoscet se ipsum in se ipso hoc modo. In me est vis productua creaturarum, quae esentialiter dependent à me. Per quam cognitionem, ita Deus se cognoscit directē ratione sui, vt simul se cognoscat indirectē ratione connexionis creaturarum cum ipso. Quemadmodum, si ego sic cognoscam. ✽ Ego existo non potens existeri nisi Deus decernat efficaciter meam existentiam. ✽ Simul cognosco directē, & indirectē meam existentiam.

CAPUT II.

Soluuntur obiectiones.

8 **O** Bijcies pri nō. Creaturæ non connectuntur essentialiter cum Deo: ergo Deus nō se cognoscit in creaturis. Nam, ut vidimus cap. i. fundatētū, in quo nūtitur hec cognitio, est prædicta connexio. Antecedens probatur primo. Quia ratio creature manebit essentialiter integra, eo præcise, quod sit res de se capax, ut efficiatur casu, quo non repugnet principiū effectiū ipsius. Nam ex hoc præcisè distinguetur à Deo, qui de se est incapax, ut efficiatur: illa vero capacitas non postulat non repugnantia principij productiui; sed præscindit ab eo quod illa detur; vel non detur. Probatur secundo. Nā homo, v. g. est possibilis, seclusa connexione essentiali ipsius cum possibiliitate Dei: ergo non est de ratione creature possibilis cōnexio essentialis cū possibiliitate Dei. Antecedens probatur. Nam ex eo præcisè, quod homo sit capax, ut producatur, si non repugnet Deus, et si non sit intrinsecè determinatus ad non repugnantia Dei intelligitur homo condistinctus ab homine equo, hircoceruo, & alijs chymæris, quæ sunt de se in capacities, ut producantur, etiā non implicatae Deo. Ergo intelligitur

possibilis: quia per idem, quo res distinguitur ab omnibus chymæris, talis res possibilis est.

9 Resp. falsum est antecedens. Ad primam probationē dicatur primo ex his, quæ dicemus disp. 7. id ipsum, quod est creaturam esse de se capacem, ut efficiatur casu, quo detur Deus, cōnexiōnē essentialē importare cū possibiliitate Dei veri, & realis. Ratio est. Quia ita creatura est de se capax, ut producatur à Deo, casu quo detur Deus, ut solum de se sit capax, ut producatur casu, quo detur Deus verus; non vero casu, quo præcisè detur Deus ficticius, & chymericus: hoc autē ipsum cōnectitur essentialiter cum distinctione Dei veri à Deo ficticio, & impossibili, ac proinde cōnectitur cū possibiliitate Dei veri, quæ consistit in ea distinctione à Deo impossibili: qua propter implicat in terminis dicere creaturā de se esse capacē, ut producatur à Deo, si hic non repugnet, & præscindere à connexione cum purificatione conditionis, nēpē cū non repugnantia Dei. Sed de hoc latè loc. cit. ¶ Resp. secundo. Licet ea capacitas ex suo præciso cōceptu non exprimat connexionem cū possibiliitate Dei; eam tamen cōexionē importat implicite, & illatiue. Ratio sumitur ex dictis cap. i. num. 5. Quia eo ipso, quod creatura est ex se capax, ut efficiatur, non potest esse ens à se de

de cuius ratione est incapacitas, vt efficiatur, proindeque eo ipso, quod de se sit capax, vt efficiatur, implicat ex ille repugnante primaria origine, ex qua deriuatur omnis existentia: hoc autem ipsum est connecti cum possibilitate talis originis, quæ quidem Deus est.

10 Ad secundam probationē respond. nego antecedens: cuius probationi dicatur. Esto in ea positione demus distinctum iri hominem ab homine equo, hircoceruo, & quibusdam alijs chymæras; non tamen ab omnibus, quoniam ipse homo in ea positione est vna chymæra, nempe; creatura non connexa essentialiter cum Deo: hoc enim iam ostendimus implicatorum esse. Et quidem eodem argumento probares, hominem non rationalem de se capacem, vt efficiatur, esse possibilem, quia si quicquam valet argumentatio tua, per talen capacitatē distingueatur ab omnibus chymæris, quia omnes sunt de se incapaces, vt producatur. Quod, si dicas eum hominem in ea in hypothesi esse unam ex chymæris, esque hominem in ea positione capacem ex se, vt efficiatur, quia sic ponitur, & incapacem de se, vt efficiatur, quia talis homo est chymæricus. Satisque est ad rationem chymæræ esse de se incapacem, vt efficiatur, & vt existat, quamvis aliunde singatur capax,

ide dicito tuo argumento. Hæc dixerim iuxta cōmunē modum percipiēdi chymæras. Nam iuxta modū alium satis probabilē, chymæræ, vt tales nihil habet de se intrinsecè. Vnde quamvis de illis, vt sic sumptis verificetur hæc negatiua: Non habent ex se intrinsecè capacitatē, vt existat, nō tamen hæc affirmatiua. Hæbent intrinsecè capacitatē, vt existant. Sed de hoc alibi.

11 Deinde ad argumētū principale, transmissio antecedente, negari potest cōsequentia. Quia licet connexioni cōtrariorū cū Deo sit fundamentū sufficientissimū ad probandū Deū cognosci in cōtrariis, non tamē vnicū, & omnino necessariū. Nam dato, quod cōtraræ nō connectantur essentialiter cū Deo; sed præcise habeant ex se capaces esse, vt efficiantur, si Deus sit possibilis, determinatæque non sint ad positionē eius conditionis; tamen, quia hæc ipsa capacitas, vt plenē ac perfectè intelligatur, concipienda est in ordine ad Deum indirecte cognitum, idē, præcīta connexione essentiali cōtrariorū cum Deo, manet locus fundādi cognitionē Dei in cōtrariis. Sic propositum ingrediēdi religionē, si Pater consentiat, neque cum consensu, neque cum ingressu connectitur; nequittamen plene percipi nisi in ordine ad hæc indirecte cognita. Sunt obvia plura exempla.

12. Obiecties secundò. Cognitio, qua Deus se cognoscat in creaturis debet esse cognitio, qua Deus se ipsum, & creaturas cognoscatur his tamen modis; & nō Deo, determinantibus ad eam cognitionem. At in Deo nulla est cognitio huiusmodi: ergo neque cognitio sui in creaturis. Minor probatur. Omnis cognitio diuina Deum attingens habet pro obiecto, Deum, & à Deo habet suum esse. Hoc autem, & non aliud est, Deum, vt obiectum determinare ait illam: ergo nulla est diuina cognitio de Deo, quæ, non Deo; sed solis creaturis determinantibus existat.

¶ Resp. Ipsa cognitione, qua Deus se cognoscit in creaturis, ita se Deus cognoscit, vt sit obiectum physice motuum eiusdem cognitionis, vt constat ex conditionibus, quas ad obiectum physicè motuum exigimus dñp. 3. cum hoc tamen stat, Denique eadem cognitione creaturas attingere terminatiū, & intentionaliter motiū, & se ipsam, propter illarum connexionem cum ipso, tangere indirectè, vt terminatum eius connexionis idq; est se cognoscere in creaturis.

13. Obiecties tertìo. Cognitio, qua Deus se cognoscit in creaturis est ad aquate comprehensissima Dei, vt dicimus cap. 3. ergo Deo se cognoscēs ea cognitione cognoscet rursus in se ipso se cognoscere in creaturis; quia etiā ipse me.

dīnē est aptum ad cognitionē illa-ruin: ergo iterum in creaturis sic cognitis se cognoscet, & in se cognito rursus creaturas, & sic in infinitum. Reip. Eadē indiuisa cognitione, qua Deus se cognoscit in creaturis, cognoscit creaturas in se ipso; non tamen opus est, vt à creaturis infre ipso cognitis regrediatur iterū ad se: hac enim noua regresione non aliud fieret, quam Deū cognoscere in creaturis, vt terminū connexionis ipsarum, quod iam ea cognitione præstū est independenter ab ea regresione. Causa deceptionis est, quod nos prædictam cognitionem diuinā explicantes, pluribus, & pluribus vocum circulationibus factis, similes circulationes ex fulta quadam imaginatione, scientiæ diuinæ affigimus.

14. Obiecties quartò. Impli- cat eadē cognitione attingi idē obiectum directè, & indirectè: ergo cognitio, qua Deus se ipsum directè cognoscēs attingit crea- turas, nequit esse cognitio, qua Deus cognoscens creaturas in ipsis attingat se ipsum indirecte. Respondeo. Äquiuosatio est in illa voce indirecte. Nam potest, vel significare non directe: & hoc modo cōcedo antecedēs, quod nihil aliud dicet, quā eadē cog- nitione nō posse obiectum cog- nosci directo modo, & non hoc modo. Vel potest significare in obliquo vt terminam alterius; & hoc

hoc modo iam vidimus num. 7.
eadem cognitione posse idem
objecum cognosci directè, &
indirectè.

CAP. III.

*An cognition, qua Deus se cognoscit in creaturis sit intuitiva,
& comprehensiva Dei?*

15 **S**i nomine cognitionis abstractiuæ significetur quælibet cognition attingens obiectum in alio obiecto siue physice, siue intentionaliter motiuo, siue terminatiuo, certū est, cognitionem Dei in creaturis, quippe, quæ Deū attingit in alic, esse abstractiuam; esto simūl intuitiva sit, de quo statim. Quare seclusis vocibus, difficultas re ipsa solū est, an ea cognition, adæquata expressione Deum exprimat, non solū, vt vnum, & omnipotentem, sed etiam, vt trinum, aeternum, immensem, & quantum ipse Deus cognoscibilis est. Affirmanti sententia semper subcripsi cum autoribus citatis cap. 1. Probatur primò. Cognitioni diuinæ Dei in creaturis non deest identitas cū aliqua perfectione diuina simpliciter simplici: ergo habet realē identitatem cum intuitione adæquata cōprehensiua Dei, quæ proculdubio est perfectio simpliciter simplex. At non haberet talem identitatem, si non

eslet adæquata comprehensio; sed inadæquata præcilio: ergo est adæquata comprehensio. Minor subiuncta probatur. Nam, vt ea cognition sit reuera inadæquata præcilio Dei, non sufficit nos posse illam concipere prout terminatam ad vnum prædicatum Dei, non cōcepta illa prout terminata ad aliud: quamlibet enim cognitionem diuinā, quantumcumque comprehensiua Dei, possumus ita concipere: ergo ad inadæquatam precisionē Dei, necesse est, ipsam cognitionem in se realiter esse inadæquata attingentiā Dei: at hoc est nō idētificari realiter cum adæquata comprehensione Dei: ergo, si sit inadæquata præcilio, non habet realē identitatē cū adæquata cōprehensione. Nec refert cōfugere ad asylū distinctionis virtualis. Nā ad perfectionē harum cognitionū necesse nō est distinguere virtualiter cognitionem Dei in creaturis ab adæquata cōprehensione Dei, vt patebit ex argumentorum solutione.

16 Secundò probatur. Pro illo signo, quo Deus se cognoscit in creaturis habet Deus essentiam diuinam præsentissimam, præsentia omnimodæ identitatis, suo intellectui. At essentia diuina præsentissima diuino intellectui, quæ aliunde cōnexa est cū omnibus veritatibus necessariis præsertim de prædicatis diuinis, est sufficiētiſimum deter-

minatium ad exprimendum
Deum secundum has omnes ve-
ritates: ergo pro signo, quo Deus
se cognoscit in creaturis habet
sufficiens determinatiū ad ex-
primendum omnia diuina: ergo
solū se exercet pro tunc cogni-
tione adæquata expressiua diui-
norū. Ut enim iterum dixi, non
potest non hoc modo se exer-
cere nisi defectu determinatiui.
Tertiò: potest Deus cognosce-
re se in creaturis cognitione, quę
sit adæquata comprehensio sui:
ergo sic se cognoscit in illis: sola
enim impossibilitas excludere
potest à Deo hunc modum cog-
noscendi, vt nō negant aduersarij.
Antecedens probatur. Quia
Deū se cognoscere in creaturis
attingēdo ipsas, vt connexas cū
Deo vno, dicit necessario cogni-
tionē Dei vt vnius, non verò ex-
cludit cognitionē Dei vt trini,
immensi, æterni, &c. quia licet
Deus ea cognitione se attingat
expressius, quam mediū exigat,
non tamen ideò non se attingit
tantum, quantū medium exigit:
ergo potest Deus se cognoscere
in creaturis cognitione adæqua-
tasui.

17 Denique res ipsa sub ad-
spectum ponitur exemplo iam
olim mihi peruio. Demus Pe-
trum loqui tecum de albedine,
quam oculis ipsis vidisti, cuius
proinde claram speciem habes,
non quidem repræsentatiuam
ipsius instar alterius rei; sed vt

est in se. Præterea loquatur
idem Petrus de albedine cum
Paulo à natuitate cæco, ideo-
que non habente speciem cla-
ram repræsentatiuam albedinis,
vt est in se; sed instar alterius
rei. Certe, si ipse cognoscas Pe-
trum, vt loquentem tecum de
albedine, concipis albedinem,
vt est in se vtens immediata spe-
cie, quam habes. At, si Paulus
cæcus cognoscat Petrum, vt
loquentem de albedine, non
concipiet albedinem, vt est in
se; sed instar alterius rei aliunde
perceptæ. Dicamus ergo. Quan-
vis Angelus cognoscens creatu-
ram, vt connexam cum Deo,
non ideo concipiatur Deum ex-
pressione adæquata, quia non
est instructus principijs, quę
cognitioni, quam formet de
Deo rationem adæquatæ ex-
pressionis exhibeant; tamen ipse
Deus cognoscens creaturam, vt
connexam cum ipso, se cog-
noscit adæquata expressione
sui: quippe habet sibi præsen-
tissimam diuinam essentiam,
cum omnibus veritatibus diui-
nis strictissimè connexam, de-
terminantem Deum ad sui adæ-
quatissimam expressionem.

18 Obijcies priuò. Deum
cognosci in creatura est Deum
cognosci, vt terminum conne-
xionis, quę habet creatura cum
ipso: ergo in creatura præcisè
cognoscit De illa sua prædicata,
cū quibus creatura connectitur.

Cum

Cum igitur creatura connectatur præcisè cum unitate, & omnipotentia Dei; non cum Trinitate personarum, certè in creatura cognoscet præcisè Deus suam unitatem, & omnipotentiam; non vero Trinitatem, & consequenter ea cognitio, respectuè ad Deum cognitum erit præcisio; non autem adæquata expressio. ¶ Hoc argumentum, falsa suppositione, & hac admissa, laborat æquiuocatione. Falso supponitur, creaturem non connecti cum Deo, ut trino: connectuntur enim cum Deo vero, de cuius ratione est ipsius essentiam determinatam esse, ut habeat triplicem personalitatem. Sed de hoc alibi. Iam hac suppositione admissa, est equiuocatio. Nam aliud est, prædicta cognitione, solum omnipotentia cognosci cum hoc addito in creatura; & aliud ea cognitione, omnipotentiam cognosci solum absolute. Primum est verum in ea suppositione, quia tunc, solum omnipotentia est terminus connexionis, quæ est in creatura, & in hac cognoscitur solum terminus suæ connexionis. Secundum est falsum. Nam ut ea cognitione cognosceretur omnipotentia solum absolute, opus erat, ut neque ratione prædictæ connexionis, neque alia ratione talis cognitione exprimeret cetera diuina: cuius falsitas constat satis ex nostris probationibus.

Cum igitur, ut ea cognitione sit præcisio respectuè ad Deum cognitum, necessè sit, ut absolute non attingat expressè cuncta diuina, fit planè, non esse talè præcisionem.

19 At obijcies secundò replicans contra solutionem. Ergo prædicta cognitione sumpta præcisè prout est cognitione Dei in creatura non est adæquata expressio Dei; sed præcisio. Nam, ut sic habet solum exprimere Deum, ut unum, & omnipotentem; non vero ut trinum. Respondeo, eam cognitionem, ut sic sumptam, non esse adæquata expressionem Dei præcisè ex modo nostro concipiendi, quia concipimus illam conceptu præscindente ab eo, quod sit adæquata expressio Dei: nō enim est adæquata expressio Dei, prout præcisè Deū attingit in creatura; sed prout est Dei intelligentis sufficientissimè determinati, ut per illam cognitionem exprimat omnia diuina, & ab hac ratione præscindimus sumentes eam cognitionem præcisè prout attingit Deū in creatura. Ex quo non sit, eam cognitionem in se esse positivè præcisionem circa Deum; sed tantum in quadam consideratione non concipi à nobis, ut expressionem adæquatam, quæ est præcisio nostræ cognitionis; non diuina. Sic, si cognitionem, qua Deus exprimit adæquate Petru, & Paulini, sumas, ut præcisè at-

tim

tingentem Petrum, certe talis cognitio diuina non erit in se ipsa inadæquata expressio eius binarij; sed tuo modo conipiendi erit inadæquate concepta.

20 Sed contra obijcies tertio. Ergo quod determinat Deum, ut prædicta cognitio sit adæquata expressio Dei, non est præcisè connexio Dei cum creatura; sed partim huiusmodi connexio; & partim ita diuinum intellectum sibi habere præsentissimam essentiam Dei, ut quacumque cognitione Deum attingat non possit non attingere adæquata expressione diuinorum. Resp. concedendam esse consequentiam. Sicut enim adæquata radix, cur cognitio diuina creaturæ attingens, ut connexa cum Deo, sit cognitio increata, & eterna Deum indirecte attingens in creatura, non est præcisè conexio creaturæ cum Deo; sed partim hæc conexio; & partim Deum esse determinatum, ut solù cognoscat cognitione increata, & eterna ita in nostro casu proportione seruata. Sicut etiam radix cur beatus clara, & supernaturali visione Deum cernat, non est præcisè vis nativa intellectus; sed ut coniuncta cum lumine gloria, & cum Deo præsentissimo tanquam obiecto.

21 Sed contra obijcies quartò. Ergo Deus non se cognoscit expressione adæquata per cognitionem, quæ sit præcisè Dei cogniti in creatura; sed Dei cog-

niti in creatura, & simul cogniti in se ipso. Probatur consequentia. In illo se cognoscit Deus per expressionem adæquatam sui, quod est obiectum eius expressionis determinans ad illam. At tale obiectum non est sola creatura; sed complexum ex creatura, & essentia diuina præsentissima intellectui Dei: ergo non est expressio adæquata Dei cognitio, quæ præcisè sit cognitio Dei cogniti in creatura. Respondeo, hoc argumentum habere vitium falsæ suppositionis. Falso namque supponitur, cognitionem aliquam Dei in creatura, esse præcisè cognitionem Dei in creatura. Quælibet enim cognitio Dei in creatura est simul cognitio directa Dei in se ipso, physicè, vel intentionaliter inveniente ad cognitionem sui. Quare respectu cuiuslibet cognitionis, Deus se ipsum attingit, habet Deus conditiones omnes, quas ad obiectum formale excimus disp. 3. & non est, cur Deus eadē cognitione, qua se indirecte cognoscit in creaturis, non attingat se directe exprimēs adæquatè seipsum propter sui veritatem adæquatam.

22 Sed contra obijcies quintò. Creatura, ut connexa cum Deo praescindendo à determinatione Dei non se attingendi, nisi per expressionem adæquatam sui, determinat ipsum Deum, ut se cognoscat: nequit enim stare, Deus cognoscere creaturam, ut con-

connexā cum ipso; & non cognoscere se ipsum. At creatura in ea præcisione sumpta non determinat Deū, vt cognoscat te ipsum expressione adæquata sibi: ergo, vt cognoscat te ipsum expressione inadæquata, seu præcisione. Resp. Concessa majori, distinguo minorem. Non determinat adæquate Deum, vt cognoscat se ipsum expressione adæquata, concedo minorem. Non determinat inadæquatē, nego minorem; & nego consequētiā. ¶ Explicatur. Considera Deum infinitum, & eternam, determinatum ad cognoscendam possibiliter Petri, ac deinde sume Deum præcisē, vt determinatū ad cognitionē eius possibilitatis abstrahēdo ab eo quod sit infinitus, & eternus. In hac præcisione non est Deus determinatus ad cognitionē creatam, & temporalem, sed habet determinatum, quod non adæquate se solo; sed, vt cōiunctū cuius infinite, & eternitate Dei determinat ad cognitionē possibiliter increatam, & eternam. Similiter considera intellectum beati instructum lumine glorie, habentemque Deum sufficenter applicarum per modum obiecti, vt clara visione supernaturali percipiatur. Certe, si tunc præcisē sumas viam natuam intellectus, non sumis principium in ea præcisione adæquate determinatum ad supernaturalem

visionē Dei; non tamen idcirco sumis principium tunc determinatum ad cognitionē naturale non intuituam Dei; sed sumis id, quod non se solo; sed coniun. Etum cum alijs determinat ad supernaturalem intuitiōnē. Similiter ergo: creatura, vt cōnexa cum Deo præcindendo à determinatione Dei; no aliter quam adæquate se exprimendi, nō sufficit in ea præcisione, vt determinet Deū ad adæquatā expressionem Dei; non tamen determinat ad inadæquatā expressionem, vel præcisionem; sed habet vim inadæquatā determinandi ad expressionē adæquatā, quatenus ea creaturæ connexio, nō se sola; sed cōiuncta cum determinatione Dei nō aliter se exprimēdi quam adæquate, determinat ad expressionem adæquatam.

CAP. IIII.

Diximus quaedam dubia.

23 **D**ubitabis primò. An Deus te cognoscat propter creaturas? Resp. concedendum esse, in sensu, quo explicamus disp. 4. cap. II. cognitionē unius propter aliud. Nam Deus, in eo tentu se cognoscet propter creaturas, si unico individuali actu se cognoscet hoc modo: *Quia existunt creature, que non possunt existere sine me, ego etiam existam.* Ly autem, quia solūm denotat, crea-

creaturas esse rationem à posteriori diuinæ existentiæ, & assensum ita tendere in Deum, ut explicet apparentiam creaturarū, vt essentialiter cōnexarum cum existentia Dei esse Deo rationē assentiendi diuinæ existentiæ. At hic actus, ita explicatus, nulli difficultati subiacet, quæ superata non sit; tum ex dictis de obiecto formalí intentionali; tum etiam ex dictis de cognitione Dei in creaturis: ergo modus iste cognoscendi, ut potè nullam dicens imperfectionem concedendus est Deo.

24. Dubitabis secundō. An Deus se cognoscat ex creaturis? Hoc est, an cognoscat suam existentiam cognitione deducat per modum conclusionis ex cognitione creaturarū? Affirmat Magister Albiz disput. 3. sect. 3. P. Ribas disp. 3. cap. 4. & nonnulli RR. Negant P. Herice disput. 4. cap. 3. P. Arriag. disp. 18. sect. 3. subl. 2. & cōmuniter alij Theologi: & hæc negatiua sententia videtur satis clara D. Tho. q. 14. a. t. 7. in corpore: miliq; videtur vera. Probatur. In illo signo, quo Deus attingit creaturas, ut cōnexas cum ipso Deo, assentitur directe Deus suæ existentiæ propter se, & propter creaturas: ergo non differtur usque ad signum posterius assensus diuinus directe præstitus existentiæ Dei: ergo hic assensus non est cognitio deducta per modum conclusio-

niæ ex cognitione creaturarum: cum ad hoc sit opus, vnam cognitionem esse posteriorēm alia. Antecedēs probatur. Sicut Deus quia summe intellectualis non potest nō intelligere obiectum, vbi primum est verum; ita quia summè promptus ad quemlibet modum cognoscendi non dicētem imperfectionem, nō potest non habere talem modum cognoscendi, vbi non sit impedimentum ex patte cognoscibili-tatis obiecti. At impedimentum hoc non est, quomodo Deus assentiat suæ existentiæ propter se, & propter creaturas pro signo, quo ipsas cognovit, ut cōnexas cum Deo. Nam in eo signo, & Deus habet suam existentiā sibi præsentissimā, & connexionem creaturarū cum Deo clarissimè sibi apparentem: quæ sunt requisita ad assentiendum directe suæ existentiæ propter ipsam, & propter creaturas: ergo in signo dicto Deus habet huiusmodi assensum.

25. Dices. Tametsi Deus in prædicto signo præbeat directe assensum suæ existentiæ propter ipsam, & propter connexionem creaturarum cum ipsa; rursus tamē assensu alio distincto, & posteriori derivato ex primo assentiri eidem existentiæ, quia in hoc posteriori assensu non appetat imperfessio. Sed contra est pri-mo. Quia similiter posset addere aliud tertium assensum deri-uatum

uatum ex secundò; & alium aſſenſum diſtinctum à primo cum ipſo tamen ſimultaneum: cuius ſequelæ viſ explicatur. Quia pri- muſ aſſenſus clarissimè, & direc- tè aſſentit exiſtentia Dei. At nihilominus ſuperuenit ſecun- dus abſque alio munere, quām ſuccedere ad priuū: ergo po- terit dari aliis abſque alio mu- nere diſtincto à munere ſecūdi, quām ſuccedere ad ſecundū, & aliis abſque alio munere, quā comitari priuū. Secundò. Quia diſtinctio, & deriuatio à priori aſſenſu non ſunt conce- denda præcisè propter ſe; fed propter aliā perfectionē actus, quæ ſine iſpſis ſtare non po- teſt: alias ubiuiſ licet ponere actus ſuccedentes, & diſtinctos. At po- ſito, quod prior aſſenſus direc- tè, clareque aſſentiat exiſtentia diuinæ propter ſe iſpſam, & propter conneſſionem crea- turarum cum iſpſa non eſt excogi- tabilis perfectio aſſentiendi exiſtentia Dei propter quam perfe- ctionem exiſgatur nouus aſſenſus præſtitus exiſtentia diuinæ deriuatus, & diſtinctus à priori: ergo.

26 Hinc apparet, quānam imperfeſtio ſit in aſſenſu præſti- to direc- tè exiſtentia Dei dedu- cto ex aſſenſu præſtitio creaturis, ut conneſſis cum Deo. Primò, eſte chymæricum: quia talis eſt aſſenſus diuinus, qui ſupra alium diſtinctum ab ipſo, nihil aliud ha-

bet, quā ab eodem diſtingui, & ptocedere. Secundò. Quia talis aſſenſus argueret intellectū diui- num non eile ſummè promptū ad querilibet modum cognofi- cendi ſine imperfectione verita- tem. Nam, iſi habet pro priori quemlibet modum cognofi cedi ſine imperfectione exiſtentiam Dei propter ſe, & propter crea- turas, non deducitur pro poſte- riori ſimilis aſſenſus. Si autē non habet illum pro priori non eſt ſummè promptus, & quaſi illum- mè velox ad cognoscendum, vt patet ex num. 24.

27 Obijcies. Deus po- teſt pro vno ſigno intendere finem; & pro ſigno poſteriori eligere talia media determinata ex varijs me- dijs, que ſufficiunt ad confe- cutionem finis: ergo ſimiliter po- terit pro vno ſigno cognofe- re creatures, ut conneſſas cum exiſtentia Dei, & pro ſigno po- ſteriori deducere ex hac cogni- tione aſſenſum direc- tè præſti- tum exiſtentia Dei. Conſirma- tur. Po- teſt ex cognitione diuinæ bonitatis exiſtē pro priori ſub- ſequi pro poſteriori eiusdem bo- nitatis amor: ergo ex cogni- tione conneſſionis creaturā cum Deo po- teſt ſubſequi pro poſte- riori aſſenſus circa exiſtentiam Dei. ¶ Conceſſo antecedente, nego conſequentiam. Diſcrimē eſt, quia ex una parte eligere de- terminatè hæc media præ illis addit modum tendendi circa

media non inclusum in intentione finis, quæ neque directè, neque determinatè respicit hæc media præ illis, & aliundè Deus potest pro sua libertate nō se determinare pro signo intentionis ad determinatam electionem mediorum. At assensus præstitus directè diuinæ existentiæ, neque modum habet tendendi circa Deum non inclusum in cognitione diuina creaturarum prout connectuntur cum Deo, neque Deus potest pro sua libertate differre ad signum posterius assentiri suæ existentiæ directè, eo quod intellectus diuinus sit facultas necessaria summi prompta ad intelligendum, & aliundè potest pro priori tamen assensum habere. Recognosce num. 24. ¶ Ad confirmationem respondeo. Primo, mihi probabilissimū est, Deum cognoscere suam bonitatem, nō posse suum amorem differre ad signum posterius; sed potius se amare per amorem etiam virtualiter identificatum cum cognitione. Sed de hoc suo loco. Secundo. Amor diuinæ bonitatis, si distinguitur, & subsequitur virtualiter ad diuinam cognitionem; ideo est, quia diversimodè tendit in bonitatem Dei, ac intellectio diuina, & ex sua natura est actus acquiescēdi propensiōni, quam habet cognitionis bonitatis diuinæ ad inducendū amorem, id quod difficulter in-

telligitur absque distinctione, & subiecutione virtuali amoris ad cognitionem.

28 Obijcies secundò difficultius. Deus pro signo priori ad iudicium absolutum de existentia consensus liberū habet hos duc̄s actus intellectus. Si ego decernam Petro auxilium A. consentiet. Video me decernere Petro auxilium A. ¶ At iudicium absolutum de existentia consensus liberū subsequitur ad predictos actus: ergo Deus cognoscet absolute existentiam consensus assensu deducto ex alijs tendentibus ad obiectum cōnexum cum existentia absoluta consensus: & consequenter non repugnabit intellectui diuino assentiri vni veritati ex alia. Hec secunda cōsequentia patet, priorque manifesta est. Nam hoc obiectum. ¶ Si decernam Petro auxiliū A. consentiet, decernoque Petro tale auxilium. ¶ connectitur infallibiliter cum existentia cōsensus: quare, si iudicium de existentia consensus subsequitur ad cognitionem illius obiecti, nihil deest, ut tale iudicium deducatur ex cognitione tendente circa obiectum connexum cum existentia consensus. Maior, quid attinet ad primū actum intellectus patet. Quia Deus ante decretum auxiliij, & consequenter ante cōsentum ortum ab auxilio, cognoscit, quid eueniet, si decernat auxiliū: ponimus autē sub ea hy-

pothesi futurū esse consensum: proindeque , ante decretū auxiliij, cognoscit Deus, quod erit cōsensus, si auxiliū decernat. Jam verò, Deū cognoscere ante cōsensum se decernere auxilium, probatur ex dictis in hoc capite. Nam ante cōsentum decernit auxilium. Sed hoc ipsum decretuī, p̄fētissimum intellectui diuino, est sufficiens determinatiū, vt cognoscatur à Deo: ergo ante cōsentum est sufficiens determinatiū, vt cognoscatur p̄dictū decretū. Non ergo differetur cognitio decreti ad signū posterius ad decretū; imo potius nō erit cur nō identificetur virtualiter cum decreto.

29 Porro autē minor primi syllogismi, nempe iudiciū abolutum de existentia cōsentus liberi, subsequi ad p̄dictos actus probatur. Nam hoc iudiciū non est in signo illius scientiæ conditionata: quia illud signum indifferens est, vt consensus existat, & non existat abolutè. Nō autem sic indifferens est signum iudicij absoluti de existentia consensus, cum tale iudiciū incōposibile sit cum carentia consensus. Deinde tale iudiciū non est in signo cognitionis diuinæ de existentia decreti cōferentis auxilium. Nam scientia eius decreti est in signo ipsius decreti, imo virtualiter indistincta à decreto. At iudicium abolutum de existentia consensus non est in signo decreti; ergo

neque in signo cognitionis de existentia decreti. Minor probatur. Nam iuxta ea, quæ stabilita sunt tract. de p̄destinatione, signum decreti auxilium cōfrentis, & p̄requisiti ad cōsensum, est signum indifferens, vt existat, & non existat consensus. At signum iudicij absolute existentia consensus non ita indifferens est; sed inconiungibile cam carentia consensus: ergo hoc iudicium de consentia non est in signo illius decreti. Cum igitur iudicium de consensu non sit in signo p̄dictorum actuum, restat, vt sit in signo subsequi ad ipso.

30 Huic argumento, multis ab hinc annis à me proposito, concedimus Deū ante existentiā abolutam consensus liberi procedentis ab auxilio A cognoscere, fore, vt detur cōsentus, si decernat auxilium A. itemque cognoscere se decernere auxiliū A. Rursus cōcedo iudiciū de existentia absoluta cōsentus, neque existere in signo illius scientiæ conditionata scorsim sumpto; neque in signo scientiæ de existentia eius decreti scorsim etiam sumpto: nam hæc omnia protinus satis argumento facta. Nego tamen iudicium de existentia aboluta consensus subsequi ad signum utriusque illius scientiæ cōiectim acceptarū, prout opus erat, ad hoc vt iudicium de cōsensu deduceretur ex notitia ob.

objeci connexi cum consensu.
 ¶ Et ratio est. Quia vbi diuinus intellectus , summè perspicax, promptus , & velox,cognoscit, & voluntatem consensuram , si decernatur ipsi auxilium A, taleque auxilium ipsi decernit , nō est cur æquè primò non cognoscat absolutè , consensuram esse voluntatem. Vnde , saluo meliori iudicio, mihi videtur dicendum tanquam verius, & conformatius nostris principijs, iudicium absolute existenti a absolute consensus constare ex dupli formalitate cognitionis virtualliter distinctis , alia cognoscente veritatem conditionatam ; alia cognoscente purificationē conditionis, ita vt neutra formalitas sit adæquate prædictum iudicium , illudque adæquate stet in utraque formalitate cōiunctim sumptis. Quemadmodum iuxta sententiam Petri Hurtado de Médoza, plurimumque aliorum, cognitione includit in nobis , partim representationem obiecti unitam animo, & partim actionem immanentem, per quam à nobis in nobis ipsis physicè producatur. Et quidem pro cognitione absolute consensus superaddere in Deo tertiam aliā formalitatem indiuisibilē, virtualiter distinctam , & procedentem à prioribus, non video, quomodo exigatur ad diuinam in cognoscendo perfectionem.

31 Dubitabis ultimò. Quo

paecto Deus in vna creatura cognoscat aliam ? Respondeo. Eo modo quo Deus le cognoscit in creaturis: Nam eadē ratio, quæ est , vt Deus in creaturis conexis cum ipso se videat; est etiam, vt in vna creatura connexa cum altera videat hanc alteram. Secundò addo. In creatura inconnexa cum alia ; tamen relata ad illam , cognoscit Deus hanc aliā saltē per simplicem intelligentiā. Ratio est, quia iudicium probabile , quo Petrus iudicat existere gratiam in Paulo, licet non connectatur necessariò cum gratia Pauli; tamen representat gratiā, vt existentem in Paulo: ergo nequit Deus tale iudicium videre perfectè , vt est in se , nisi videns ipsum , vt representans existere gratiam in Paulo, & consequenter videns , terminum esse talis iudicij existentiā gratiæ in Paulo. At hoc est in eo iudicio probabili cognoscere existentiam gratiæ in Paulo, saltē per simplicem intelligentiam : ergo Deus in vna creatura relata ad aliam , inconnexa tamen cum illa, cognoscit hanc modo dicto.

32 Addidi primò per simplicē intelligentiam. Sicut enim stare potest hoc iudicium probabile; & non existere gratiam in Paulo ; ita etiam , stante eo iudicio probabili, potest Deus non iudicare gratiam existere in Paulo, quia Deus non iudicat existere, quod non existit. Cognoscit tamen

men Deus in eo iudicio gratiam Pauli saltem intelligentia simplifici; quoniam eo iudicio viso, talis gratia obicitur intellectui diuinio non videnti ipsam, ut existentem extra se: & in hoc stat versari circa ipsam per simplicem intelligentiam, de quo infra. Addidi secundo *saltem*. Quia potest Deus eodem actu, quo videt, ut existens meum iudicium probabile de existentia gratiae in Paulo videre gratiam existentem in Paulo, nimirum si & quia est primò, ac datur determinatum intellectus diuini, ut videat tale iudicium, ut existens, detur etiam, ut videat gratiam existere in Paulo, iuxta dicta in superioribus in simili.

DISP V T. VI.

De possibiliitate creaturarum.

Notitia diuina possibilium nequit bene percipi, natura possibilitatis ignota. Oportet ergo hanc disputationem praemittere.

CAP. I.

Stabiliuntur nonnulla.

IN hac disputatione precepimus, aperiemus, quid nobis videatur verum. Sed, ut melius ea veritas aliorum ani-

mis ingeratur, nonnulla libabimus ex metaphysica ubi notauimus authorum, quos adducimus, loca. Statuo primò, Possibile posse bifariam sumi. Primò subiectiuè, & est illud, quod potest existere. Secundo formaliter, & est forma, vel quasi forma, per quam constituitur in ratione potentis existere. Primum dici potest *Possibile*. Secundum *Possibilitas*. Statuo secundo, non esse duo extrema realiter distincta, quod est possibile, & quod per existentiam exercitam redditur existens. Id enim, quod existit potest existere, & cui ante existentiam conueniebat posse existere, iam existit, quando habet existentiam; alias non habent existentiam possibilia; sed impossibilia, quod quis dicat?

2. Statuo tertio, possibilitatem aliquam creaturæ possibilis esse necessariā. Est concors omnium mens. Nam et si creaturæ indifferentes sint, ut existant; & non existant; non tamen, ut implicent, & non implicent contradictionem, in quo stat, ut videbimus esse possibles; aut impossibles. Quis enim dicat hominem, v. g. idemque dicit de quo quis possibili, posse contradictionem implicare? Deinde veritas haec potest hoc modo manifeste probari. Impossibilitas hominis, v. g. repugnans est: ergo possibilitas hominis est necessaria. Illud enim est necessaria.

tiō possibile, cuius impossibili-
tas repugnat. Antecedens pro-
batur. Repugnat carentia neces-
taria hominis. Igitur etiam im-
possibilitas hominis. Consequē-
tia est certa. Quia cum impossibi-
litas careat necessaria existentia,
certissimum est, si alicuius im-
possibilitas non repugnat, non
repugnare carentiam necessaria-
riam ipsius. Antecedens proba-
tur. Non existit actu carentia
necessaria hominis: alioquin ho-
mo non esset possibilis. Non
enim est possibile, quod neces-
sario caret existentia. Ergo talis
carentia necessaria repugnat.
Nam, ut notissimum est, neces-
sarium eo ipso, quod non repug-
net, existit.

3 Statuo quartō. Sicut sunt
duę quæstiones non confunden-
dæ, quid sit metaphysicè loquē-
do rem durare; & in qua entita-
te physica ponenda sit duratio
rei, an in ipsa rei entitate, ita, ut
physicè nihil sit distinctum ab
ipso re durante, an in modo in-
trinsicè ipsi rei affixo, an in de-
nominatione extrinseca, vel à
tempore fluente, vel à decreto
Dei æterno? Ita similiter duę
quæstiones non permiscendæ
sunt, quid sit metaphysicè lo-
quendo rem esse possibilem, &
in qua entitate physica sit ponē-
da possibilitas rei, an sit physicè
indistincta ab ipsa re possibili, an
aliqua carentia ab omni ente-
potiuo disfuncta, an denomi-

natio extrinseca à prædicatis
diuinis, & à quibus? Satuo quin-
tò conuenire apud omnes, pos-
sibilitatem rei metaphysicè lo-
quendo, non esse aliud, quam
talem rem, neque formaliter,
neque illatiuè ex tua ratione es-
sentiali. (id est ex prædicatis di-
rectè significatis per definitio-
nem essentialē ipsius) impli-
care contradictionem. Est dice-
re: tametsi ponamus existere
prædicata, quæ per essentialē
rei definitionem directè signifi-
cantur, non inde dabitur occa-
sio, ut nobis legitimè proben-
tur duo cōtradictoria. At in qua
entitate physica ponēda sit eius-
modi possibilitas rei, magna cō-
trouersia est.

4 Statuo sextō, creaturarū
essentialias, antequā existant, nul-
lum absolutè habere esse quiddi-
tatiuum, & intrinsicum, per
quod possibles sint. Hoc est cō-
tra Henric. Aegidium, Rom. Ca-
pietan. Nonnullos Thomist. Basiliū Legion. Albertin.
Granad. Hemelm. At nostra sen-
tentia est communissima, reli-
querumque Societatis Autho-
rum. Omissis multis probatio-
nibus ab absurdis, de quibus in
metaph. Probatur primō. De fi-
de est essentialias creaturarum nō
extitisse ab æterno. At extitisse
ab æterno, si vt aduersari
volunt, ab æterno haberent,
non solum esse potentiale in
causa; sed esse actuale, intrinse-
cum.

cum, & absolutum in se ipsis: ergo non habent hoc esse ab aeterno. Minor probatur. Tum ex D. Tho. 1. p. quæst. 5. art. 1. ad primum, illis verbis: Secundum hoc simpliciter aliquid dicitur ens, secundum quod primò discernitur ab eo, quod est in potentia tantum. Tum ex eodem D. Tho. 3. p. q. 10. art. 3. in corp. Dupliciter aliquid dicitur ens: uno modo simpliciter, quod scilicet est in actu; alio modo secundum quid, quod est ens in potentia: ergo, si essentijs ab aeterno copiat, non solum esse potentiale in causis; sed actuale intrinsecum in se ipsis, sunt ab aeterno enīa simpliciter, & consequenter existentia, quidquid verbis adere placeat.

5 Tum etiam. Quia non est aliud existere, quam intrinsecè actualiter esse in se ipso: ergo si essentiæ ab aeterno sunt actualiter in se ipsis ab aeterno existunt. Antecedens probatur primò: quia non alia ratione Deus existit, nisi quia est actualiter in se ipso. Secundò, quia non est ex cogitabilis alius effectus formalis existentiæ, ut sic, prout complectitur diuinam, & creatam. Tertiò, quod extrinsecè est in potentia factua sui, in cognitione, & amore, nimirum quia potest fieri, quia cognoscitur, & amatur, excludit non esse simpliciter talis potentiae, cognitionis, & amoris: ergo quod intrinsecè est in se ipso excludit non esse

simpliciter in se ipso. At existere non est aliud, quam esse in statu excludente non esse simpliciter sui in se ipso: ergo non est aliud, quam intrinsecè actualiter esse in se ipso.

6 Probatur secundò nostra sententia communi argumento semper efficaci. Tam necessaria veritas est hæc: Existentia hominis est ratio formalis reddendi hominem existentem, quam ista: Homo est animal rationale. Item: tam necessaria est hæc: Existentia hominis de se non implicat contradictionem, quam hæc: Homo de se non implicat contradictionem. At priores veritates non arguunt in existentia duo esse actualia; alterum necessarium, aeternum, & essentiale; alterum contingens, temporaneum, & existentiale: quia in hoc secundò rediret idem argumentum, & abiremus in infinitum: ergo posteriores veritates non arguunt in homine duo illa esse; alterum necessarium, & aeternum; alterum temporaneum, & contingens. ¶ Resp. Albertin. Ut existentia non repugnet, non est opus ponere ex parte ipsius non repugnantiæ intrinsecæ, necessariæ, & aeternæ; sed satis est ponere illam ex parte essentiæ. Nam eo ipso, quod homo, videtur non repugnans, existentia hominis est non repugnans. Si enim repugnaret existentia hominis, repugnaret homo, cum id repugnet, quod existere nequit.

7 Sed contra est primò. Nam etiam eo ipso, quod non repugnat existentia hominis, non repugnat homo: ergo gratis ponitur potius non repugnantia ex parte essentiæ, ut non repugnet existentia, quam non repugnantia ex parte existentiæ, ut non repugnet essentia. Secundò. Sicut intrinsecè non repugnante essentia, necesse est, non repugnante existentiam; ita intrinsecè non repugnante decreto efficaci Dei, circa existentiam hominis necesse est, neque essentiam; nec existentiam hominis repugnare: ergo sicut propter primum, non repugnantia existentiæ ponitur sufficienter in intrinseca non repugnantia essentiæ; ita propter posterius non repugnantia essentiæ, & existentiæ ponetur sufficienter in intrinseca non repugnantia prædicti decreti. ¶ Si dicas: non repugnantiam essentiæ, & existentiæ hominis præsupponi ad non repugnantiam intrinsecam prædicti decreti, quia ideo Deus potest efficaciter decernere hominem, quia neque essentia, neque existentia ipsius hominis repugnant. Contra est. Peto namque, vtrum causalis hæc. Homo est possibilis, quia nō repugnat existentia ipsius. Sit vera in sensu causalí stricto denotante non repugnantiam existentiæ præsupponi ad possibilitatem hominis. Si affirmes: ergo possibilitas ho-

mīis non est non repugnantia existentiæ hominis; sed hanc præsupponit non repugnantiam. Si neges: ergo sicut necesse non est præsupponi non repugnantiam existentiæ ad non repugnantiam essentiæ; ita necesse non est præsupponi non repugnantiam essentiæ; & existentiæ hominis ad non repugnantiam decreti efficacis diuini circa hominem. ¶ Tertiò impugnatur Albertinus ad hominem. Per te, quia hæc enuntiatio. Homo est animal rationale. est necessariæ veritatis, & enuntiat de homine suam rationem intrinsecam, & essentiale, debet homo quoad essentialia ipsi; licet non quoad existentialia, necessarius esse, & non sufficit necessitatem pone-re in aliquo alio distincto à prædicatis essentialibus hominis: ergo, quia hæc enuntiatio. Existentiæ est ratio formalis existendi. est necessariæ veritatis, & enuntiat de existentia suam rationem intrinsecam, & essentialem, debet existentia quoad rationem sibi intrinsecam, & essentialem esse necessaria; & non sufficit necessitatem posse in essentia hominis condistincta per te à ratione formalis existendi. Nunc ista sufficientia contra hanc sententiam. Qui

plura velit adeat au-

thores nostros.

CAP.

CAP. II.

Statuuntur alia.

8 **S**TATUO SEPTIMÒ POSSIBILITAS NECESSARIA CREATURÆ RUM NON CONSISTIT IN QUADAM CARENTIA NECESSARIA CONDISTINCTA AB OMNI ENTE POSITIUO. Sunt, qui dicant (facem prætulisse videtur P. Fôsêca lib. 5. metap. cap. 5. q. 1.) POSSIBILITATEM CUIUSLIS CREATURÆ CONSISTERE IN QUADAM CARENTIA NECESSARIA, AB OMNI ENTE POSITIUO CONDISTINCTA, CUIUS CARENTIA MUNUS SIT NECESSARIÒ EXCLUDERE, QUOD PRÆDICATA CREATURA POSSIBILIS CONTRADICTIONE IMPLICENT. OPPONITÙ TAMEN EST VERUM. PRIMÒ. Quia Deus poterit, & non poterit efficaciter nolle talē parentiā: ergo nō est necessaria; sed impossibilis. SECUNDA pars antecedentis est manifesta: nequit enim Deus habere decretum efficax necessariò frustrandum suo effectu: cuiusmodi decretū eset nolitio efficax obiecti omniorū necessarij. Prior pars antecedentis probatur. Potest Deus efficaciter nolle, quod summè distat ab infinita perfectione Dei. At ea parentia, quippe, quæ est expers omnis perfectionis entitatiæ summè distat ab infinita perfectione Dei: ergo potest Deus eam parentiam efficaciter nolle. MAIOR, quæ sola est difficultas robatur. Tum quia potest Deus quā-

libet creaturā positiuā efficaci-
ter nolle, quia qualibet creatura
positiuā, licet aliquā perfectiore
entitatiū importet; non tamen
omnem: ergo poterit à fortiori
qualibet parentiā ab omni posi-
tiuo cōdistinctā efficaciter nolle,
quia talis parentiā omni peni-
tus perfectione entitatiua nuda
est. Tum quia nulla entitas posi-
tiua distincta à Deo potest habe-
re prædicatū ratione cuius op-
ponatur cum libertate Dei ad
nolendā ipsam efficaciter: ergo
nulla parentiā distincta ab omni
positiuo potest habere necessi-
tatē, ratione cuius opponatur cū
libertate Dei ad nolendā effica-
citer eam parentiā. Sicut enim
ens posituum à Deo distinctum
eo ipso, quod sic distinctū, est im-
perfectum, proindeque dignum
nolitione efficaci Dei; ita parentiā
distincta ab omni positiuo,
caret necessariò omni perfectio-
ne entitatiua, proindeq; nequit
non esse longè potiori iure dig-
na nolitione efficaci Dei, & con-
sequenter nō necessaria; sed cō-
tingens. Et quidē nisi hoc princi-
pium fixum sit? Omne absolute,
& simpliciter ineuitabile à Deo est
Deus? non video quomodo
possit efficaciter impugnari, qui
dicat, non implicare creaturas
positiuas absolutè, & simpliciter
ineuitabiles à Deo.

9 SECUNDÒ. Parentia neces-
sariæ chymarum distinctæ ab
omni positiuo non requiruntur,

ut sint necessariò impeditæ chymæræ: ergo ad nihil requiruntur. Antecedens probatur. Entitas positiva necessaria Dei se ipsa reddit impeditam omnem chymærā: ergo ad impeditionē chymæræ non requiruntur prædictæ carentiæ. Probatur antecedens. Deus ex propria perfectione, proindeque se ipso necessitas est, ut nihil sit, nisi ipso volente, aut permittente. At quælibet chymæra, cum omnino impossibilis sit nequit esse, neque Deo volente, neque permittente: ergo Deus est necessitas, ut chymæra non sit. Necessestas autem ut chymæra non sit, est maximum omnium impedimentum, ut sit: ergo Deus ex suis intrinsecis est maximum omnium impedimentum, ut existant chymæræ, ac per consequens Deus se ipso reddit impeditas chymeras.

Huic argumento, quod valde firmatur ex dicendis disp.

7. occurs, Deum se ipso radicaliter; non se ipso formaliter reddit impeditas chymeras: quia Deus se ipso est necessitas, ut resultet carentia formalis ipsarum.

10. Hæc est radix deceptionis aduersariorum, qui male imaginantur, quoties verificatur propositio negatiua dicens aliquid non esse, eo ipso correspondere ex parte obiecti, tanquam veritatem eius, aliquid negatiuum ab omni positivo: cum

tamen satis sit ad verificandam propositionem negatiuam ens positivum, quod propter omnitudinem incoposibilitatè cum obiecto negato sit esentiale impedimentum ipsius. Cupio res ipsas magis introspici, quam consueto verborum sono fidem adhiberi. Urgeo sic. Deus per te se ipso est necessitas carentiæ chymæræ; licet non ipsa carentia. At necessitas ad aliquid est carentia possibilis ad oppositum: ergo Deus, tametsi ens positivum est carentia possibilis ad chymæram. Similiter, quia Deus se ipso est necessitas, ut ipse non moriatur, ut non careat existentia, ut non peccet, ut non mutetur, erit quidem quantum ens positivum carentia possibilis, ut moriatur, ut careat existentia, ut peccet, & ut mutetur; vel si solum radicaliter sit huiusmodi carentia, quia necessitas est, ut ipse resultet, redibit argumentum ad carentiam possibilis, ut non resultent, & abibimus in infinitum. Sicut ergo ipsa entitas positiva Dei per modum excludentis has chymæricas possibilites est carentia istarum possibilium; ita non obstante, quod sit ens positivum poterit se ipso esse formalis exclusio cuiuscumque chymæræ.

11. Hinc infertur harum carentiarum impossibilitas. Si enim tales carentiæ necessariæ non requiruntur ad excludendas chymæræ,

māras, erunt; & non erunt necessariæ in se ipsis. Primum: quia supponitur. Secundum: quia necessitas ipsarum, solum in eo nō potest, quod necessariò inferatur ex hac veritate necessaria. ¶ Necesse est deficere impossibilia. ¶ At ex hac veritate nō inferatur necessariò tales carētiae: nam ex ea veritate solum inferatur non esse impossibiliū, ad quod non requiruntur carentiæ distinctiones ab entibus positivis: ergo tales carentiæ nō sunt necessariæ. Scio pro firmitate plena argumenti facti, neesse esse probare, necessariam impossibilitatem impossibilium identificari cum Deo. Sed hoc præstabilis modius disp. seq. Modo fixum maneat, nihil esse omnino necessarium prater Deum: quia in sola summa perfectione nō potest summa necessitas quoad esse. Ab hac veritate primitus hominibus impresa lumen rationis non excidisset, nisi quibusdam speculationibus imaginarijs, minus accurate perpensis, obscuraretur.

12 Octauo statuendū est, possibilitatē necessariā creaturarū nō consistere in disiuncto ex entitate creata, & carētia defectibili ipsius, secundo quoquis alio, nō solum indeterminatè, sed determinatè necessariò. Declaratur id, quod excludimus. Defendimus iam olim disputationis gratia, quod postea RR. placuit, tri-

plicē saltē possibilitatem fortius quālibet creaturā possibilē, v.g. Petru, nimis, ipsum esse cōtingens Petri, carentia defectibile talis esse, ac denique disiunctū in eo consistens, quod, vel Petrus existat, vel defectibiliter nō existat. Primo. Ipsa entitas Petri cōtingens, est una possiblitas cōtingens Petri. Nam, cum entitas cōtingens Petri se ipsa nō implacet contradictionem, se ipsa est possibilis. Secundo. Ipsa defectibilis carentia Petri est alia possiblitas cōtingens Petri. Nā id est possibile, cuius carentia est defectibilis. Tertiò disiunctū ex esse Petri, & carētia defectibili Petri est Petri possiblitas, & possiblitas necessaria Petri. Possiblitas quidē. Nam, vel rem existere, vel eius carentia defectibilem, nequit cōpetere impossibilē, quia neque existunt, neque deficiunt per carentiam defectibilem; sed per indefectibilem, & necessariā. Id autem, quod propriū est rei possibilis, ut distincta ab impossibili, potest nō immeritò dici possiblitas rei. Possiblitas necessaria: quia cum sit necessarium, quodlibet esse; vel non esse, necesse est Petrum, vel existere; vel carere existentia.

13 Dicendum est ex hac ipsa speculacione inferri possibilitatē aliam rebus creatis extrinsecā, non solum indeterminatè, sed determinatè necessariam. Probatur. Necessitas indeterminata

Petri, vel cuius carentia defectibilis, est possibilitas Petri. At ea necessitas indeterminata talium extremonum est in se ipsa necessaria, non solum indeterminate, sed determinate: ergo datur possibilitas Petri determinatè necessaria, & consequenter extrinseca ipsi, quia quodlibet ipsi intrinsecum, non determinatè necessarium; sed determinatè contingens est. Maior huius discursus certa est iuxta speculationem traditam, quia predicta necessitas propria est possibilium, & impossibilibus repugnans. Minor quoad primam partem probatur. Datur indeterminata necessitas, ut Perrus existat, vel non existat, siquidem necessarium est Perrum existere, vel non. At ea necessitas non datur contingenter, quia posset non esse necessarium, vel Petrum existere, vel non existere; ac proinde posset dari casus, in quo non esset impossibile, sed possibile, neque Petrum existere, neque non existere, quod est chymaricū: ergo talis indeterminata necessitas datur necessario. Probemus iam secundam partem primæ minoris, nempē talem necessitatem dari necessariò determinatè.

14. Illud est determinatè necessarium, quod non solum est indefectibile simul cum alio; sed est indefectibile secundū se seorsim. Sic Deus est determinatè necessarius, quia non solum est

impossibile deficere simul Deū, & aliquid aliud; sed etiam est impossibile deficere Deum secundum se sumptum. Sic Petrus nō est determinatè necessarius; sed indeterminatè, indeterminatio ne versante circa ipsum; & eius carentiam: quia licet impossibile sit, Petrum simul cum ipsius carentia deficere; possibile tamen est, deficere Petrum secundū se sumptum. At prædicta necessitas indeterminata, est indefectibilis secundum se sumpta: ergo determinatè necessaria. Minor probatur. Non potest deficere, quod necessè sit Petru existere, vel non existere. Nam alioquin posset deficere hæc necessitas, & ea deficiente contingere posset, neque Petrum existere; neque non existere, quod est chymaricum. At non posse deficere, quod necessè sit Petru existere, vel non existere est necessitatem indeterminatam eorum extremonum esse secundū se indefectibilem: ergo secundum se indefectibilis est. Cum quo autem ente identificetur constabit ex dicendis in hac disputatione.

15. Nono statuendum est, possibilitatem necessariā creaturarum, non consistere in statu conditionato, vel quasi conditionato ipsis creaturis intrinseco, vi cuius creatura est extitura sine contradictione sub hac conditione si existat. Premo breuiter hoc.

hoc dileminat probationes alibi fusius traditas, loquendo de Petro possibili, & nunquam extituro. Vēi prædictus status conditionatus, *absolute*; & non solum conditionate existit; vel conditionate, solum sub conditione existentia Petri nunquam exercenda: Si dicatur existere *absolute*; & non solum conditionate: ergo non est intrisecus Petro, quia Petro, neque existente, neque extituro, nihil *absolute* datur intrinsecum Petro, ut esse est evidens. Si dicatur secundum, nempē solum conditionate dari, sub conditione existentia Petri nunquam exercenda: contra est. Possibilitas necessaria Petri non solum datur conditionate sub conditione nunquam exercenda; sed etiam datur absolute, immo est indefectibilis. At prædictus status datur per te solum conditionate, sub conditio- ne nunquam exercenda: ergo illa possiblitas, & prædictus status non sunt omnino idem.

16 Maior probatur primo. Nam alioquin Petrus non esset nunc possibilis; sed esset possibilis, si esset existēs. Nam id, cuius possiblitas non datur; sed dare tur, non est possibile; sed esset; si- cut id, cuius existentia non da tur; sed daretur, non existit; sed existeret. Secundo, quia possibilitas necessaria Petri erit necessaria, vt supponitur, & non erit necessaria; quia, quod actu deficit

non est necessarium, & indefectibile. At ea possibilitas actu deficit, quia per te non datur; sed datur, si daretur existentia, quæ nunquam exercenda est: ergo non est necessaria, & indefectibilis. Tertio. Quia tam *absolute* datur possiblitas Petri possibilis, quam *absolute* deficit impossibilitas eiusdem Petri: cum ex terminis ipsis manifestum sit, non esse aliud deficere impossibilitatem rei, quam dari possibilitatē. At impossibilitas Petri *absolute* deficit, & non solum deficeret, si daretur existentia Petri, quæ non est exercenda: ergo possibilitas Petri *absolute* datur; & non solum datur, si daretur existentia Petri nunquam exercenda.

¶ Minor patet, quia, si Petri impossibilitas non deficeret *absolute*; existeret *absolute*: nam modo, quo res non deficit, existit. At impossibilitas Petri, vt potè chymærica, non existit *absolute*: ergo deficit *absolute*. Confirmatur. Eo modo, quo non datur contradictoriū rei in rerū natura, datur res in rerum natura: quia, necesse est, rem esse, aut non esse: ac proinde quomodo deficit non esse datur esse. At, sicut contradicitorium rei, vt existentis est non existentia; ita contradictorium rei, vt possibilis est impossibilitas: ergo eo modo, quo non datur impossibilitas, datur possiblitas. Cum igitur impossibilitas Petri possibilis ab-

solutè deficiat; absolutè dabitur possibilitas. Vide num. 2.

17 Scio solutiones adduci, quæ verbis potius ludunt, quam re ipsa satisfaciant. Sed quia facile refutantur, penetratis terminis nostrorum argumentorum, & quia res est negotij metaphysici; potius quam Theologici, superedere duximus, hocnum animaduertentes, nimirum sub ea restrictione, & modo, quo faciuntur aduersarii prædicata Petri esse necessaria, possibilitatem Petri esse indefectibilem, & his similia; sacerdoti tenentur, sub eodem modo, & restrictione importari aliquid, quod non purè conditionate sit, & absolute de sit; sed quod a b s o l u t e sit, etiam non existente entitate rei create possibilis, & cōsequenter, quod non sit huic intrinsecum; sed extrinsecum.

CAP. III.

Prior pars veræ sententie.

18 **D**Uplex est, siue realiter, siue ratione nostra distinguantur, possibilitas creaturæ. Alia est respectiva ad causam producentem. Alia dicuntur absolute. Hæc, nō est aliud quām entitatem creaturæ neque implicare, siue complicare in se prædicata formaliter contradictionia; neque in se implicare prædicata contradictionia illa-

tiæ, id est prædicata, quæ inferunt contradictionē. Ratio est, quia pōssibilitas absoluta rei pos sibilis est illud, quo res discerni tur à chymæra. Cum autē chymæra sit cōplicatio prædicato rum contradictioriū, vel inferētiū contradictionē, consequēs est, eo rem esse possibilem absolute, quo non cōplicet in se huiusmodi prædicata. Possibilitas res pectiva ad causam producentē, est posse produci ab ea causa. V.g. homo est possibilis absolute, quia hæc prædicata. * Animal rationale. * Quæ in ratione hominis dicuntur, neque formaliter, neque illatiæ contradictionē implicant. Est etiā possibilis respectiva ad causam producen tē, quia potest produci à Deo. Possibilitas absoluta communis est omni enti reali, siue sit ens à se; siue ab alio, quia nullum ens reale contradictionē involuit in se, siue formaliter, siue illatiæ. Possibilitas autē respectiva est illorū entiū realiū specialis, quæ produci possunt ab aliquo principio producente. Hanc distinctionem didicimus ex communi, & Angelico Magistro D. Th. I p.q.46 art. 1. ad 1. Quo posito.

19 Astero primo. Possibili tas primaria, & necessaria res pectiva creaturarum producibiliū à Deo stat in diuina potentia nec essario existente, & se ipsa de nominante tales creaturas producibles à Deo. Probatur ratio-

tione, cuius meminit Gabriel in
1. distinct. 43. quæst. 2. Possi-
bilitas respectiva primaria, &
necessaria creaturarum produc-
ibilium à Deo stat in necessaria,
& primaria producibilitate ipsa-
rum à Deo. At hæc producibi-
litas est potentia diuina ad pro-
ducendas illas : ergo prædicta
possibilitas stat in hac potentia.
Minor probatur. Quia idem
omnino est, Deum necessariò
posse producere creaturas ; &
necessariò posse creaturas pro-
duci à Deo. Sed illud prius con-
sistit in necessaria potentia diui-
na productiva : ergo in eadem
potentia consistet posterius.
¶ Dices, eam producibilita-
tem consistere in passiva capa-
citate creaturis intrinseca, per
quam de se sunt capaces, ut pro-
ducantur à Deo. Sed contra.
Quia nihil creaturis intrinsecum
est necessarium. At loquimur
de possibiliate respectiva pri-
maria, & necessaria : ergo non
stat in aptitudine intrinseca ex
parte creaturarum, ut produ-
cantur ; sed in potentia intrin-
seca ex parte Dei, ut produ-
cat, quæ denominat intrinse-
cè Deum potententem produ-
cere, & creaturas denominat
extrinsecè possibiles produci.

20. Hinc fit primò. Sicut
possibilitas respectiva creatura-
rum producibilium à Deo con-
sistit in diuitia potētia, per quam
Deus est intrinsecè productivus.

ipsarum ; ita possibilitas respe-
ctiva illorum, quæ nequeunt à
Deo produci ; sed solum per-
mitti, consistit in diuina poten-
tia permisiva, per quam Deus
est permisivus illorum. Fit se-
cundo. Quanvis possibilitas res-
pectiva primaria, & necessaria
consistat in prædicta potentia
diuina necessaria; concedendam
tamen esse, respectu plurium,
possibilitatem respectinam cō-
tingentem, quia plura procedere
posunt à potentia creata actiua,
vel quasi actiua, ut calor à potē-
tia calefactiua: formale peccati à
potentia, vel potius imbecillita-
te peccatrice: cuiusmodi poten-
tiae dici posunt possibilitates res-
pectiuae contingentes suorum
terminorum.

21. Obijcies. Omnis deno-
minatio extrinseca præter for-
mani denominantem importat
subiectum denominatum. At
creaturas esse productibiles à Deo
est denominatio extrinseca à di-
uina potentia productiva : ergo
talis denominatio, præter præ-
dictā potētia Deo intrinsecā im-
portat aliquid intrinsecè tenēs
ex parte creaturæ, quæ denomi-
natur producibilis à Deo. Ut ar-
gumenti fallaciā videoas, eodem
modo probo sic ante existentiā
creature dari existētiā creature.
Nam ipsa creaturæ existentiā
ante sui exercitium denomina-
tur producibilis à Deo. At data
denominatione, datur subiectū
de-

denominatū: ergo ante existentiam datur existentia , quæ est subiectum , quod denominatur producibile à Deo. Distinguatur ergo maior. Subiectum denominatum , ut extrinsecè denominatum , concedo maiorem; ut intrinsecè exercitum , nego maiorem: & concessa minori , dissimilatio consequens. Importat in ratione denominati aliquid intrinsecè se tenēs ex parte creaturæ , concedo consequentiam; importat in ratione intrinsecè exerciti , nego consequentiam. Eodemque modo instantiæ , quā subiunximus dicendum est , ante existentiam non dari existentiam intrinsecè exercitam; bene tamen extrinsecè denominata producibilem à Deo.

22 Itaque licet omnis denominatio extrinseca importet subiectum denominatum *in ratione denominati*; tamen plures sunt denominations extrinsecæ , quæ in se ipsis intrinsecè præcisè includunt aliquid adæquate distinctum à subiecto denominato; tamet si respiciens ipsum. Sic , quando salus , & diuitiæ , quas non habemus , denominantur desiderata , hæc denominatio importat ipsam salutis , & diuitiarum existentiā prout denominatam per desiderium ; at ea denominatio non includit intrinsecè in suo esse ipsam existentiam diuitiarum , & salutis intrinsecè exercitam ; alioquin nō

staret , salutem esse desideratā ; & non esse existentem. Qua propter ea denominatio solū includit quid adæquatè distinctum à salute , & diuitijs ; respectuum tamen ad illas. Ratio est. Quia salutem desideratam esse à te , est præcisè dari intrinsecè in te desiderium salutis : ad quod , licet necessarium sit tuum esse intrinsecum , & esse intrinsecū desiderij ; non tamen esse intrinsecum salutis. Vbi nota : non est aliud , & aliud ; sed idem omnino dari intrinsecè in te in ratione intrinsecæ exerciti , desiderium salutis ; & dari salutem in ratione extrinsecæ denominatae.

23 Affero secundo. Creaturæ possibles per suam entitatem intrinsecam sunt exercite possibles possibilitate absoluta ; contingenti tamen. Prior pars probatur. Nam homo , v.g. (idemque est de qualibet creatura possibili) per illud est exercite possibilis possibilitate absoluta , per quod actualiter exercet esse non implicando contradictionem. At , quando existit homo , per suam entitatem intrinsecā exercet actualiter esse non implicando contradictionem : ergo tunc per suam entitatem intrinsecam possibilis est possibilitate absoluta. Maior patet ex discrimine possibilitatis absolutæ , & respectuæ ad causam producentem. Minor probatur. Nam homo existens , est actualiter per suam enti-

entitatem intrinsecam: ut enim ponimus ex metaph. esse actuale hominis, & entitas intrinseca ipsius idem sunt. Deinde homo per suam entitatem intrinsecam habet esse præcisè prædicata non contradictoria, nempe animal rationale: ergo quando existit exercet per suam entitatem intrinsecam actualiter esse nō implicando contradictionē. ¶ Posterior pars conclusionis, scilicet eius possibilitatis contingentia, manifesta est. Nam entitas intrinsecata creature possibilis, maximè identificata cum existentia actuali, ut à nobis ponitur, est contingens: ergo possiblitas absoluta consistens in entitate intrinseca creature contingens est.

24. Obijcies. Imposse est hominem existere implicando contradictionem: ergo necesse est hominem existere nō implicando contradictionem. Nam vbi aliquid est impossibile, contradictionum eius est necessariū: ergo necessaria est possiblitas consistens in existentia hominis sine implicatione contradictionis. Fallacia detegitur. Nam eodem modo probaretur, coexistentiam actualem hominis cum Deo (quæ coexistentia deficere potest non existente homine) necessariam esse, quia nequit homo existere incoexistens Deo. Concello ergo antecedente, nego consequiam. Nam ex im-

possibilitate huius complexi. ¶ Existere hominem implicando contradictionem. ¶ Tantum infertur necessitas sui cōtradictorij, quod non est hoc aliud complexum: Existere hominem nō implicando contradictionem, quod complexum ex defectu existentiæ hominis deficere potest; sed hoc negatiuum indefectibile: Non existere hominem implicando contradictionem. Simile inuenies in instantia subiuncta.

25. Assero tertio. Possibilitas absoluta primaria, & necessaria creaturarum non consistit formaliter in diuina potentia, quatenus creaturas denominante possibles. Ratio est. Quia possiblitas absoluta primaria, & necessaria creaturarū consistit præcise in eo, quod sint ens nō summè perfectum, & non implicans contradictionem. At tota hac ratio, formaliter loquendo, præscindit ab eo, quod in Deo sit potentia ad producendum tale ens: ergo ab hac potentia præscindit possiblitas absoluta primaria, & necessaria creaturarum. Minor probatur. Quia ratio non summè perfecti præcisè dicit, formaliter loquendo, excludere summam perfectionem: hoc autem præscindit ab eo, quod à Deo possit produci: unde carentiae distinctæ ab entibus possitiuis, si forte dantur, non sunt summe perfectæ, & tamē non sunt producibiles à Deo, quia productio ter.

terminatur ad ens positium. Si nulliter ratio non implicandi cō-tradictionem præscindit ab eo, quod à Deo produci possit, ut patet in essentia diuina, quæ non implicat contradictionem, & tamē nequit à Deo produci. Quod si diccas, creaturæ esse simul totum hoc: *Ens positiuum non summe perfectū non implicans contradictionem*, totumque hoc simul sumptū non præscindere formaliter à potentia diuina productua ipsius, non satis facis, quia totum hoc simul sumptum nō est aliud in sua ratione formalī, quā importans perfectionem entitatiū non summam, & nō implicare contradictionem: & hoc non est aliud, quām coniunctum formalitatum, quæ seorsim, & coniunctum definiri posunt, nō facta mentione potentiae diuinæ, proindeque seorsim, & coniunctum ab huāsmodi potentia præscindunt.

CAP. III.

Posterior pars reue sententie.

26 **H**ic tandem explicandum est, quid metaphysicè sit possiblitas absoluta necessaria creaturarum, & in qua entitate physica, & reali ponenda sit. In qua controuersia, me quidem iudice, verius, & subtilius, quam alij rem ipsam altè tergit subtilissimus Sco-

tus, & quidem lute optimo celebratissimus. At quia non omnia, quæ tantus Doctor tradit, mihi videntur omnino necessaria, & quia tempus ad plures difficultates exagitandas nos vocat, breuiter rem aperiam, ut à me concipitur. Pro cuius explanatione præmitto, sermonem hic esse de possibilitate absolu- ta necessaria discretiua possibilium ab impossibilibus, quatenus implicantibus contradictionem, ut ex D. Thom. notauimus num. 18. Tripliciter autem stat non implicare contradictionem. Primo idem est, ac existere sine implicacione contradictionis in se ipso, id est, non includendo simul in suo esse prædicata, quæ formaliter, vel illatiq; opponantur contradictorie. Secundo idem est, ac non existere implicando contradictionem. Tertio idem est, ac necessariò non implicare contradictionē ex proprio suo conceptu formalī. Si autem petas, quid hoc sit? Responde nihil aliud esse, quām non affirmari contradictionia formaliter, vel virtualiter, affirmando præcisè de obiecto id, quod directè exprimit de ipso pura definitio ipsius. V.g. homo non implicat contradictionem ex proprio suo conceptu formalī, quia si sumas hūc actum, qui est pura definitio hominis. ¶ Animal rationale. ¶ Et rursus præcisè affirmes dari in-

rebus animal rationale, neque formaliter; neque illatiue affras, dari in rebus duo contradictionia. Contra verò homo irrationalis ex proprio suo conceptu formalis contradictionem implicat, quia, si sumas hunc actum, qui est para definitio hominis irrationalis. * Animal rationale non potens ratiocinari. * Et rursus præcisè affrās, dari in rebus, id quod de restè ex primitur per talem actum, iam eo præcisè, siue formaliter, siue illatiue affras, dari in reb' duo contradictionia.

27 Præmitto secundò, possibilitatem absolutam necessariae creature, non consistere in primo modo non implicandi contradictionē. Ratio est, quia primus modus non implicandi contradictionē est creaturam existere sine implicatione contradictionis. At hoc contingens est, quippe quod inuoluit existentiā contingentem creature: ergo in illo non consistit possibilitas absoluta necessaria creature. Tertiopremitto, neq; consistere in secundo modo non implicādi contradictionē. Ratio est, quia possibilitas absolute creature consistit in eo modo non implicādi contradictionē, qui non sit communis impossibilibus. At secundus modus non implicandi contradictionē communis est impossibilibus: ergo non consistit in illo possibilitas. Minor probatur. Quod non exi-

stit, non existit implicando contradictionē. At impossibilia non existunt: ergo non existunt implicando contradictionē: ergo non existere implicādo contradictionē, qui est secundus modus signatus, quid commune est in impossibilibus.

28 Nam igitur. Aliero quarto. Possibilitas absolute necessaria creature, metaphysicè loquendo, est non implicare contradictionē ex suo proprio, & puro concepitu formalis. Primo: quia stat in aliquo modo non implicandi contradictionē; aliisq; non inuenetur in quo stet, qui non coinecidat cum isto. Secundo. Quia stat in modo non implicandi contradictionē proprio possibiliū; nec estatio, formaliterq; præscindēt à potētia diuina productiuā possibiliū. At hæc omnia conueniunt modo assignato: ergo stat in illo predicta possibilitas. Minor probatur: Nam in primis hic modus non implicādi proprius est possibiliū. Ut enim vidimus n. 26. impossibilia contradictionē implicant ex proprio suo, & puro concepitu formalis. Secundo hic modus non implicādi est omnino necessari respectu possibiliū: quia in impossibile est possibilia implicare ex suo proprio, & puro concepitu formalis: non enim fieri potest, ut qui præcisè de ipsis affirmet, quod de ipsis exprimit propria & pura definitio formalis ipsorum, & ipso affirmat contradictionē: ergo necessarie est possibilia non implicare ex proprio, & puro concepitu formalis.

ex suo proprio, & puro concep-
tu formalis. Tandem hic modus
non implicandi præscindit for-
maliter a potētia diuina produ-
ctiva possibilium; quia nulla mē-
tione facta huius potentiae sub-
ratione talis potentiae, apprehē-
ditur hominem ex suo proprio,
& puro conceptu formalis non
implicare contradictionem, vt
patet ex declaratione huius rei
tradita num. 26.

29 Vbi notare est, pro exclu-
dendis, quæ possent obstat. Ve-
ritas ista conditionalis. ¶ Si exi-
stat homo, nulla sequetur con-
tradictio. ¶ Si sumatur modo,
quo possit in illa consistere pos-
sibilitas absoluta necessaria ho-
minis, coincidit omnino cum
eo, quod homo non implicit
contradictionem ex suo pro-
prio, & puro conceptu formalis.
Ratio est: quia si placeat rem at-
tentè perpendere, nullam fore
contradictionē ex præcisa sup-
positione existentiæ hominis, a-
liud non est, quam vnum ex tri-
bus, vel eam existentiam exer-
ceri defacto sine contradic-
tione; vel non exerceri defacto cū
contradictione; vel nō affirmari
formaliter, aut illatiū contradic-
tionem, præcisè affirmando
existentiam hominis. Tertium
coincidit manifestè cum nostra
explicatione possibilitatis abso-
lutæ, & necessariæ. Primum, &
secundum insufficientia sunt, vt
in illis consistat talis possibilitas,

vt patet ex num. 27. ergo præ-
dicta veritas conditionalis, si sit
possibilitas absoluta, & necessa-
ria coincidit cum possibilitate,
quam tradidimus. Omitto con-
firmationes alias, quæ ad proba-
tiones factas reuocantur. Sed
iam petes, in quo ente physico
stet hæc necessaria non implicatio
possibilium ex suis proprijs,
& puris conceptibus formalis-
bus?

30 Assero quintò. Possibili-
tas hæc absoluta, & necessaria
creaturarum possibilium physi-
ce loquendo est prædicatum ne-
cessarium Dei constituens crea-
turas non implicantes contradi-
ctionē ex suo conceptu forma-
li. Probatur. Omne simpliciter,
absolutè, ac determinate necessi-
tarium est indistinctum à Deo.
Nam distinctum a Deo, eo ipso
est imperfectum, & ob id con-
tingens. At hæc possibilitas est
absolutè, simpliciter, ac deter-
minate necessaria: ergo est indi-
stanta à Deo, & consequenter
aliquid prædicatum Dei, & qui-
dem necessarium, cum ipsa ne-
cessaria sit. Consequentia patet,
præmissæque constant ex cap. 1.
& 2. ¶ Denique rogabis. Quo
iure Deus sit necessarium possi-
bilitas absoluta necessaria om-
nium creaturarum? Respondeo.
Primo, quia Deus iure summæ
perfectionis debet in se formaliter
habere omnem perfectionē
necessariam non dicentem im-

per-

perfectionem. At perfectio necessaria est non dicens imperfectionem esse possibilitatem necessariam abolutam creaturarum, sicut esse possibilitem necessariam ipsarum respectuam ad causam productuam, vel permissuam, ut eo modo nihil habeant creaturæ non dicens imperfectionem, siue intrinsecum; siue extrinsecum ipsis, quod non habeant à Deo, vel efficienter, vel formaliter: ergo Deus iure summæ perfectionis est possibilitas absoluta necessaria creaturarum.

31 Secundo Deus est ea possiblitas iure perfectissimæ representationis, speculique clarissimi cunctarum rerum. Probatur hoc discursu. Deus est perfectissima representatio, speculumque perfectissimum cunctarum rerum: ergo ex parte predicatorum essentialium hominis representare debet omnia predicata, quæ constituent essentiam hominis, neque plus; neque minus: est enim de ratione representationis, perfectissimique speculi sic adæquari obiecto representato, ut ex parte ipsius representet exactè cuncta, quæ in ipso includuntur, neque peccando per excessum; neque per defectum: ergo Deus est representationis hominis non representans ex parte essentiæ hominis predicata formaliter, vel illatim contradictoria: quia cum non includantur in essentia ho-

minis talia prædicata, iam ea repræsentatio, & speculum peccarent per excessum. Hinc rursus infero: ergo Deus titulus perfectissimæ representationis necessariae, necessario habet, quod nullus proprius, & purus conceptus hominis repræsentet ex parte essentiæ ipsius hominis prædicata contradictoria, in quo stat possibilitas absoluta necessaria, quam tradidimus. Probo consequentiam. De ratione perfectissimæ representationis obiecti est non peccare per defectum. At sic peccaret, si ex una parte ipsa non repræsentat ex parte essentiæ hominis prædicata contradictoria; & aliundè talia prædicata repræsentat alia propria, & pura representationis hominis: si enim pura hominis representationis id est, nihil ex parte hominis repræsentat, nisi quod in ipso includitur, representat in ipso predicata contradictionis, iam in ipso includitur predicata contradictionis, & consequenter peccat per excessum representationis, quæ non exprimit in ipso talia predicata: ergo de ratione perfectissimæ representationis diuine, non representationis predicata contradictionis, est nullū propriū, & purum conceptū hominis representare talia predicata in essentia hominis. Hæc modo sufficiant, quæ firmiora manebunt ex argumentorum solutione.

32 Hinc sit primò satis acutè de more suo subtilissimum Scotum posuisse possibilitatem necessariam absolutam in cōse cogitato per mentem Dei, nimirum, quia creaturæ sunt necessariò possibles per denominationem extrinsecam cognitarum repræsentatione explicata num. super. Hoc autem esse cognitum, non incongrue dicitur esse diminutum. Quia in hac propositione: Petrus est cognitus representatio ne, que cum sit perfectissima non exprimit ex parte Petri contradictionem, ly cognitus, &c. diminuit illud est, quia si absolute diceretur Petrus est, ly est requireret ad veritatem propositionis, Petrum absolutè, & simpliciter esse in se ipso intrinsece: at verò adiectis illis particulis cognitus, &c. nullum esse intrinsecum Petri requiritur ad veritatem eius propositionis; sed præcisè requiritur prædicta repræsentatio diuina creaturis extrinseca. Hinc optimè Theodorus Smising. egregius Scotista esse cognitum, quod Scotus vocauit esse diminutum posuit in denominatione extrinseca sumpta ex repræsentatione diuina. Propter quam, & alias causas Pater Suarez, & Pater Vazquez pro amore, ac reuerentia debitissimi Doctori subtilissimo, ipsiusque præstantissimæ scholæ, tantum virum vindicarunt à calumpnijs immerito sibi impositis à Caietano, & Bañez.

33 Fit secundo. Sicut com muniter alius conceptus dicitur obiectiuus; & alius formalis; obiectiuusque dicitur obiectum, quod cognoscitur per concep tum formalem; formalis autem ipsa cognitio, per quam cognoscitur tale obiectum; ita potest alia possiblitas dici obiectua; & alia formalis, obiectuaque erit ipsum esse creaturæ non includens in se contradictionem, quod cognoscitur per prædictam repræsentationem diuinā necessariam: & hæc obiectua possiblitas, cum sit ipsum esse creaturæ, contingens est, & non exercita donec tale esse exerceatur. Formalis autem est prædicta representatio diuina necessaria non repræsentans contradictionem ex parte talis esse creaturæ, tametsi sit perfectissima repræsentatio, & speculum talis esse. Vide dicta num. 23.

34 Fit tertio possibilitem obiectuam, & contingentem entitatis creatæ positivæ, positivam esse. Quia non est aliud, quæ ipsa entitas positiva creaturæ non includens in suo esse contradictionem. Negatiua tamen est possiblitas obiectua carentiarum, si forte dantur, quæ distinguuntur ab omni positivo. Nam ea possiblitas stat in ipsis carentijs negatiuis non includentibus contradictionem in suo conceptu obiectuq. Deinde pos-

possibilitas respectiva necessaria entitatis creatæ positivæ, est quid positivum, nimurum ipsa potentia Dei; productiva talis creaturæ. Præterea possibilis respectiva necessaria carentiarum est quid positivum, nimurum ipsa potentia Dei talium carentiarum permissiva. Denique positiva est possibilis absolute necessaria tam entitatis creatæ positivæ, quam carentiarum: ea enim possibilis stat in diuina talium obiectorum representatione prout non inveniente in eis obiectis contradictionem, tametsi sit perfectissima representatio, clarissimum, exactissimum, & ad equatissimum speculum ipsorum.

35 Fit quinto, proportione seruata, similiter sentiendū esse de impossibilitate chymärarum. Nam primò dici potest. Sicut existentia realis Petri quando exerceatur physicè in se ipsa non implicando contradictionem est possibilis contingens exercita sui; ita etiam existentia alterius Dei, non quidem physicè in se ipsa exercita; sed intentionaliter in cognitione creatæ, cui obicitur, est impossibilitas exercita, & contingens alterius Dei: impossibilitas quidem exercita, quia in ea cognitione existit obiectus alter Dei excedendo implicare intentioniter contradictionem. Contingens: quia cum cognitio

cōtingens, est etiam contingentia alterum. Deum existere obiectus in cognitione creatæ implicatio intentioniter contradictionem. Secundo impossibilitas respectiva chymärarum, nempè alterius Dei, hominis irrationalis, & similius, stat in Deo, quatenus non productio chymärarum. Nam Deum esse impropositum chymärarum nō est imbecillitas, & imperfectio; sed potius præstantia virtutis perinens ad summam perfectionem Dei. Tertio. Impossibilitas absolute necessaria chymärarum est Deus, quatenus est indefectibilis necessitas, ut chymæræ ex suo formalis conceptu contradictionem implicant simili modo, ac idem in absolute, & necessaria possibilitate explicatum est. ¶ Tandem fit possibilitatem necessariā possibilium respectivam ad causam productivam, vel permissivam; possibilitatem absolutam necessariam possibilium; impossibilitatem impossibilium respectivam ad causam necessario impropositam, & impossibilitatem absolutam necessariam impossibiliū esse formalitates diuinas necessarias in se ipsis intrinsecè ex parte obiecti identificatas; & solum ex modo nostro concipiendi sub diuersis nostris considerationibus distinguibiles.

CAPVT V.

Soluuntur obiectiones.

36 **O**bijcies primò. Scien-tia, per quam Deus cognoscit possibilitatē creatu-rum est simplicis intelligētiæ: ergo possiblitas creaturarū non est prædicatum diuinum neces-sarium. Antecedens est constans opinio Theologorū. Consequē-tia patet. Quia De° perfectissima scientia visionis cognoscit res existētes, cuiusmodi sunt prædi-cata sua necessaria. Cōfirmatur primo. Creatura possibilis est, quæ per productionē actualem redditur existens. At entitas ne-cessaria Dei nō redditur existens per productionē actualem: ergo crea-tura possibilis nō constitui-tur in ratione possibilis per enti-tatē necessariā Dei. Cōfirmatur secūdo. Cognitione possibili-tatis creaturæ dirigitur Deus ad decernendā creaturam: ergo ea cognitio est cognitio creaturæ, & nō præcisè Dei: ergo possibi-litas nō solū est Deus; sed aliquid se tenens ex parte creaturæ.

87 Ad argumentū respōdeo. Scientia creaturæ, vt possibilis, est simplex intelligentia respecti-ue ad creaturā, quæ denomina-tur possibilis; & est visio respe-ctiue ad necessariā possibilitatē, qua creatura necessariō denomi-natur possibilis. Ratio est, quia

per talē sciētiā sic Deus iudicat. ¶ *Creatura constituitur possibilis per meā entitatē necessariā.* ¶ Hinc talis scientia respicit creaturam, non videns illā, vt existent ē; sed constitutam in ratione possibilis per entitatē necessariā Dei, quā talis scientia existentē vidiit. Iam sciētia, quæ cōparatur ad duplex obiectum; ad alterū intuēdo ip-sum, vt existens; & ad alterū nō intuēndo ipsum, vt existens, est visio prioris; & simplex intelli-gētia posterioris. Sic sciētia, qua Deus videt se nolle efficaciter alium mundū est visio huius no-litionis; & simplex intelligentia alterius mundi. ¶ Ad primam cōfirmationem. Aliud est crea-tura, quæ possibilis est; aliud pos-sibilitas, qua possibilis est neces-sario. Creatura, quæ possibilis est fit existens per productionem actualē. Vnde nequit esse diuina entitas. At possiblitas, qua crea-tura fit necessariō possibilis, non fit existens per productionem actualē; sed ad hanc produc-tionem antecedit tanquam aliquid prorsus necessarium. Vnde non solū potest, sed necessariō est ipsa entitas Dei, quæ sola est quid ne-cessariū simpliciter. Ad secundā confirmationem. Cognitio di-uina de possibilitate creaturæ nō sūlit præcise in hac possibili-tate; sed eā attingendo, vt ratio-nē necessariō constituentē crea-turam in esse possibilis, attingit simul ipsam creaturam, vt id, quod

quod possibilitate necessaria idē tificata cum Deo cōstituitur ex. trinsecē possibile, ideoque potest Deus ex hac cognitione dirigi ad decretum creature.

38 Obijcies secundo. Hæc propositio est vera. Quæ Deus non produxit, & producere potest sunt multa. At in nostris principijs falla esset: ergo nostra principia sunt falsa. Minor probatur. Nam illa multa, quæ Deus non produxit non sunt multa intrinsecē in se ipsis, quia iuxta nos nihil habent intrinsecē in se ipsis antequam producantur, neque sunt multa in essentia diuina, quia diuina essentia simplex, & una est: ergo nullibi sunt multa. Respondeo. Quæ Deus non produxit, & producere potest nō sunt multa exercitè; sunt tamen multa possibiliter necessariò: quia hoc non est aliud, quam dari possibilitatem necessariam, quæ licet insit vñica; tamen est possibilitas, vt ea, quæ non sunt producta sint plura. Vnde, non obstante simplicitate, & unitate essentiae diuinae, potest in ipsa dari, id quo non producta sunt possibiliter multa, quia entitas Dei non obstante sua unitate potest idētificari cum vñica simplici possibilitate necessaria ad hoc, vt creature non productæ sint plures.

39 Obijcies tertio. Creatura possibilis, v.g. homo, est possibilis possibilitate absoluta necessa-

ria præscindēdo à diuina repræsentatione, per quam repræsentantur prædicata hominis: ergo possiblitas hominis absoluta, & necessaria non consistit in ea representatione diuina. Probatur antecedēs. Apprehēditur homo absolute, & necessario possibilis, eo præcisè, quod apprehēdatur, necesse esse, vt quilibet prius, & purus conceptus hominis nō attingat prædicata cōtradicteria ex parte ipsius, id est, ex parte illorū quæ necessaria sunt ad cōstitutionē hominis tanquam intrinseca constitutiua ipsius. At hic non fit mentio representationis necessariæ diuinae: ergo apprehenditur homo absolute, & necessario possibilis præscindendo ab ea representatione. ¶ Respōdeo. Distinguo antecedens. Præscindēdo ex parte obiecti ab ea representatione, nego antecedens; ex parte nostri inodi cōcipiendi, concedo. Ad probationē cōcessa maiori, distinguo minorē. Non fit mētio eius representationis sub cōceptu talis, cōcedo minorē; sub cōceptu necessitatis, vt intrinseca cōstitutiua hominis nō inuoluat contradictionē in suo cōceptu nego minorē. Deinde distinguo cōsequens: præscindēdo ex parte obiecti, nego cōsequentiam, ex parte nostri modi concipiēdi concedo. Ex quibus nihil fieri contra nos patet ex declaratio- ne, quam subijcio.

40 Itaque Deus est necessitas indefectibilis, ut homo ex suo conceptu non implicit contradictionem: est etiam representatio perfectissima hominis non inueniens ex parte ipsius contradictionem. Formalitates istae sunt ex parte obiecti idem omnino simplicissimum esse, proindeq; possibiliter absoluta necessariam consistere in una est ex parte obiecti consistere in utraque, quod est nostrum intentum. Distinguuntur tamen istae formalitates ex modo nostro concipiendi, quia diversimode definitur Deus conceptus tanquam indefectibilis necessitas, ut homo ex suo conceptu non implicit contradictionem; & conceptus, ut representatio perfectissima hominis non inueniens contradictionem ex parte ipsius. Et quavis sub qualibet istarum considerationum Deus apprehendatur absolute possibilis creatura, non tamen adeo vnicè, ac solum sub una; ut non sit etiam sub alia talis possibilis. Clarius tamen, quoad nos videtur, dari necessitatem indefectibilem, ut homo ex suo conceptu non implicit contradictionem, quia Deum esse necessario representatione perfectissimam hominis non inueniens ex parte ipsius contradictionem. Sed de hoc statim.

41 Obijcies tertio cum Henrico. Deus, ut potens produceat hominem, & similiter, ut

perfectissima representatio hominis non inueniens contradictionem ex parte ipsius, presupponit necessario ex parte creaturæ possibilitatem aliæ intrinsecam ipsi creaturæ. At hæc possibilis præsupposita ad prædictas perfectiones necessarias Dei est necessaria: ergo concedenda est necessaria possibilis intrinsica creaturis. Consequentia patet, minorque certa est. Non enim potest necessario præsupponi possibilis contingens ad perfectiones necessarias Dei: quippe necessariū non est id, ad quod præsupponi debet aliquid contingens. Probatur ergo maior. Ideo Deus potest producere hominem; potius quam chymaram, & similiter ideo diuina representatio inuenit contradictionem in chymara; potius quam in homine, quia homo est in se intrinsecè possibilis; & chymara impossibilis: ergo prædictæ perfectiones Dei præsupponunt necessario possibilitem intrinsecam ex parte creaturæ.

42 Explicabo prius solutionis doctrinam, quæ firmiter animo infigenda est, & postea propositionibus argumenti singillatim occurram. Observo primo. Ratio, ut aliud existat, quod ad pressens attinet duplex est. Alia à posteriori non necessaria ad existentiam alterius. Alia à priori necessaria, ad existentiam alterius. Primo modo creaturæ existentes sunt.

sunt ratio à posteriori existentia Dei: quia sunt effectus subsequenti ad existentiam Dei, ex quibus bene probatur Deum existere. Hinc infertur possibiliterem intrinsecam, & cōtingentē hominis esse rationem à posteriori, vt Deus possit producere hominem; & vt Deus ita hominem representet, vt non inueniat contradictionem ex parte ipsius. Ratio est manifesta. Quia possibilitas intrinseca, & cōtingens hominis est hominem existere actualiter nō implicando contradictionē, vt sup. vidimus. At hominem à Deo productū sic existere est optima ratio à posteriori talium prædicatorum Dei, vt ex se patet: ergo possibilitas intrinseca, & cōtingens hominis est optima ratio à posteriori, vt existant prædictæ perfectiones Dei. Non tamē est ratio necessaria, vt tales perfectiones existat. Quia nihil cōtingens requiritur ad existentiā necessarij: alioqui necessariū desiderare posset ex defectu contingētis. At possibilitas intrinseca hominis, vtpote, quę est ipsa hominis existentia, cōtingens est: ergo non est ratio requisita, vt existat prædictæ perfectiones necessariæ Dei. Iam verò ratio à priori, vt existat aliud, subdiuiditur in rationē à priori prioritate reali, quo pacto De⁹, vt efficaciter decernens existētiā ignis, est ratio à priori existētiā ignis, quia Deus, vt sic sumptus, præcedit priori-

tate causalitatis realis ad existētiā ignis; & initiationem à priori prioritate rationis: quo pacto Deus, vt intellectius est ratio à priori, vt ipse De⁹ existat, vt volitius, quia Deū esse intellectū est prædicatū ratione nostra prius ad esse volituum, optimeque inferens esse volituum.

43. Obseruo secūdo. Possibilitas absoluta necessaria creaturæ, v. g. hominis, non est ratio à priori prioritate reali, vt existant prædictæ perfectiones necessariæ Dei. Ratio est, quia non est prius realiter, quā aliud, quod realiter est omnino idē cū illo: possibilisq; necessaria, & absoluta creatura est realiter omnino idem cū prædictis perfectionibus necessariis Dei, vt iam ostēdimus. Cæterū possibilitas absoluta necessaria creaturæ consistens in eo, quod necessario creatura nō implicit contradictionem ex suo proprio, & puro cōceptu, est ratio à priori prioritate rationis ad prædictas perfectiones necessarias Dei. Nā in primis, vt patet, probatur optimè ex hac possibilitate, Deū posse producere creaturā, necessarioq; ipsā repreſentare representatione non inveniente contradictionē ex parte ipsius creaturæ. Deinde hac possibilitas, ita est idem realiter cū prædictis perfectionibus, vt ea possibilitas sub ratione sua clari nobis appareat, quam prædictæ perfectiones sub suis rationibus:

ergo est prior ratione prædictis perfectionibus. Illud enim est prius ratione alio, quod eas, quas at signauimus cōditiones habet. Iam eam possibilitatem sub sua ratione apparere nobis clarius, &c. ex eo constat, quod non possumus benē penetrare Deum necessariō posse producere hominem; potius quam chymārā; necessarioq; repræsentarchominiū; potius quā chymārā repræsentatione nō inueniēte contradictionem, nisi manuducamus concipientes hominē necessario ex conceptu suo non implicare cōtradictionem; conuersim autem opposito modo contingit.

44. Oblēno tertio. Impossibile est rursus at signare respectiū ad possibilitatē creaturæ necessariam, ratione nostra primam, aliam possibilitem necessariā creaturæ, quæ illius primæ possibilitatis sit ratio à priori: iam enim ea prima possiblitas non esset prima possiblitas, ut constat. Vnde sicut in sententia aduersariorum, in quaestione, cur Deus possit producere hominē? Et in quaestione, cur diuina repræsentatio hominis non reperiatur contradictionē ex parte ipsius? Datur pro ratione à priori possiblitas absolutahominis; ita similiter apud nos in eisdē quaestioneib; datur pro ratione à priori prioritati rationis possiblitas absolutahominis, nēpe hominē, ex proprio, & paro cōceptu sui;

non implicare cōtradictionem. Et sicut in sententia aduersariorum, si vltterius inquiratur, cur homo in suo conceptu non implicet contradictionem? Non dabitur vltterius alia possiblitas pro ratione à priori requisita (quidquid sit de ratione à posteriori non requisita, & contingēte, de qua num. 42.) sed ad summū magis, ac magis clarificabūt termini, donec veniamus ad clarissimam lucem, supra quam clariorē aliā pro hoc statu querere stultum esset, idem pariter iuxta nos continget, qui petentibus, cur homo in suo conceptu non implicet contradictionē? Nihil aliud denique dicemus, nisi, quia alias ille conceptus esset purus cōceptus hominis, vt supponimus; & nō esset; sed hominis, simil, & nō hominis, vel alterius cōplexionis prædicatorū cōtradicētiū. Vnde inter aduersarios, & nos discribē nō est in vltima resolutione questionis circa possibilitatē rerū, quoad metaphysicā indaginē; sed quoad entitatē physicā, cū quā identificamus possibilitem absolutā necessariā. Nos enim cā identificamus cum Deo: cū quo autē ipsi identificantur? Audio sapè verba; nunquā sensum percipio. Simili modo, seruatis seruandis, tradenda est vltima resolutionis impossibilitatis, vt ex dictis erit cuique facilis sine mea explicatione..

455 Pro dissentibus ergo sic doctrinā.

doctrina tradita aptauda est in forma argumento factio num.
 41. Nego maiorem. Ad probatum distinguo antecedens. Ideo a posteriori & assignata ratione contingente, & non requisita ad predicas perfectiones Dei inferente tamen ipsas a posteriori concedo antecedens? ideo a priori, nego antecedens, & nego consequentiam. Si autem propositio illa: Ideo, &c. sic reformaretur. Ideo Deus potest producere hominem, & predica representatione cognoscit, quia ipse homo necessario est absolute possibilis: Distinguenda est: importata per ly quia ratione a priori prioritate rationis concedo propositionem; ratione a priori prioritate reali, nego. Illius autem possibilitatis necessaria, & absoluta, quia omnium prima est, etiam ratione non est alia possiblitas, quae sit ratio a priori ipsius. Hac, si perspiciantur intimè, videbitur satis infirmum argumentum, quod plures tor. sit, & extra nostram sententiam fecit.

46. Obijcies quartò. Nihil est impossibile intrinsecè ex parte Dei: nihil enim impossibile est ex defectu virtutis in Deo, ut ipsurn producat diuina quippe virtus eityndeque infinita: ergo impossibilitas chymæ non se tenet intrinsecè ex parte Dei non potentis ex se producere illam; sed intrinsecè ex parte chymæ.

tae repugnantis produci à Deo. Quod eleganter expressit D. Th. 1. p. q. 25. art. 3. illis verbis: *Impossibile omnipotentiæ non subdatur; non propter defectum diuinæ omnipotentiæ, sed quia non potest habere rationem factibilis, neque possibilis.* Vnde concludit. Conuenientius dicitur, quod impossibilia non possunt fieri, quam quod Deus ea non posse facere. ¶ Resp. Nego antecedens. Licet enim nihil verum, & reale sit impossibile intrinsecè ex parte Dei; bene tamen, quod chymæricum est. Quia intrinsecè ex parte Dei datur omnis perfectio sine imperfectione: cuiusmodi est Deū non posse producere chymæram; & representatio necessaria omnium, quasi innata Deo, inueniens contradictionem ex parte alterius Dei; & aliarum chymærarum, in quibus impossibilitas necessaria impossibilium constitit. Quod quidem, esse perfectionem Dei, probabitur efficaciter disp. 7. sicut non posse Deū peccare, mutari, & mori, est etiam perfectio Dei. Non tamen propterea dicendum est, chymæram impossibilem esse propter defectum diuinæ omnipotentiæ, ut recte D. Th. sicut enim non est defectus; sed perfectio virtutis non posse peccare; ita etiam non posse chymæram producere. Videatur Aureolus in 1. dist. 43 p. 2. art. 3: in conclus. art.. Conclususque optimè præcep-
tor.

ter Angelicus: Conuicentius dicitur, &c. Ratio autem maioris convenientiae in una locutione, quam in aliis, non est, quia Dei omnipotentia etiam ad chymeras extendatur, sed quia voces istae: *Deum non posse sonare videtur imbecilitatem potentiae diuinæ; quod fecus accidit vocibus illis: impossibilia non possunt fieri.* Purior igitur, & ab omni dissonantia immunis erit hic loquendi modus.

47 Obiectus quintus celebre argumentum ductum ex propositionibus, quas vocant aeternæ, & necessariae veritatis. Datur ab aeterno, & necessario huius enunciationis obiectum. * Petrus est animal rationale. * Sed hoc obiectum est essentia Petri secundum suum esse essentiale: ergo haec essentia secundum esse essentiale datur ab aeterno: ergo in illa natura poterit eterna, & necessaria possibilitas Petri. Consequentiae manifeste sunt, & minor videtur certa. Nam obiectum eius propositionis est, quod affirmatur de Petro, eiusque essentia per talen propositionem affirmatur. Prima maior probatur. Nam enuntiatio contradictoriæ opposita, nempe: *Petrus non est animal rationale*, nequit esse vera. At necessario, & ab aeterno datur obiectum, cuius contradictionum dari nequit, ideoque, Deum existere datur ab aeterno, quia impossibile est

dari contradictoriū eius: ergo, &c. Sed in primis eodem argumēto probaretur, essentiam ipsius existentiæ Petri (qua: quidē essentia est idem cum existentia, ne procedamus in infinitū) dari ab aeterno: nam etiam haec proposiſio est aeternæ, ac necessariæ veritatis: *Existentia Petri est ratio formalis existendi Petrum.*

48 L. sinde respondeo, hanc propositionem *Petrus est animal rationale*, triplicem sensum habere posse, ut omittāt̄ alios. Primus est, Petru in se ipso intrinſicè exercere identitatē cum his prædicatis *animal rationale*; & hoc non est necessariū, & aeternum: quia nō est aliud, quām Petrum existere in se, quod contingens est. Secundus est, Petrum, si existat, idētificandum esse cum his prædictis *animal rationale*; & hoc est necessarium ex parte fundamenti subiectivè se tenentis ex parte Dei; non vero ex parte alicuius se tenentis ex parte Petri, & animalis rationa- lis: quia Deus in se ipso intrinſicè necessitas est, ut sub conditione existentiæ Petri identificetur cū ipso prædicta prædicata præcise; ipse vero Petrus cum contingens sit, non est ea necessitas indecibilis. Tertius est, Petru, & *animal rationale*, esse extrema incapacia dissentienti in prædicatis, denominationibus, vel quolibet alio: & hic forsitan sensus est omnium conaturalior in his pro-

positionibus. Hic etiā sensus est necessarius ex parte fundamenti substantiæ se tenentis ex parte Dei: quia Deus intrinsecè est fundatum necessarium, unde formaliter extrinsecè talia extrema denominantur omnino incapacia disentiendi in aliquo; nō tamē est necessarius ex parte alicuius talibus extremis intrinseci: quia omne intrinsecū talium extremitatum contingens est.

49 Vbi aduertè duo. Primum est Aliud est, quod hæc propositione: *Petrus est animal rationale* respicit, ut obiectum (frequenter loquendo) aliud autem fundatum, ut tale iudicium nō possit esse falsum; sed potius necessario sit verū. Respicit, ut obiectum (si loquamur in nobis, eo modo, quo res frequenter accidunt) nō quideni Deum, sed entitatem, & esentialia prædicata Petri. Fundamentum autem, ut tale iudicium non possit esse falsum; sed necessario euadat verū, si existat, est Deus quatenus est necessitas, ut nihil, siue realiter, siue intentionaliter detur, aut negetur Petro, quod similiter non detur, aut negetur animali rationali. Ratio est, quia sicut hac propositione accepta: *Petrus existit*, vel non existit, illius obiectum est existentia Petri; & non existentia ipsius; fundatum tamen, ut nequeat euadere falsa est necessitas indefectibilis, ut non possint deficere simul utrū-

que extremitum: quia scilicet modulus tendendi, qui per copulam vel exprimitur non aliud ad veritatem requirit, quam nō deesse simul utrumque extremitum; ita hac propositione sumpta: *Petrus est animal rationale*, illius obiectum est entitas Petri cum suis prædicatis esentialibus; fundatum autem, ut nequeat euadere falsa, est necessitas, ut ea extrema in nullo dissentiant: modulus enim tendendi, qui exprimitur per copulam est sufficientem hos terminos. *Petrus, Animal rationale* non aliud requirit ad sui veritatem, quam ea extrema nullatenus in his, quæ ipsis dantur, vel negantur, realiter, aut intentionaliter posse dissentire.

50 Secundum est. Ideo hæc propositione *Petrus existit*, aut hæc *Petrus est existens* non est necessaria veritas, esto entitas, & existentia Petri sint idem omnino, quia iuxta communem usurpatiōnem, copula existit, vel copula est sufficientis prædicatum existens denotat modum tendendi actus requirentis ad huius veritatem Petrum in se ipso intrinsecè exercere rationem existendi, quod defectibile est.

DISPVT. VII.

De connexione necessaria Dei cum possibilitate creaturarum.

Hæc etiā disputatio præmitti debet, ut diuina notitia possibilium bene percipiatur.

CAP.

CAP. I.

Status controversie, & authorum placita.

IN Omine cōexionis intrinsecæ vnius extremi cum alio nihil aliud intelligimus, quām vnum extremum in suis prædicatis intrinsecis imbibere necessitatem, vt ipso dato detur aliud. Hac ratione Pater æternus intrinsecè connectitur cum Filio diuino, quia Pater æternus in suis intrinsecis claudit necessitatem, aut si magis placet ita loqui, determinationem, vt ipso dato, detur Filius diuinus. Hinc, quod præcipiē inquirimus in præsenti est, an Deus in suis prædicatis intrinsecis imbibat determinationem, vt ipsis datis, detur possiblitas creaturarum? adeò, vt hæc sit legitima consequentia. ¶ Dantur prædicata intrinseca Dei: ergo datur possiblitas creaturarum. ¶ Potest autem Deus bifariam cogitari connexus intrinsecè cum possibilitate creaturarum. Primo connexione physica distincti ad distinctum: sicut Pater æternus connectitur cum filio. Secundo connexione logica, eiusdē ad idem: sicut Deus, vt infinitè perfectus connecti cum se ipso, vt æterno. Certum igitur est, si vera sit tertia, quā disp. 6. defendimus, nempe Deū,

& possibiliterem necessariam creaturarū esse omnino idem, connecti Deum cum possibili-
tate necessaria creaturarum cō-
nexione eiusdem ad se ipsum,
quatenus Deus intrinsecam de-
terminationem habet, vt ipso
Deo dato, dentur eius prædica-
ta intrinseca necessaria.

2 Quapropter, quod discutiemus est, an præscindendo ab identitate Dei cum possibilitate necessaria creaturarum, possit probari cōnexio intrinseca Dei cum ea possibilitate, quamvis ad solidam responsum argumentorum probantium incon-
nexionem, necesse sit non præ-
cindere ab ea identitatem; & quā-
nis semel probata connexione,
possit inde ostēdi diuina identi-
tas cum ea possibilitate, lumpo
aliо principio, nempe, prædi-
cata necessaria Dei non posse in-
trinsecè connecti cum aliquo
distincto à Deo. ¶ Certum est
secundo, prædicata necessaria
Dei, de quibus nunc agimus, o-
missis prædicatis contingentibus,
non connecti intrinsece cum ex-
istentia creaturarum. Quia
existentia creaturarum est defe-
cibilis: ergo nihil necessarium
connectitur intrinsecè cum ip-
sa; eslet enim necessariū, vt po-
nimus; & non eslet necessarium,
quia deficiente creaturæ existē-
tia, cum qua connectitur, posset
deficere. Hinc certum est tertio,
prædicata necessaria Dei nō esse
in-

intrinsecè connexa cum creaturis possibilibus subjectiue sump-
tis. Quia creatura possibilis sic sumpta est ipsa entitas, & existē-
tia contingens creaturæ, quæ per diuinam productionem pos-
sunt actu dari: vtque iam vidi-
mus, prædicata necessaria cum nullo contingente connectun-
tur intrinsecè. Ex quo certum
est quartò, neque talia prædicata
necessaria connecti intrinsecè
cum possibilitate contingente
creaturarum ipsis intrinseca.

3. Quod igitur controuertē-
dum relinquitur est, an prædicata
necessaria Dei connectantur
intrinsecè, non quidem cum ip-
sis creaturis possibilibus subie-
ctiue acceptis; sed cum possibili-
tate absoluta necessaria ipsarum
consistente in eo, quod ex suo
conceptu nō implicit contradictionē. Prima sententia negat.
Ita Scot. cum pluribus aſſeclis.
Aureol. Henric. Ricard. Aegid.
Alex. Albert. Gregor. Bonauen.
Durand. OKam. Gabr. Peflant.
Fab. Baſilius Legion. Vazq. Ar-
rub. Becan. Raynaud. Vterque
Hurt. Salmant. & Complut. Ri-
pal. Gamach. Torres. Hemel. A-
larcon. Oued. Franciscus Al-
phonſ. Secunda sententia affir-
mat. Ita Calet. Bañez, Albeld.
Ioannes à S. Tho. Thomas Pius,
Lorca, P. Suat. Faſol. Tanner.
Herice, Zuñiga, Arriaga, Gra-
nada. Ruiz, Salas, Martinon. Frā-
ciscus Amicus, Frāciscus de Lu-

go, Ribas. Pro vtraque sententia
ſtant plures Recentiores, & ego
pro affirmante, vbi præcipue co-
nexione Dei cum possibilita-
te possibiliū expendemus. Dein-
de quid cum impossibilitate im-
possibilium? Quid cum exiſten-
tia negationum necessariarum?
Quid cum diſiuncto ex exiſten-
tia, & non exiſtentia creaturarū?

CAP. II.

*Stabilitur connexio intrinſeca Dei
cum possibilitate creatu-
rarum.*

4. **A**Vthores cōtrariæ ſen-
tentiae ſe nobis oppo-
nunt, vt melius protegant inde-
pendentiam Dei à noſtris bonis,
plenissimamque intra ſe ipsum
ſufficientiam. Religiosus quidē,
& venustus prima ſpecie color;
ſed re bene inſpecta omnino fu-
catus. Nam, vt patebit ex dicē-
dis, connexio, quam defendimus
neque minimū in diuinam inde-
pendentiam labefactat, aliaſque
diuinas perfectiones firmat. At
quia breuitati ſtudeo, rationes
pulchras ab alijs propositas, &
mihi non ſatis firmas, omnino
prætermittam. Quæ mihi magis
probantur eis arguendi formis
proponam, & confirmabo, qui-
bus bene perſpectis, ſolutiones,
quas alij adhibere tentarunt, &
aiꝝ, quæ adhiberi poſſunt, rei-
giantur ſatis. Quare breuitatis
cau.

causa, quantum absque doctrinę
detrimento fieri posse, ex pre-
fatis ipsarum mentionem prae-
teribo.

5 Affero primò. Deus ex ra-
tione entis realis summè nece-
ssarij est ab intrinseco connexus
cum possibilitate creaturarum.
Ut probatio clarius fiat. Noto
primò. De ratione intrinseca en-
tis summè necessarij est, posse
quantum est ex se coexistere Pe-
tro, si Petrus sit possibilis, idem-
que dicendum de qualibet alia
creatura. Ratio est. Quia ens
summè necessarium connecti-
tur intrinsecè ex hac ratione
cum eo, quod ex hac ratione per
bonam consequentiam infer-
tur: & sic intertur ex ratione en-
tis summè necessarij, quod pos-
sit coexistere Petro, si Petrus sit
possibilis. Quod patet arguen-
do sic. Deus est ens summè ne-
cessarij: ergo in nullo casu pos-
sibili potest deficere: ergo in om-
ni casu possibili potest existere:
ergo potest existere in casu exi-
stentia Petri, si casus hic possi-
bilis est, idest, si Petrus est possi-
bilis. Noto secundò. De ratione
intrinseca Dei est necessitas, vt
non distinguitur à se ipso. Ra-
tio est, quia de ratione intrinseca
Dei est esse Deum verum. Sed
hoc est esse necessario, & citrà
omnem contingentiam summè
perfectū, quod in idem recidit,
ac esse Deum, & indistinctum à
Deo: ergo Deus ab intrinseco est

necessitas, vt ipse non distingua-
tur à se, ac proinde est impossibi-
litas, vt ipse distinguitur à se ipso.

6 Iam sic arguo. Eo ipso, quod
Deus sit verus Deus summè ne-
cessarius habet prædicata ex se
ipsis inferentia per bonam con-
sequentiā Petrum esse possibiliē:
ergo habet eo ipso connexionē
intrinsecā cum possibilitate Pe-
tri. Consequentia pater. Antece-
dens probatur. Deū esse verum
Deū summè necessariū claudit
hæc duo prædicata. Primum est:
Possibilitas Dei, vt coexistat Pe-
tro, si sit hæc animal rationale non
implicans contradictionē. Secun-
dum: impossibilitas Dei, vt coe-
xistat Petro, si sit binariū contra-
dictiorum retinentiū naturā con-
tradictiorū. At hæc duo prædi-
cata ex se ipsis inferunt per bonā
consequentiā Petrum esse pos-
sibilem: ergo eo ipso, quod Deus
sit, quem diximus, habet prædi-
cata de se inferentia possibilita-
tem Petri. In hoc syllogismo to-
ta vis posita. Consequentia legi-
tima est. Sed oportet teoriam
probare, & confirmare præmissas. Minor videtur veritima.
Nam possibilitas ad aliquid sub
vna cōditione; & impossibilitas
ad idē, sub alia cōditione, prædi-
cata sunt de se inferentia disini-
ctionem earū conditionū, ideo-
que possibilitas intellectus creati
ad videndū Deum, sub cōditione
auxilij supernaturalis; & im-
possibilitas intellectus creati ad

videndum Deum, sub præcisa cōditione suarum virium, sunt prædicata inferentia distinctionē inter intellectū, vt præcisē suis viribus instructū; & vt instructū auxilio supernaturali Dei: ergo possiblitas Dei ad coexistendū cum Petro sub cōditione, quod sit hoc animal rationale non implicans contradictionem, & impossibilitas Dei ad coexistēdum cum Petro sub conditione, quod sit binarium contradicitorum retinentium naturam contradictionis suāt prædicata de se inferentia distinctionem illius prioris extremi ab hoc posteriori: cum igitur illud primum extrellum nō sit aliud, quām Petrus sua definitione expressus; & posterius extrellum non sit aliud, quā impossibile sua definitione significatum, consequens est, ea prædicata diuina de se inferre distinctionem Petri ab impossibili. At nihil aliud intelligimus nomine possibilatis Petri, quā eiusdem distinctionē ab impossibili, vt talia: ergo talia prædicata diuina ex se inferunt possibilatē Petri.

7 Confirmemus hanc minorem, ita vt solutiones, quæ pari possunt, excludātur. Nam primò. Coniunctio vera, & realis prædicatorū Dei ab intrinseco excludit id, quo dato non esset vera, & realis; sed cōmentaria, & chymærica. At posita indistinctione inter assignata extrema, non esset vera, & realis; sed com-

mētitia, & chymærica cōiunctio possibilatis ad coexistēdū cum Petro, sub cōditione vnius extremiti ex illis; & impossibilitas ad idē sub cōditione alterius extremiti. Quid enim magis chymæricum, quā possiblitas; & impossibilitas ad idē, sub eadē omnino cōditione? Ergo cōiunctio taliū prædicatorum Dei ab intrinseco excludit indistinctionē talū extremerū, & cōsequēter ab intrinseco cōnectitur cū distinctione ipsorum, in qua distinctione stat possiblitas Petri, vt nuper declaratum est. Secundo, vt probationem factā minoris soluere non tentes aquiuocatione laborans, vrgeo sic. Implicat ab intrinseco cōnecti cum possibilitate Petri, & nō cōnecti ab intrinseco cum possibilitate huius animalis rationalis demonstrando Petrum: quia Petrus, & hoc animal rationale idem penitus sunt ex parte obiecti, solumq; voce differūt. At similiter idem omnino sunt ex parte obiecti Petrus, & hoc animal rationale non implicans contradictionē, demonstrando Petru, qui nunc datur: ergo implicat ab intrinseco cōnecti cum possibilitate huius animalis, &c. & non cum possibilitate Petri. At ostensum est prædicata diuina cōnecti ab intrinseco cum possibilitate huius animalis rationalis nō implicantis contradictionē: ergo cōnectūtur ab intrinseco cum possibilitate Petri.

8 Tertiò. Quia, vt nobis cōcedunt aduersarij diluere nitentes propositum argumentum: prædicata Dei assignata, licet nō connectantur ab intrinseco cum eo, quod Petrus sit is, qui modo est, in quo stat possilitas Petri; tamen ab intrinseco cum eo connectuntur, quod si Petrus habeat hęc prædicata, quę nunc habet, distinguetur ab impossibili. At hoc ipsum est ea prædicata connecti ab intrinseco cum possilitate Petri, quę nostrę disputatiōni subiicitur: ergo aduersarij nobis dant quidquid intēdimus, licet verbis renuere studeant. Minor probatur. Si enim prædicata Dei connectuntur intrinsecè cum hac veritate. ¶ Si Petrus habeat hęc prædicata, quę nunc, distinguetur ab impossibili. & certe connectuntur intrinsecè cum hac: Hac prædicata si ex concep- tu preciso talium prædicatorum darentur, non inuolueretur ibi contradic̄tio: si enim ibi contradic̄tio inuolueretur, non distingueretur Petrus ab impossibili, habitis eiusmodi prædicatis. At possilitas præsenti controversiae subiecta stat in hac veritate ultimo loco posita: ergo connexio Dei intrinseca, quā intendimus cum possilitate creaturarū, nobis conceditur. ¶ Explicatur. Duplex est possilitas Petri. Contingens alia consistens in ipsa entitate Petri absolute exercita. Alia necessaria in eo stans, quod

si ponatur existere Petrum cum his præcisę, quę importat ex suo conceptu, non ibi reperietur cōtradic̄tio (quidquid sit de entitate physica, in qua intrinsecè résidat hęc possilitas) cum hac secunda possilitate connectuntur ab intrinseco prædicata necessaria Dei, iuxta præfatam solutionem, vt probatū est. Cum prima contingente, nullus potest asserere, prædicata necessaria Dei connecti ab intrinseco, vt patet ex num. 2. ergo aduersarij non soluunt argumentum; sed concedunt intentum.

9 Veniamus iam ad probationem maioris nostri syllogismi, scilicet Deum, eo ipso, quod sit verus Deus summè necessarius, habere intrinsecè quatenus est ex se possilitatem, vt coexistat Petro, si sit hoc animal rationale non implicans contradictionem; & impossibilitatem, vt eidem Petro coexistat, si sit binarium contradictiorum retinentium naturam contradictionis. Prima pars manifesta est ex num. 5. not. 1. Posterior pars, in qua stat tota difficultas probatur sic, sumēdo claritatis gratia existentiam lucis, & careniam lucis. Deus ex se ipso intrinsecè excludit esse coexistentem luci, & nullo modo coexistentem luci. At simul coexistere luci, & eius carentia seruantibus verę, & proprię naturam contradictionis, est simul esse coexistentem

tem luci; & nullo modo coexistentem luci: ergo Deus se ipso excludit coexistere luci; & eius carētiā seruantibus verē, & prōpriē naturam contradictionis. Consequentia patet, & minor videtur clara. Nam existere carentiam lucis, seruata natura cōtradictionis cum luce, est nullo modo existere lucem: si ergo Deus exiit simul cum luce, & cum carentia lucis, id est, nullo modo existente luce, est coexistens cum luce, quia coexistit ipsi; & est nullo modo coexistens luci, quia coexistit carētiā, quod est existere nullo modo existente luce, proindeq; est, nullo modo esse coexistentem luci. Major ergo probatur sic. Deus ex se ipso excludit distinctionem à se ipso: ergo ex se ipso excludit esse coexistentem luci; & nullo modo coexistentem luci: hoc enim esset distingui à se ipso, quod ostenditur sic.

10 Omne nullo modo coexistens luci distinguitur ab omni coexistenti luci. Sed Deus est nullo modo coexistens luci in positione facta: ergo distinguitur ab omni coexistenti luci. Ipse autem Deus est in positione facta unum ex coexistentibus luci: ergo distinguitur à se ipso. Vnde quemadmodum Deus, quia intrinsecè impeccabilis excludit à se ipso peccatum; ita etiam, quia intrinsecè indistinctus à se, intrinsecè excludit esse

coexistentem luci, & nullo modo coexistentem luci: hoc enim inuoluit ipsum à se ipso distinguiri. Confirmatur, vel potius idem inculcatur, vt his, vel illis terminis vis argumēti percipiatur. Dari carent iam lucis, seruata natura contradictionis cum luce, est dari carentiam lucis faciendo, vt nullo modo existat lux, ac proinde faciēdo, vt quod libet simul cum illa existens sit nullo modo coexistens luci: si ergo Deus coexistit carentiā lucis, seruata natura contradictionis cum luce, Deus erit nullo modo coexistens, ac proinde distinctus à coexistenti luci, ac proinde à se, qui supponitur luci coexistens.

11 Confirmatur secundò, vt Ouiedi, & aliorum solutionē excludas. Deum simul coexistere luci, & carentiā lucis seruantibus naturam contradictionis, impossibile est ex prædicatis intrinsecis Dei; & nō solùm ab extrinseco, quia lux, & carentia lucis impossibilitatem habet coexistendi inter se; per accidens tamen se habentem respectu Dei: ergo Deus ex prædicatis intrinsecis excludit coexistere simul luci, & carentiā lucis. Antecedēs probatur. Etsi per accidens sit respectu Dei (demus hoc) lucem, & carentiam lucis esse extrema contradictioni opposita; per se tamen est ex prædicatis intrinsecis Dei, non posse Deum

simul coexistere talibus extremis, si semel contradictoria sint, licet ab extrinseco sit respectu Dei, quod sunt contradictoria: ergo Deus ab intrinsecis habet impossibilitatem coexistendi talibus extremis, quatenus contradictorijs, quod argumento sufficit, & nihil aliud intenditur, ut recolenti constabit. Probatur antecedens ex dictis. Ex intrinsecis prædicatis Dei est impossibilitas, ut Deus distinguitur à se ipso. At Deum coexistere extremis contradictoriè oppositis, tametsi habentibus hanc oppositionem ab extrinseco, & per accidens respectu Dei, est Deum distinguiri à se ipso: ergo ex intrinsecis prædicatis Dei est impossibilitas Dei ad prædictam coexistentiam.

12 Explicatur. De mas cum aduersarijs, testimonium creatū Dei testantis Incarnationem ab extrinseco, & per accidens habere respectu Dei, quod sit essentialiter testimonium possibile, Deique loquentis. Licet hoc dato non connectatur ab intrinseco Deus cum eo, quod prædictum testimonium habeat ea prædicta essentialia; tamen ab intrinseco connectitur Deus, cum eo, quod non subit falsitas tali testimonio, quod habet ab extrinseco, & per accidens respectu Dei ratio prædicata essentialia: nimirum, quia Deus ab intrinsecis habet sapientiā, & veracitatē op-

positas cum falsitate testimonij, quod sit locutio Dei: ergo dato cum aduersarijs, quod lux, & carentia lucis respectu Dei ab intrinsecis, & per accidens habeat contradictionem oppositionem, proindeque dato Deum ab intrinseco non connecti cum oppositione contradictoria taliter extremorum; tamē Deus ab intrinseco connectetur cum non coexistentia sui cum talibus extremis habentibus respectu Dei per accidens, & ab extrinseco taliter oppositionē, nempē, quia Deus ab intrinsecis habet necessariam identitatem cum se ipso, pugnantē essentialiter cum coexistentia Dei cum extremis oppositionis contradictioniē.

13 Confirmatur tertio, ut ingeniosi Recentioris solutionem rejeiciam. Extrema, quæ sunt re ipsa idem omnibus modis, & sola repetitione vocū distinguuntur, ex ipsa tali identitate habent incapacitatem suscipiēdi denominaciones contradictionis etiā extrinsecas, maximē physicas, & non purē intentionales, ut cognosci, & non cognosci (licet nos negantes præcisiones obiectivas, idem in his arbitremur). At Deus, & ipse Deus sunt extrema omnibus modis idem, & sola repetitione vocum distincta: ergo Deus ex ipsa intrinseca identitate cum se ipso habet incapacitatem suscipiēdi denominaciones contradictionis, etiā

extrinsecas: ergo habet incapacitatem coexistendi simul luci, & carentiam lucis: hoc enim esset suscipere has determinationes contradictorias physicas. ¶ **E**sse coexistentem; & non esse coexistentem luci. ¶ An vero ex hoc modo arguendi connexio essentialis cuiuslibet entis cum cuiuslibet possibilitate fiat, discutimus in metaph.

14 Sed contra hanc rationem obiciunt primo RR. argumentum, quod sic proponendum esse iudico. Ut unio hypostatica terminetur immediatè ad filiationem; & non ad naturam diuinam, sufficit filiationem, & naturam diuinam virtualiter saltem distinguui, ipsique compete-re hac prædicata contradictionia. ¶ Uniri immediatè naturæ humanae. Non uniri immediatè naturæ humanae & non autem requiritur in ipsa unione dari prædicata contradictionia, propter quæ unio distinguatur à se ipsa: ergo similiter, ut Deus coexistat luci, & non coexistat luci, sufficiet ipsam lucem distinguui à se ipsa, quatenus lux suscipit hec prædicata contradictionia. ¶ Est existens. Non est existens & non tam opus erit in ipso Deo dari prædicata contradictionia, propter quæ Deus à se ipso distinguatur. ¶ Sed hæc obiectio ex ipso modo proponendi nostru argumētū soluta manet. Cœcelo antecedenti, distinguo cōsequēs. Ut Deus coe-

sistat luci; & non coexistat luci, sufficiet lucem distinguui à se ipsa; & non erit opus distinguui Deum à se ipso, si distinctio lucis à se ipsa non proueniat ex cōiunctione similitanea lucis, & carentiam lucis seruantium oppositionē contradictionam, admitto cōsequentiā: idque solum probat argumētū. Si distinctio lucis à se ipsa proueniat ex prædicta coniunctione, nego consequentiā.

15 Itaque, si existat lux in hoc instati, & simul existat carentia lucis, eaque extrema seruit oppositionē contradictioni, primò fiet lucem distinguui à se ipsa: quia non existens nunc distinguitur ab existente nunc. At in hac positione lux est non existens nunc, & simul est existens nunc: ergo in hac positione lux distinguuetur à se ipsa. Secundò fiet, Deus coexistentē luci, & carentia lucis seruitibns oppositionem contradictionam, distinguui à se ipso. Ratio est. Nam, ut existentia, & carentia lucis opponantur contradictioni, necesse est versentur circa eandem lucem, unam, & eamdem rectam. Etenim existentia unius lucis, & carentia alterius non opponuntur contradictioni: ergo in casu posito, ubi simul datur existentia, & carentia lucis seruantes oppositionē contradictioni, eadem lux existit, & manens eadem secum non existit, & cōsequenter Deus nunc est coexistentis huic luci, & non est coexistentis eadem ma-

nesti eidem. At sicut distinguuntur existens nunc; & non existens nunc; ita etiam distinguuntur coexistens nunc huic luci. & non coexistens nunc eidem luci manenti eidem: ergo in casu positivo sicut insertur distinctio lucis à se ipso; ita distinctio Dei à se ipso. Quem admodum, ut exemplo arguentis utrūq; vno hypostatica distingueretur à se ipso, si esset vno immediata filiationis; & non esset vno immediata alii cuius, quod esset, & maneret idem, etiam identitate virtuali cum filiatione.

14. Obijcunt secundò. Natura humana non potest naturaliter ornari gratia supernaturali, idque non prouenit ex intrinseca exigentia naturæ, ut careat gratia, nam alioquin violentum illi esset habere gratiam, sed præcisè prouenit ab extrinseco, nempe quia gratia est ex se supernaturalis: ergo similiter, quod Deus nullo modo coexistere posse extremitis contradictione oppositis, non est cur reducatur ad impossibilitatem Deo intrinsecam; sed ad impossibilitatem Deo extrinsecam consistentem in eo, quod extrema contradictionia habeant ex se impossibilitatem existendi simul. ¶ Respondeatur. Concessio antecedente, negatur consequentia. Discrimen est, quia in natura humana nullū est prædicatum intrinsecum, propter

quod pugnet, siue oppositione naturali; siue essentiali cum gratia supernaturali. At in Deo prædicatum intrinsecum summae, ac necessariae identitatis cum se ipso pugnat essentialiter cum coexistentia Dei cum extremitis contradictione oppositis; ideo impossibilitas coexistentiae Dei cum illis, non solum reducenda est ad impossibilitatem coexistentiae eorum extremitum cum Deo; sed etiam ad impossibilitatem Deo intrinsecam coexistendi cum illis.

15. Obijcunt tertio. Existencia contingens vnius entis potest mere extrinsecus, & per accidens se habere respectu alterius. Nam quid ad me refert existere, vel non existere Turciam? Ergo similiter existencia necessaria vnius entis poterit purè extrinsecus, & per accidens se habere respectu alterius, nihil enim immutatur huius rei entitas, ex eo quod aliud ens existat necessario; vel contingenter: ergo quamvis necessaria sit non coexistentia Dei cum duplice contradictrio, poterit ea non coexistentia purè extrinsecus, & per accidens se habere respectu Dei. ¶ Respondetur. Concedo antecedens. Quia nō implicat vnam rem in differenter se habere ad hoc, ut alia res contingens existat, vel non existat: & nego consequentiam, quia repugnat vnam rem.

indifferenter ab intrinseco se habere ad hoc, ut alia res necessaria existat, & non existat. Ratio est, quia carentia necessarij inuoluit duplex contradictorium, proindeque, si vna res ab intrinseco posset cōiungi cum tali carentia, posset cōiungi cum duplice contradictione, vnde fieret, posse ab intrinseco distingui à se ipsa, ut probatum est. Repugnat autem rē adhuc quatenus est ex se posse à se distingui. Vnde quamvis necessarium nobis extrinsecū non immutet nos in intrinsecè formaliter; ceterum ipsius carentia nos immutaret intrinsecè arguituè, quatenus argueret nos non habere identitatem intrinsecam cum nobis ipsis.

CAP. III.

Eadem connexio probatur ex alijs perfectionibus Dei.

16 **A** Siero secundò. Ex perfectione diuina: omnipotētiæ probatur intrinseca cōnexio Dei cū possibiliitate creaturarum. Hanc assertionem nō nullis retro annis probauimus hoc arguītō, quod frustra soluere tentarunt Recentiores, vt partim cōstat ex dictis; & partim cōstabit ex dicēdis. Deus ex prædicatis intrinsecis potest quantū est ex se producere Petru (idem dico de quolibet producibili) Deinde ex prædicatis intrinsecis habet non posse producere im-

possibile, vt impossibile. Nam impossibile, qua tale non est obiectum omnipotētiæ: ergo Deus ex prædicatis intrinsecis nequit existere sine distinctione Petri ab impossibili. Patet hæc consequētia, quia posse A; & non posse B percipi nequit sine distinctione A, & B. si igitur in intrinsecis Dei datur posse Petrum; & non posse impossibile, patet intrinseca Dei stare non posse sine distinctione Petri ab impossibili: ergo stare non possunt sine possibilitate Petri, quia possibilitas Petri non est aliud, quam ipsius distinctione ab impossibili.

17 Dicunt, Deum non habere ab intrinseco posse producere Petru potestate omnino absolute, sed absolute ex parte Dei; & conditionata ex parte Petri. Est dicere. Deus ex se habet plenissimam sufficientiam ad producendum Petrum; illa tamen exerceri non valet in productione Petri, nisi sub cōditione quod Petrus ex se non implicet contradictionem. Hæc sufficientia sic explicata non connectitur cū possibiliitate Petri: sicut me posse videre Angelum oculis corporeis sub conditione, quod sit color, non connectitur cum colore Angelico. Missis, quæ docet expenduntur ab alijs contra hanc solutionem, sic illam efficaciter reiçcio. Diuina sufficientia ad producendum Petrum, ex intrinsecis habet posse com-

pieri in ratione potestatis abso-lutæ productiæ Petri ab eo, quod Petrus ex conceptu suo sit hoc animal rationale non implicans contradictionē. Hanc partem fatentur aduersarij, & negari non potest. Deinde diuina sufficientia ad producendū Petrum habet ex intrinsecis non posse compleri in ratione potestatis absolutæ productiæ Petri ab eo quod Petrus ex conceptu suo sit implicans contradictionem. Nam diuina sufficientia ex intrinsecis habet non esse chymærica. Quomodo autem magis erit chymærica sufficientia productua, quam potens reddi absolutè productua ab ipsa impossibilitate termini? Nunc sic. Sufficientiam Dei posse constitui absolutam ab eo, quod Petrus sit Petrus, id est, hoc animal rationale non implicans contradictionē, & nō posse constitui absoluta ab eo, quod Petrus implicantur, sunt intrinseca prædicata omnipotētia. At stare non possunt sine distinctione Petri ab implicante contradictionē, eaq; distinctio est possibilitas Petri: ergo prædicata intrinseca omnipotētia statere non possunt absque possibili-tate Petri.

18. Dicunt secundò. Falsum est, Deum non posse quatenus est ex se producere impossibilia: quod enim hæc sint impossibi-llia, non inde prouenit, quod in Deo non sit potestas ad produ-

ctionem illorum; sed quod in ip-sis est repugnantia, vt producan-tur. Si enim per ipsa non flaret, ab eadem diuina virtute, qua possibilia nunc efficiuntur, ipsa etiam fluere poscent. Ita RR. quos suppresso nomine citat He-melmi. tit. 7. disput. 5. capit. 1, quam tamen doctrinam eo cap. 1. num. 1. mordet acerrimè, quasi prorsus nouam, improba-bilem, ferè inauditam, & contra communem omnium Phi-losophorum, Theologorum, & SS. PP. sensum. Vide illum erudi-tè agentem hac de re. Sed hu-ius opinionis centuris omissis, quia mihi non est, siue excusan-di otium; siue accusandi ge-nium. In primis, adhuc ea cog-nitione admissa, manet in sua vi argumentum factum num. 17. Nam, et si demus Deum ex se posse producere impossibilia, tam-en diuina omnipotentia ex se habet posse reddi virtutem ab solute productiua Petri ab eo quod Petrus sit in conceptu suo hic homo, qui modo est, nec nō ex se habet nō posse reddi virtutē absolutè productiā Petri ab eo, quod Petrus sit implicatorius. Hoc autē sufficit ad cōexionē intentam, vt constat ex num. 17.

19. Præterea. Quamvis Deus (demus hoc) sine noua virtute posset producere impossibilia, si redderentur possibilia, qui solus sensus videtur subesse opinatio-ni citatæ; certè Deus ex se ipso

intrinsecè impossibilitatem habet producendi impossibilia in sensu composito suè impossibilitatis. Sed hæc sufficit ad connectionem, quam intendimus, idq; rationes nostræ assumunt, quid sit de locutionibus alijs: ergo præcripta solutio nihil præstat. Maior patet ex cap. 2. Nam diuina virtus ex indistinctione necessaria, & intrinseca sui à se ipsa impossibilitatē habet coexistendi simul duobus extremis contradictorijs seruantibus naturam oppositionis contradictoriæ: producere autē impossibile in sensu composito suè impossibilitatis, scilicet implicandi contradictionem, estet coexistere simul duobus extremis contradictorijs seruantibus naturā oppositionis cōtradictoriæ. Prima minor probatur. Quia si Deus ex se ipso ab intrinseco habet impossibilitatem producendi quodlibet impossibile in sensu composito suè impossibilitatis, nimur implicandi contradictionem; & præterea Deus habet ex se ab intrinseco possibilitatem producendi Petrum, & quamlibet aliam creaturā possibilem in sensu composito inuoluendi in suo cōceptu ea prædicata, quæ nunc inuoluunt, iam Deus ab intrinseco infert creature possibles acceptas secundum sua prædicata distingui à quolibet impossibili, proindeq; possibles esse.

20 Sed quia plura ex dicendis ostendunt huius solutionis insufficientiam. Nota primò, quod pro RR. citatis num. 12. potest afferri ex D. Thom. solutum est disput. 6. num. 46. quam solutionem vedit optimè præstantissimus Doctor P. Ludouicus Molina 1. p. quæst. 25. art. 3. 9. Ex hac tenus dictis. Et licet ad puriorē loquendi modum pertineat dicere potius, non posse impossibile impossibilia fieri à Deo; quam Deum non posse illa facere; tamen in rigore metaphysico verum est, Deum nō posse impossibilia. Vnde D. Th. nō detrectat hunc modum loquendi. Legatur in 2. contra gent. cap. 22. rat. 2. & 3. & cap. 25. rat. 7. & num. 8. 9. 10. 11. 13. vbi enumerat multa impossibilia, quæ ait, Deus non posse facere: & 1. contra geat. capit. 84. De pot. quæst. 1. artic. 7. & in 1. dist. 42. quæst. 2. artic. 2. corp. & ad 2. & ad 8. Quibus visis aperte cōstabit, quā immerito fidant aduersarij unico testimonio D. Tho. ¶ Nota secūdo. Hæc propositio ¶ Eadē virtute, qua Deus potest nunc producere possibilia, potest impossibilia, si per illa nō stet ¶ potest in aliquo sensu veritatē habere, quamvis in alio sensu falsa sit. Verū est, imò, & nimis verū, nō deesse Deo potestatē ad producēdā impossibilia, si nomine impossibilium sumantur, non quidem implicantia; sed producibi-

lia, quæ nunc non implicant cōtradictionem: quæ veritas satis est friuola. Praeterea si sumas conditionalem hanc. Si per imposibilia non stet poterunt produci à Deo, quæ cū ista coincidit: *Si impossibilia sint creature non implicantes contradictionem, poterunt produci à Deo,* talis conditionalis erit vera, si sensus præcisè sit, ex prædicto hypothesis, nempe ex ratione creaturæ non implicantis contradictionem, benè inferri potestatem Dei ad productionem illius. Hæc autē veritas præcisè fundatur in potestate diuina ad productionē omnis creaturæ nō implicantis contradictionē; non vero in potestate diuina se extēdente ad aliquē aīm terminū. Tandem illa propositio est falsa, si denotet, Deus, nō solū habere potestatem intrinsecam ad nunc possibilia; sed vñterius ad aliud.

21. Assero tertio. Ex infallibilitate diuinæ scientiæ deducitur intrinseca Dei conexio cum possibiliitate creaturarū. Probationē mihi suggestissile videtur sanctissimus, iuxta ac sapiētissimus Doctor Augustinus tom. 6. lib. 26. contra Faustū cap. 5. initio illis verbis: *Quisquis itaque dicit si omnipotens est Deus faciat, ut que facta sunt facta non fuerint; nō videt hoc sé dicere, si omnipotens est faciat, ut ea, quæ vera sunt falsa sint.* Et paulò inferius: *Hanc sententiam Deus falsam facere nequit, quia*

nō est contrarius veritati. Deinde inferius: *Huic veritati Deus non potest aduersari, in quo est summa, & incomutabilis veritas, quo illustratur, ut sit, quidquid in quorumcumque animis, & mentibus verū est.* Vbi vides, Augustinū, nō minus impossibile iudicare, Deum facere hoc impossibile. Cōiungere cum præteritione rerum, quod nō fuerint & quām Deum suę incomutabili veritati aduersari. Quare, sicut ab intrinseco habet impossibilitatē aduersandi suę incomutabili veritati; ita habet ab intrinseco impossibilitatem faciendi impossibile.

22. Ex quibus placeat hanc rationem premere scholastico more. Deus potest quatenus est ex se coniungi cum hoc Petro, cum quo nunc coniungitur: idemque est de qualibet creatura possibili. At Deus ex intrinsecis habet impossibilitatē coexistendi cum quicunque binario extremorum habentium oppositionem contradictoriam, eamque habet impossibilitatem, quatenus nequit falli: cum igitur hæc intrinseca Dei stare non possint sine distinctione Petri a qualibet binario contradictiorum, in qua distinctione stat possilitas Petri, patet intrinseca Dei, quatenus important infallibilitatem diuinæ scientiæ, stare non posse sine possibilitate Petri. Probatur id, quod specialiter in hac assertione probandum suscipi-

cipimus, neimpè Deum ex intrinseca infallibilitate sua excludere coexistentiā cum binario contradictorium. Ponamus Deum simul coexistere cum luce, & cum carentia lucis. Tunc Deus cognoscit, lucem existere. Sed hac ipsa cognitione fallere. tur. Nam fallitur ille, qui iudicat existere lucem, non existente luce. Tunc autem non existeret lux, cum ponamus existere carentiam lucis, retenta natura carentiae lucis: ergo tunc falleretur Deus. Non vero, simul nē se quatur non falli, & neque falli, neque non falli, quæ miranda est contradictionis natura nihil, & omnia inferentis.

23 Confirmatur. Deus in eo euentu simul iudicaret existere lucem; & non existere, cum ponamus itares se habere: ergo, cū Deus nihil ignoret, etiam cognoscet se cognoscere lucem existere: ergo cognoscet, ipsum Deum falli: quia cognoscens, Deum iudicare lucem existere, non existente luce, cognoscit, Deū falli. Cum igitur ipse Deus cognoscat se iudicare lucē existere; & aliunde cognoscat lucē non existere, sit Deum cognoscere ipsum Deum falli. Tunc sic. Vel hoc iudicio, quo Deus cognoscit, ipsum Deum falli, Deus fallitur, vel non? Si fallitur, habemus intentum. Si non fallitur: ergo verum iudicat. At eo iudicio iudicat falli: ergo verum est

falli. Patet ergo elegantissimè, verissimèque dixisse Augustinum Deum facientem impossibilia suæ incommutabili veritati aduersari.

24 Affero quartò. Deus ex plurimis perfectionibus necessarijs suæ voluntatis connectitur cum possibilitate creaturarum possibilium. Item cum possibiliitate peccati. Primo. Deus habet intrinsecam impossibilitatem exercendi amicitiam, liberalitatem, fidelitatem, & iustitiam circa chymaram, ut chymara. Quippe ab intrinsecis Dei est impossibile omne exercitium diuinum fatuum, & imprudēs, cuiusmodi essent actus istarū virtutū exerciti circa impossibile, vt tale. Aliunde Deus ab intrinsecis habet posse quārum est ex se exercere prædictas virtutes circa Petrum sumptum ex prædicatis, quæ nunc inuoluit ex conceptu suo. Patet autem ex dictis hæc prædicata diuina stare non posse sine possibilitate Petri, idemque argumentum fieri potest in qualibet creatura rationali. Secundo si niliter. In intrinsecis perfectionibus necessarijs voluntatis diuinæ est possibilitas Dei quantum est ex se ad exercendam liberalitatem elargitione donorum, quibus nunc exercetur, si ex conceptu suo importent prædicata, quæ nunc important; & impossibilitas Dei, vt sua in liberalitatē exerceat largitionechy.

moxarum: hæc autem intrinseca Dei stare non possunt sine distinctione à chymæris illorum donorum, si sumantur ex prædicatis, quæ talia dona important ex suo conceptu: cumque talis distinctio sit eorum dono. runi possilitas, stare non possunt intrinseca Dei sine illorum possibilitate.

25 Tertiò similiter. In intrinsecis Dei est possilitas quatenus est ex parte Dei decernendi efficaciter existentiam Petri, quatenus huius animalis rationalis, siquidem eam existentiam defacto decernit. Deinde in Deo est impossibilitas, etiam quatenus est ex parte Dei decernendi efficaciter impossibile, ut impossibile. Nam Deus etiā sumptus quatenus est ex parte suæ perfectionis impossibilitatē habet te exercendi decretis imprudētissimis, cuiusmodi essent, quibus impossibilia, ut talia decernerentur: quæ decreta etiā haberent ex intrinsecis esse necesse frustanda suo effectu, cum implicet existere impossibile, ut impossibile. Possibilitas autem, ut efficaciter decernatur hoc animal rationale coniuncta cum impossibilitate, ut decernatur impossibile, ut impossibile, stare non possunt sine distinctione eius animalis ab impossibili, ut impossibili, in qua distinctione cōficitur eius animalis possilitas: ergo sine hac possilitate stare

non possunt intrinseca prædicta Dei coniunctim sumpta.

26 Quartò similiter probatur intrinseca connexio Dei cū possibilitate peccati. In intrinsecis enim Dei datur potestas, ut serio, & prudenter sumat vindictā ab homine, quia libere elicit circa Deum odium, quod nunc elicit. In intrinsecis autem Dei est impossibilitas, ut ipse Deus exerceat serio, & prudenter hunc actum: *Volo à te repetere pœnas, quia liberè posuisti chymoram implicantem dūs contradicitoria.* Patet autem ex dictis illam possilitatem Dei coniunctam cum hac impossibilitate stare nō posse sine distinctione peccati odij ab impossibili, ut tali: in qua distinctione consistit eius peccati possilitas: ergo sine hac stare non possunt intrinseca Dei. Præterea. Quia in Deo est quatenus est ex parte sua possilitas, ut prudenter decernat non existere malitiam peccati, & ad hanc finem serio, & prudenter adhibere media. Ruris in Deo, etiam quantum est ex parte ipsius Dei, est impossibilitas decernendi nō existere impossibile, qua tale, & ad huius non existentiam serio, & prudenter adhibere media: quippe huiusmodi exercitia esse sunt iu prudenter media, & sultissima, Deoq; non est ex parte sua possibile; sed omnino impossibile se imprudenter, & stulte exercere. At prædicta intrinseca

præ-

prædicata Dei stare non possunt sine distinctione malitiæ moralis ab impossibili, vt tali, in qua distinctione stat eius malitiæ possibilis. Ergo consistere nō possunt interna Dei sine tali possibilitate. Superfedeo iam ab alijs argumentis, quæ, ni fallor, præputa cuilibet erunt rectè perpendi-
denti superiora.

CAP. III.

Concluditur explicatio nostræ sententiae.

27. **A**sper quinto. Deus ab intrinseco connectitur cū necessitate disiunctiuæ existentiæ & nō existentiæ. Explicatur. Nō est determinatè necessariū Petru[m] existere, quia potest Petrus non existere; neque est determinatè necessariū Petrum non existere, quia potest Petrus existere. Tamē existere Petru[m] est disiunctiuè, & indeterminatè necessarium, quia necessitè est Petru[m] existere, ve[n]it nō existere, necessitate, vt nō deficiant simul vtrūque hoc extremū: & propter eandem rationem Petru[m] nō existere est disiunctiuè, & indeterminatè necessariū. Cōclusio ergo est, Deus ex prædicatis suis intrinsecis cōnecti cū hac & similibus necessitatibus disiunctiuis. Colligitur manifestè ex dictis. Primo. Quia, vt probatū manet, Deus, nō solū ab extrinseco; sed ex suis intrinsecis prædicatis necessitatus est, vt nulli implicanti cōtradictionē coexistat: ergo ex intrinsecis necessi-

tatis est, vt nō coexistat carētia talis necessitatis, implicat enim cōtradictionē necessariū nō esse Petru[m] existere, aut non existere. At Deū necessariò existentē esse ab intrinseco necessitatū, vt non coniungatur cū carētia talis necessitatis disiunctiuæ est esse ab intrinseco connexū cū ea necessitate: ergo datur connexionio intrinseca, quā intendimus. Secundū. Quia Deus est ex se potestas, vt cōiungatur cū ea necessitate disiunctiuæ; & ex se est impossibilitas, vt cōiungatur cū impossibili quatenus impossibili. At huiusmodi prædicata Dei cōnectuntur cū distinctione talis necessitatis ab impossibili, in qua distinctione stat eius necessitatis possibilis: ergo prædicata intrinseca Dei connectuntur cum possibilitate eius necessitatis, ac proinde cum eo, quod re ipsa sit talis necessitas, quia illa necessitas est quid necessariū; & de ratione necessarij est dari re ipsa eo ipso, quod possibile sit. Quibus argumentis probabis eadem vi, Deum ab intrinseco connecti cū existere, vel non existere Petrum: quia hoc disiunctum est necessarium, & argumenta facta probant eodem modo connexionem intrinsecam Dei cum quolibet necessario in se. Hinc.

28. Asper sexto. Deus ex prædicatis intrinsecis connectitur cum impossibilitate chymæram, v.g. alterius Dei, hominis

irrationalis, &c. Probatur in genere. Quia cuiuslibet chymæ-ræ impossibilitas est necessaria, eiusque impossibilitatis oppositum implicat contradictionem: est enim implicatoriū posse existerē chymæram. At ex numero præced. Deus ab intrinseco connectitur cum omni necessario, cuius oppositum implicat contradictionem: ergo cum impossibilitate cuiuslibet chymærae. Deinde connexio intrinseca Dei cum impossibilitate pluriū chymærarum patet. Tum quia ex intrinseca impeccabilitate est ab intrinseco connexus cū impossibilitate sui peccati. Tum quia ex intrinsecis necessitate existendi, aseitate, summa perfectione, unitate in ratione Dei, Trinitate in ratione personarum, distinctione à creaturis est intrinsecè connexus cum impossibilitate carendi existentia, habendi causam productiūam, contrahendi labem imperfectionis, existentiae alterius Dei, identitatis triū personarum, & identitatis cum creaturis: ac demū in opinione aduersiorum ex omnimoda, summaque independentia à creaturis, etiam possibilibus, est intrinsecè connexus cum impossibilitate, ut ipse connectatur ab intrinseco cū possibilitate creaturarum. Vnde.

29 Affero septimò. Deus ab intrinseco connectitur cum negationibus necessarijs. Tum in

genere, quia iam ostendimus connecti ab intrinseco cū quolibet, siue ente, siue conceptu obiectivo recessario. Tum quia connectitur cum impossibilitate necessaria impossibilium, ut ostendimus conclusione prædente. At impossibilitas necessaria impossibilium, vel se ipse est negatio necessaria ipsorum, vt mihi est verum, vel secundum essentialiter affert talēm negationē: ergo Deus connectitur cum his negationibus. Tum in specie. Nam Deus ab intrinseco connectitur cum omnibus illis, sine quibus constare non possunt intrinseca Dei. At saltem sine pluribus negationibus necessarijs constare non possunt: ergo saltem cum pluribus connectitur ab intrinseco. Minor probatur quia deficere peccatum Dei, mutationem ipsius, causam eius productiūam, alterum Deum, identitatem Dei cum creaturis, falsitatem suarum noticiarum, frustrationem suorum decretorū, requiruntur, ad hoc, ut ista perfectiones diuinæ continentantur, nē pè impeccabilitas, immutabilitas, aseitas, immultiplicabilitas Deitatis, distinctio a creaturis, infallibilitas in cognoscendo, & infrastabilitas in decernendo.

30 Vbi pro intelligentia nostri sensus obseruo primo. Agimus de negationibus istarū chymærarum, non solū necessarijs in se;

se; sed requisitis ad excludenda prædicta impossibilia. Nam, si tales negationes ex una parte significantur necessariae, & aliunde non requisitæ ad excludendas prædictas chymætas, dicendum consequenter est, tametsi Deus ab intrinseco connecteretur cum ipsis titulo generali connexionis intrinsecæ cum quolibet necessario; non tamen specialiter ex prædictis perfectionibus, quæ formaliter ex se ipsis eatenus exigere ab intrinseco possunt tales negationes, quatenus istæ requiruntur ad excludendas prædictas chymætas. Obseruo secundo. Assertio nostra solum contendit connexionem intrinsecam Dei cum negationibus explicatis, eamque probat connexionem probationibus præscindentibus a b identitate, & distinctione ipsarum à Deo. Quod si indistinctæ sint à Deo, ut nobis est verū, connexio Dei cum ipsis erit logica nempe eiusdem ad se ipsum realiter. Si autem distinctæ sint à Deo, connexio erit quasi physica distincti ad distinctum iuxta explicata cap. 1. num. 1. Tertio iunctis simul omnibus nostris principijs: nempe prædicata necessaria Dei solum posse connectari cum necessario simpliciter, connectique cum his negationibus, proindeque illas esse necessarias simpliciter; ac deniq; omnem necessarium simpliciter idētificari cum Deo, manifeste in-

fertur, prædictas negationes esse ipsam entitatem Dei se ipsa excludentem possibilitatem, & existentiam talium chymætarū. Quam ob rem iunctis his omnibus principijs, si aliunde tales connectiæ statuātur distinctæ à Deo, fiet Deum cum ipsis non connecti secundum prædicata diuina necessaria, & aliunde connecti. Hoc vltimum, quia nostræ probationes ostendunt connexionē præscindendo ab identitate talium negationum cum Deo. Illud primum, quia datis eis principijs, infertur, tales negationes esse contingentes, Deusque nequit ex prædicatis necessarijs connecti cum contingente. Quomodo autem disiunctum ex esse, & non esse creaturæ secundum existentiam disiunctiuam necessariam idem sit cum Deo exponimus fusè disput. 2. de voluntate Dei.

31 Quidam Recētores olim commagistrati nostri, & quidem præclarati ingenij, dicunt, bifariā posse unum extrellum connecti essentialiter cum alio. Primo tanquam egens ipso ad existendum. Secundo tanquam sibi annexens illud, ut proprietatem, à qua nulla potestate separabile est. Quod primo modo connectitur cum alio extremo, petit illud necessariò ad existendum. Quod vero posteriori modo connectitur, non petit terminū connexionis ad existendum; sed

Ut illo extrinsecus afficiatur, aut perficiatur. Inter quas conexiones haec sunt discrimina. Primo: ex defectu termini, cu quo connectitur res tanquam adhuc existentia indigens eo termino, sequitur per locum intrinsecum defectus talis rei. At ex defectu termini, cu quo res posteriori modo connectitur, non sequitur defectus eius rei. Secundo, quod priori modo connectitur cu termino non habet ex se potestatem ad existendum, si per posibile, vel impossibile deficiat terminus. At, quod posteriori modo connectitur cum termino, licet non habeat potestatem ad carentiam termino; habet tam ex se sufficientem potestatem ad existendum, si per impossibile deficiat terminus. Dicunt ergo, Deum non connecti priori modo cum carentia alterius Dei, quia Deus, ex plenitudine sua perfectionis, habet nullo a se distinto, siue positivo, siue negativo ad existendum indigere; connecti tamen posteriori modo cu carentia alterius Dei, quoniam immultiplicabilitas Deitatis annectit sibi necessario carentiam alterius Dei tanquam proprietatem ineradicabili consequam ex illa. Quamobrem, deficiente tali carentia, id est existente altero Deo, non sequeretur nostrum Deum non existere; sed sequeretur, Deum nostrum coexistere, & non coexistere alteri Deo. Hoc secundum, quia noster Deus habet essentia-

liter sibi an nexam carentiam alterius Dei; illud primum, quia ex positione alterius Dei non deficeret noster Deus.

32 Cogitatio haec mihi vehementer displacebat. Primo quia percipere non possum, quomodo Deus essentia liter connectatur cu carentia alterius Dei, & non egeat ad existendum ea carentia; sed potius habeat potestatem ad existendum, et si detur alter Deus. Nam perte Deus non habet potestatem ad coexistendum alteri Deo: ergo neque ad existendum existente altero Deo. Nam existere existente altero Deo est coexistere alteri Deo. Non ergo tuæ propositiones cohærent. Cōfirmo. Illud eget ad existendum carentia alterius Dei, cuius defectus infertur ex existentia alterius Dei. At defectus nostri Dei infertur ex existentia alterius Dei: ergo noster Deus indiget ad existendum carentiam alterius Dei. Cōsequentia patet, & maior est aduersiorum, & certa. Minor probatur. Hæc est bona consequentia. * Existit noster Deus: ergo deficit alter Deus. * Ergo hæc etiam erit bona. Non deficit; sed potius existit alter Deus: ergo non existit noster Deus. Nam à contradictorio cōsequentis ad contradictorium antecedentis optima semper consequentia est. Hoc autem principium restringere non licet, quippe, quod recidit in hanc propositionem manifestissimam, etiam vni-

vniuersalissimè acceptam. Descente consequente nihil existit necessario coniunctū cum consequēte. Nam antecedens, legitimè inferens cōsequens, est necessario cū consequente coniunctū.

23. Præterea. Ex non existentia rei clarissimè infertur nō existētia necessitatis metaphysicę, & essentialis ad existentiam eius rei. Si enim res non existit, nō est metaphysicę necessarium, quod existat. Quid clarius? Ergo ex nō existentia carentiæ alterius Dei, id est, ex alterius Dei existentia, infertur clarissimè non existētia necessitatis metaphysicę ad existentiam carentiæ alterius Dei: ergo infertur clarissimè nō existentia nostri Dei. Quia noster Deus est metaphysica necessitas non existētia alterius Dei, quippe qui est immultiplicabilitas Deitatis, vt omnes fatentur, &, si placet, videri potest eleganter probatum, ex summa Dei perfectione omnē summā perfectiōnem sibi necessario identificante, ac proinde nihil Deitatis sibi nō identificantे, apud Ricardū Victorin.lib. 2. de Trinitate parte 1. cap. 19. Prætero plura contra cogitationem propositam, quia sunt, qui iudicent non expedit, vt amplius immoremur.

34. Concludendū ultimò est, prædictis omnibus assertis nihil obstantibus prædicata diuina necessaria, iuxta nostra principia, non connecti ab intrinseco cum

aliquo distincto à Deo. Ratio est, quia licet probauerimus cōexionem intrinsecam Dei cum omnibus, quae assignauimus, præscidentes in probationibus ab identitate illorū cum Deo; tamē aliundē constans nobis est, omne necessarium simpliciter, esse indistinctū à Deo: cum igitur possibilis necessaria creaturarum possibilium, impossibilitas necessaria chymærarum, negationes necessariae istarum, necessitas, & existentia indeterminata esse, & non esse contingentium creaturæ, sint necessaria simpliciter, certè ex connexione intrinseca Dei cum his omnibus, nō habetur connexio intrinseca Dei cum aliquo distincto à Deo. Imò, cum cōstet ex disp. 6. omnē distinctum à Deo, eo ipso esse imperfectum; & imperfectum, eo ipso, quod imperfectum esse contingens, constans esse debet prædicata necessaria Dei non connecti intrinsecè cum aliquo distincto à Deo. Vnde fit nostram sententiam, ita componere cōexionem essentialē Dei cum possibiliitate omnium rerum, vt simul Deum plenissimè sibi sufficientem statuat. Vnde sententia nostra utriusque sententiæ commoda complectens, in commoda utriusque declinat, vt mox plenius constat.

CAPVT V.

Soluuntur obiectiones.

35 PRAETERmittende in pri-
mis sunt obiectiones,
quae petuntur ex eo, quod Deus,
& possiblitas creaturarū erunt
æqualis necessitatis, si Deus ex
intrinsecis non potest esse sine
possibilitate creaturarum. Non
est enim inconueniens prædica-
tum necessarium Dei indistin-
ctum à Deo esse æqualis necessi-
tatis cum Deo. Diximus autem
possibilitatem necessariā crea-
turarum, esse prædicatum ne-
cessarium Dei indistinctū à Deo.
Secundo, quae sumuntur ex eo,
quod Deus depēdens erit à pos-
sibilitate creaturarum, si conne-
ctitur intrinsecē cū illa. Tametsi
namque Deus nequeat esse sine
hac possibilitate, sicut esse ne-
quit sine sua entitate; tamen, si-
cūt non dependet à sua entitate
ex defectu distinctionis ab illa,
non enim est dependentia nisi à
distinto; sic Deus non depēdet
à possibilitate creaturarum ex
defectu distinctionis ab ea possi-
bilitate. Tertio, quae ducuntur
ex eo quod inter indistincta non
est cōnexio. Nam licet inter in-
distincta non sit physica conne-
xio coiunctionis inseparabilis
duorum; bene tamē logica fun-
dans valorem consequentia ab
vno prædicato ad aliud identifi-

catum, vt explicui n. 1. & hanc
solam connexionem logicam
defendimus. Quartò, quæ fieri
posunt ex eo, quod Deus ne-
queat identificari cum existen-
tia, vel non existētia indetermi-
nata creature; quæ tamen existē-
tia vaga est necessaria simplici-
ter. Nam tractatu de voluntate
Dei disput. 2. videbimus nullam
existētiā int̄fīscam talium
extremorum esse determinatē,
& simpliciter necessariam; &
omne, quod est determinatē, &
simpliciter necessariū, quando
ipsa sunt indeterminatē neces-
saria, ipsis esse extrinsecum; &
Deo intrinsecum.

36 Obijc̄ies igitur primò:
Deus est constituendus altioris
necessitatis, quæ possit à nobis
excogitari. At altior, & maior
necessitas erit, si Deus neces-
sario existat, siue detur, siue defi-
ciat possiblitas creaturarū, quā,
si necessario existat solūm quān-
do datur ea possiblitas; nam
priori modo in pluribus; & po-
steriori modo in paucioribus
casib⁹ habebit necessitatē ad
existendum: ergo Deus ita con-
stituendus est, vt existat, siue da-
ta, siue negata possiblitate crea-
turarum. Sed hac forma arguē-
di similiter probaretur, ita Deū
esse constituendum, vt existat,
siue data, siue negata omnipot-
tentia, immensitate, æternitate,
&c. Respondeo ergo: concedē-
dam Deo esse omnē necessitatē
exi-

existendi veram dicentem perfectionem sine imperfectione; non vero commentitiam reueran non dicentem perfectionem sine imperfectione, cuiusmodi est necessitas, ut existat Deus sine possibilitate necessaria creaturarum, quæ esset necessitas, vt Deus existeret sine se ipso.

37 Obijcies secundo cū RR. Deus existeret casu, quo deficeret possibilitas creaturarum possibilium: ergo Deus non connectitur cum possibilitate possibilium. Antecedens probatur. Casu, quo deficeret ea possibilitas, possibilia se haberent eo modo, quo nunc se habent chymærae. Sed nunc existit Deus deficiente possibilitate chymærae: ergo tunc existeret Deus deficiente possibilitate possibiliū. Respondeo. Non existeret Deus, casu quo deficeret prædicta possibilitas (id nobis sufficit quidquid sit, an aliud sequeretur existere Deū in eo casu) Ad probationē distinguo maiorem. Se haberent eodem modo inadaquatè, cōcedo maiorem. Nam impossibiliū non competit nunc possibilitas; & non copeteret tunc possibilibus. Ad equare nego. Nam impossibilibus deficit nunc possibilitas ipsorum, quæ chymærica est; possibilibus autē deficeret tunc possibilitas ipsorum, quæ necessaria est: & concessa minori nego consequentiam, quia licet Deus nō deficiat ex defectu pos-

sibilitatis chymærica; deficere tamē sequeretur ex defectu realis, & necessariæ possibilitatis, vt probatū est. Et sanè argumētum probaret etiam, Deum nō connecti cum impossibilitate alterius Dei.

38 Obijcies tertio. Ad rationē omnipotentiae sufficit, quod sit ex se virtus productua cuiuslibet possibilis distincti à Deo, casu quo illud non repugnet. Sed ad hoc necesse nō est, tale possibile non repugnare. Sicut, vt ego sim capax ad impeccabilitatem, casu quo habeā visionē beatam, necesse nō est, me habere illam: ergo ex cōceptu omnipotentiae nō infertur nō repugnantia possibiliū. Confirmatur primò. Cōtra perfectionē diuinæ virtutis esset connecti cū existētia creaturarū: ergo & connecti cū possibilitate. Secundo. Ad summā, & infinitam virtutē Dei non solū spectat intrinsecum posse ad productionē possiliū; sed etiā ad productionem impossibiliū, casu, quo reddantur possibilia: perfectior enim virtus erit, si nō modo possibilia possit; sed etiā quodlibet aliud pro hypothesi, qua reddatur possibile. At diuina virtus nequit esse talis, si connectatur essentialiter cum possibilitate, & impossibilitate rerū. Nā ea connexione data, potius deficeret Deus, casu, quo impossibilia redderentur possibilia: ergo talis connexio neganda est.

39 Ad argumentum respondeo, sufficere ad rationem omnipotentiae, quod sit virtus productiva cuiuslibet possibilis distincti a Deo, casu, quo illud non repugnet. At hæc virtus non est secundum esse conditionata, nempe indifferens ad existentiam, & carentiam conditionis; sed tantum secundum dici. Nam ipsa potestas ad Petrum sub conditione, quod nō implicant; & non sub conditione, quod sit impossibilis (id est sub conditione quod Petrus ex suo conceptu sit ea prædicata, quæ nunc est; non autem quid implicitorum) infert essentialiter Petrum esse possibilem, ut supra vidiimus. Virtus autem ad aliquid sub conditione, quam infert essentialiter ipsa virtus, est reuera virtus absoluta ad illud; & nomine tantum conditionata. Sic virtus animæ rationalis ad ratiocinandum sub conditione, quod ipsa anima sit rationalis, virtus est secundum tñci conditionata; & secundum esse absoluta, ut patet. Iam nostra capacitas, ut reddamus impeccabiles sub conditione visionis beatæ, re ipsa est conditionata, quia non infert necessariò eā visionem; sed indifferens est ad illam; eiisque carentiam.

40 Ad primam confirmationem. Concedo antecedens, & nego consequentiam. Dilectionem est. Existentia creaturarum est contingens. Vnde, connexio

entitatiua diuinæ virtutis cum ea existentia redderet diuinam virtutem contingentem, quod ipsius perfectioni deregat. Possibilitas autem creaturarum necessaria est. Vnde connexio entitatiua diuinæ virtutis cum illa, neque contingentia imperfectio nem affert, neque probabitur alias afferre; sed potius plures perfectiones. Ad secundam. Negatur maior cum sua probatio ne. In ea enim hypothesi deficeret necessaria impossibilitas impossibilium, quam secundum idētificare postulat esse diuinū proindeque Deus in ea hypothesi non existit, ac proinde neque existit productius talium impossibiliū. Vnde, sicut non est perfectio diuinæ intellectualitatis, Deū habere intrinsecū posse ad productionem suæ intellectuationis, casu, quo illa producibilis esset; potius in ea hypothesi non daretur diuina intellectualitas, de cuius ratione est identitas cū diuina intellectuione improducibili; ita in hypothesi, quam singis, deficeret Deus, nō esset potens ad impossibile. Iam autē supra vidiimus, non posse impossibile, non esse defectum, & debilitatem diuinæ virtutis; sed perfectionē, & fortitudinem.

41 Obijcties quartò. Entitas cognitionis, qua Deus cognoscit Petrum existere nō connectitur intrinsecè cum existentia Petri. Nam entitas eius cognitionis est

necessaria, & consequenter connecti non potest cum existentia defectibili Petri: ergo entitas cognitionis, qua Deus cognoscit Petrum esse possibilem non connectitur intrinsecè cum possibilitate Petri. Concesso antecedente, nego consequentiam. Disparitas est. Entitas cognitionis diuinæ circa existentiam Petri stat in formalitate Dei apta de se, ut constituantur Deus cognoscens Petrum existere, si exerceatur ipsius existentia. Vbi non includitur intrinseca connexio eius formalitatis cum existentia Petri. Entitas cognitionis diuinæ, circa possibiliter Petri, stat in formalitate Dei apta de se, ut constituantur Deus cognoscens Petru esse possibile, si habeat ex suo conceptu essentiali hæc prædicata, quæ nunc importat, potius quā chymærica: hoc autem imbibit essentiale connexionem cum eo, quod aliud sit Petrum esse talia prædicata, quæ nunc est; & aliud esse chymaram, cumque in hac alietate stet possibilitas Petri, vel, quod in idem recidit, possibilitas prædicatorum Petri, planè fit, formalitatem, in qua stat entitas cognitionis Dei circa possibilia connecti intrinsecè cum possibilitate ipsorum. Alias solutiones colligat ex dictis, qui voluerit.

42 Obijcies quinto cū Ouidio. Quod nihil est non potest esse terminus connexionis diuinæ.

At creaturæ possibles, dum actualiter nō existunt nihil sunt: ergo dum actualiter nō existunt terminare non possunt connexionem Dei cum ipsis. Hoc argumentum mille falsissima probaret. Primo, scientiam diuinam adhuc prout efficaciter denominantem Deum cognoscendem, creaturem non existentes esse possibles, non connecti cum possibilitate creaturarum. Secundo, scientiam conditionatam Dei de penitentia Tyriorum, si viderent miracula Christi, non connecti cum ea penitentia conditionata, quæ nihil est actu. Tertio nostros actus fidei diuinæ de possibilitate Antichristi, penitentiaque conditionata Tyriorum non connecti cum ea possibilitate, penitentiaque conditionata. Denique sexcenta alia cūque obvia. ¶ Respondeo. Admissa maiori, distinguo minorem. Nihil sunt ex parte ipsarum, quæ denominantur possibles, concedo minorē: ex parte necessariæ possibilitatis, per quā denominatur per extinsecā denominationem possibles, nego minorē. Vnde antequā sint, nequit dari connexio cum esse ipsarum quod denominatur possibile; bene tamen cum possibilitate necessaria creaturarum, quæ possibilitas reuera est aliquid actualiter existēs antequā creaturæ possibles existant actualiter, ut sèpè diximus. Alia, quæ

lector desiderare potest, dabis statim ad sequens argumentum.

43. Obijcies sexto ex eodē. Possibilitas creature est idem omnino cum existentia creature. At existentia creature non est terminus intrinsecæ connexionis perfectionis necessariae Dei cum ea existētia, ut sāpē cōcessimus: ergo neque possiblitas creature est terminus eius connexionis. Nam alioquin idem esset, & nō esset terminus eiusdē connexionis, quod est implicatoriū. Retorquo argumentū. Nam iuxta hunc autorē, existentia cōditionata rei & existentia absoluta idē sunt; & tamē promissio diuina, de existentia gloriæ sub cōditione meritorum, non connectitur eum existentia absoluta gloriæ, connectiturque cum existentia conditionata. Respōdeo primō. Possibilitas necessaria creature, extrinseca ipsi, & existētia creature nō sunt idē, ut vīdim⁹ disp.

6. Licet sint idē possibilias cōtingens creature intrinseca creature, & ipsius existentia. Vnde bene stat perfections necessarias Dei non connecti cum existentia creature; & connecti cum possibilitate necessaria: hanc terminare prædictam connexionē; & illam non terminare talem connexionē.

44. Respōdeo secundō pro il·lis, quibus alia principia placent. Possibilitas, & existentia creatu-

ræ sunt idem: ac deinde possiblitas, & existentia creature terminant connexionem ex parte modi connectendi conditionatam; & neque possiblitas, neque existentia terminant connexionem entitatis diuinæ cum ipsis, ex parte modi connectēdi absolutam, quod non implicat. Explicatur. Entitas Dei cōnectitur cum entitate existentiæ, & possibilitatis Petri, ut exercitis sine contradictione, cōnexione, quæ ipsum Deum non reddit absolute, & simpliciter cōnexum cum ea entitate possiblitas, & existentiæ; sed quæ reddit Deū, sub ea cōditione, quod exerceatur talis entitas, cōnexū cū eo, quod exerceatur sine contradictione: idēque cernes in promissione cōditionata gloriæ sub cōditione meritorum, quæ Deum non connectit absolute cum existentia gloriæ; connectit tamen ipsum conditionatè, nēpē sub cōditione existentiæ meritorum. Quoniā ergo reipsa, seclusis vobis, nō intelligitur aliud nomine connexionis Dei cū possibilitate creature; & nō cū existētia, quā Deū intrinsecè habere connexionem, quæ ipsum connectit cū entitate creature, ut exerceatur sine contradictione, sub cōditione, quod exerceatur; & non connectit absolute cū eo, quod exerceatur; sed indifferentē relinquit ad hoc, ut exerceatur, & nō exerceatur, ideo dicitur Deū con-

connecti cum possibiliate creaturam; & non cum existentia. Rem tene, & loquere, ut malueris.

45 Quod si vrgeas: ergo iam Deus, tametsi conexione conditionata, connectitur cum entitate, qua non existit creaturarum pure possibilium. Quomodo ergo hæc entitas, cū nihil actu sit, actu terminat huiusmodi conexione conditionatā? Sed prius ego peto. Quomodo sanitas, quam æger appetit; non tamen habet, terminat actu, cum actu non sit desiderium ægroti? Respondebis, rationē esse, quia terminare actu desiderium ægroti, non est intrinsecè quidpiā in se ipsa exercere, sed extrinsecè denominari a qualiter ab ægroto desideratā: ad quod necesse non est, habeat actu esse in se ipsa; sed sufficit dari ex parte ægroti desiderium ipsius. Similiter ergo tibi distuni puta: quod esse possibilium terminet eam connexionem conditionatam Dei, nō est possibilia quidpiā in se ipsis exercere; sed extrinsecè denominari a prædicatis diuinis, quasi petitā, vt exercita sine contradictione, sub cōditione, quod existant: ad quod necesse non est habent esse actu in se ipsis; sed sufficit dari ex parte Dei prædicata, quæ talem habeant exigentiam conditionatam.

46 Obijctes septimò ex his, quæ fusissimè P. Herelman.

Si nostra sententia vera esset, Deum amans necessariò se ipsum, amat necessariò peccatum ut possibile. Athoc videtur absurdum Deum dedecēs: ergo nostra sententia est falsa. Probatur sequela. Nam amans efficaciter existentiam obiecti, amat eo ipso saltē indirecte omnia necessaria ad talem existentiam. At Deus efficacissimè affectuè amat suam existentiā, & ad hæc est omnino necessariū peccatum possibile, quippe Deus stare non potest sine possibiliate peccati: ergo Deus amans necessariò se ipsum, amat necessario peccatum possibile. Respōdeo. Aliud est amare peccatum, quod est possibile; & aliud amare possibilitatē necessariā, per quā constituitur possibile. Argumentū non probat, Deum amare peccatum, quod est possibile, quia nostra opinione Deus non connectitur intrinsecè cum peccato, quod possibile est. Probat tamen Deū amare possibilitatē necessariā, adæquatè à peccato distinctā, per quā peccatum constituitur possibile: quia talis possibilitas tantum abeat ab eo, quod sit malitia, vt potius identificetur cum Deo, & quia sic identificatur, Deus amar illam necessariò. Neque ullum absurdum est, Deum esse possibilitatē necessariam peccati, id enim nihil aliud est re ipsa, & ex parte obiecti loquendo, quam l' Deum esse necessariā representationē.

prædicatorum peccati non inuenientem contradictionem ex parte ipsorum, ut explicuimus disput. 6.

CAPVT VI.

Aliorum argumentorum solutio.

47 **O** Bijcies octauo, malè nos dixisse Deū esse connexum cum repugnātia impossibilium, iñò, & cum ipsa identificatum. Nam adhuc deficiente Deo, repugnaret homo equus : ergo huius repugnātia non est indistincta à Deo. Antecedens probatur. Sicut nunc homo equus est incapax existendi, siue à se, siue ab alio ; ita etiam deficiente Deo. In hac enim hypothesi, neque posset existere à se, vt constat, neque ab alio, cum deficiente prima causa cuncta deficiant: ergo sicut posito Deo repugnat homo equus propter incapacitatem existendi ; ita repugnaret, deficiente Deo, propter cùdem incapacitatem. Hæc argumenta, quæ nituntur suppositionibus impossibilibus, plerūque fallunt. Reterquetur argumentum sic. Si ponamus deficere Deum, & etiam deficere repugnantiam hominis equi, tunc homo equus repugnabit, quia neque poterit existere à se, vt patet ; neque ab alio, quia deficit causa prima : ergo repugnantia hominis equi, neq; est ipse Deus,

neque ipsa repugnantia hominis equi. Deinde respōdeo. Deficiēte Deo deficeret repugnātia hominis equi : quia omne simpliciter necessariū, & reale cuiusmodi est repugnantia hominis equi deficit, eo deficiente, qui solus est simpliciter necessarius, nēpē Deo. At licet ex præcisa positione nō existētia Dei fieret remotio repugnātia, non tamen poneretur positiuè nō repugnātia hominis equi siue absoluta consistens in eo, quod ex cōcep. tu suo nō implicet cōtradictionē ; siue respectuā consistens in eo, quod possit habere existētia à se, vel ab alio, quia deficiente Deo, nihil esset à quo siue necessario, siue contingenter esse possent tales possibilitates, nā omne contingens, & omne necessarium tollitur, sublatu Deo.

48 Obijcies nono, ineuitabile esse, Deum connecti cum aliquo distincto à se : ergo frustra componere tentamus omnes connexiones, quas in præsenti disput. defendimus ; & aliunde Deum cum nullo à se distincto connecti intrinsecè. Probatur antecedens. *Quia* Deus necessario connectitur cum aliquibus creatis veritatibus : quod sic probat Ioannes à Sancto Thoma 1. part. disput. 15. art. 3. §. Confirmatur autem. Deus connectitur essentialiter cum hac veritate: *Si creatura sit possibilis, poterit produci à virtute omnipotenti*

tie divine. Si enim omnipotētia diuinaflare posset sine hac veritate, non esset infinita; sed imperfecta virtus. At hęc veritas cętcrata. Nam illa conditionalis, seu possibilitas loco conditionis posita. Si lapis est possibilis & veritas creata est, seu possibilitas creata, cum sit possibilitas creature conditionatè posita: ergo Deus connectitur essentialiter cum veritate creata. Secundo potest idem efficacius probari. Quia Deus titulo suę uitatis in ratione Dei connectitur cum hac veritate conditionata: Si aliquid est à mea Deitate distin. Etum est non Deus: & titulo suę impeccabilitatis connectitur cū hac: Si aliquis peccat est creature: & iure sua infallibilis authoritatis connectitur cum hac: Si testimoniocreatodicam Petrum existere in statu gratiae, existet in statu gratiae. At omnes istae veritates conditionatae, sunt creatae, si quidem omne, quod important tam ex parte conditionis, quam ex parte conditionati distinguuntur à Deo: ergo Deus iure suarū perfectionum connectitur eum aliquibus a se distinctis.

49 Negatur antecedens cum sua probatione. Ad argumentū ex Ioanne à S. Thoma, permitto gratis, possibilitatē creature esse quid creatum, quod falso est loquendo de possibilitate necessaria (quę licet sit creature denominatiue, id est, creaturem

denominat possibilem; tamen entitatē eit quid increatum, sicut omnipotētia, quę in te est increata, denominat creature producibiles) nego tamen eam veritatem ex parte sui verificatiui esse distinctam à Deo, licet sit disincta à Deo ex parte illius, quod respicitur à tali verificatio: & quia Deus cum solo verificatio eius enuntiabilis connectitur; non vero cum illo, quod a verificatio respicitur, ideo nunquam deducitur Deum ab intrinseco absolute connecti cum aliquo a se distincto. Explicatur. Verificatiuum necessarium huius enuntiabilis: Si lapis sit possibilis poterit produci à Deo est ipsa entitas omnipotētia Dei quatenus de se habet, vt nihil sit producibile, quia sit producibile ab ipsa. Hoc tamē verificatiū respicit ipsam entitatē lapidis, quia diuina omnipotētia propter sui infinitatē præstat, vt de lapide verificetur necessariò, quod poterit produci a Deo si sit possibilis. Ceterū Deus non connectitur ab intrinseco cum lapide, quem tale verificatiuum respicit; sed præcise connectitur ab intrinseco cum ipso verificatio indistincto a Deo, nimirum cum eo quod Deus sit talis, vt ratione sui habeat impossibilitatē, quod lapis sit producibilis, & non sit producibilis ab ipso Deo.

50 Similiter ad secundum argumentum dicendum est.

Aliud est eas veritat es esse crea-
tas , & à Deo distinctas, quoad
terminos, quos respiciunt; aliud
esse à Deo distinctas quoad ne-
cessarium verificatiuum. Primū
est verum. Nam conditio , &
conditionatum sunt termini,
quos respiciunt, &, vt bene in
argumento, distinguūtur à Deo;
secundum est falsum, quia veri-
ficiuum necessarium illarum
propositionum est ipse Deus,
quatenus se ipso excludit Deita-
tem ab omni distincto à se, &
q latenus se ipso excludit à se ra-
tionem peccantis , & quatenus
se ipso necessitas est, vt posito
ipsius testimonio ponatur ipsius
testimonij veritas. Quia ergo
Deus non connectitur cum om-
nibus terminis, circa quos ten-
dunt tales veritates; sed cum ve-
rificatio necessario talium pro-
positionum , ideo cum nullo à
se distincto connectitur absolu-
tē. Addidi *absolutē*, quia ex di-
ctis num. 44. & 45. bene potest
Deus conditionatē connecti cū
aliquo creato , quatenus Deus
est necessitas, vt posito uno ex-
tremo creato, componatur ipse
Deus cum alio extremo creato:
v.g. est necessitas, vt posito testi-
monio diuino de statu gratiae D.
Ignatij, componatur ipse Deus
cum eo statu gratiae.

51. Obijcies decimo. Deus
per nos connectitur intrinsecē
cū negationibus necessarijs. At
istā distinguuntur à Deo: ergo

Deus intiinsecē connectitur cum
distinctis à Deo. Minor proba-
tur. Nequeunt utraque extrema
contradictionis esse positiva. At
esse alterius Dei, v. g. est quid po-
situum : ergo non esse est quid
negatiuum distinctum ab entita-
te positiva Dei. Maior probatur.
Nam extrellum posituum per
se primo , & formaliter non re-
mouet, sed ponit in rebus: ergo
extrellum, quod formaliter re-
mouet à rebus, est negatiuum di-
stinctum ab omni positivo. Cō-
firmatur primo. Contradictoria
oppoununt tanquam esse, & nō
esse. At non esse est pura carentia
ab omni positivo distincta. Secū-
do. Vnū ex duobus cōtradicto-
rijs dari debet in rebus. At pura
carentia necessaria alterius Dei
est cōtradictiorum alterius Dei:
ergo ipsa , vel alter Deus dari
debet in rebus. Non alter Deus:
ergo ipsa.

52 Tertio : propositio af-
firmativa , & negativa contra-
dictoriē opposita in eo distin-
guuntur, quod affirmativa ha-
bet pro obiecto esse posituum;
negativa vero purum non esse
talis esse positum: ergo obie-
ctum huius negatiæ: *Non exi-
stit alter Deus* contradicentis
huic affirmatiæ: *Existit alter
Deus* est purum non esse alterius
Dei distinctum ab omni positivo.
Quartò. Plures carētiæ necesa-
riæ existerent, deficiente nostro
Deo: ergo plures nō idētificātur
cum

cum illo. Probatur antecedens, quia deficiente nostro Deo datur carentia creaturæ Deo æqualis, item carentia comprehensionis, qua creatura comprehendenter Deum, & carentia perfectionis entitatiæ, qua creatura Deum æquaret: termini namque, quos istæ carentiæ remouent, nequeūt existere sine Deo, proindeque, vbi Deus deficeret, darentur carentiæ talium terminorum; daretur etiam carentia alterius Dei, quia cum hic non sit magis necessarius quam noster, vbi noster deficit, non existet ille. O quam placet aliquibus per chymæras expatiari; nūquam tamen firmo pede.

53 Nego minorem argumēti. Ad probationem negatur maior. Nam contradictoriū vnius positivi potest esse aliud positivū essentialiter incōpossibile cum illo. Curenim non poterit vñ positivū le ipso immediatè impedire aliud, in quo stat esse cōtradicitorium formale huius alterius? Vnde ad probationem maioris negatiæ dicatur, bene stare, quod extreum positivū æquè primo, & formaliter, re ipsa loquendo, & se ipsum afferat, & non se ipsum; sed aliud, excludat. Vnde bene stat, vnitatem Dei æquè primo se ipsam afferre; & aliud Deum excludere. Ad primam confirmationem concessa maiori, dicatur, nō omne non esse alicuius positivi, esse

puram carentiam distinctam ab omni positivo; omne tamen non esse alicuius positivi est impedimentum, quod se ipso immediate impedit tale positivum. Tale autem impedimentū formale non est cur nūquam sit positivum: ideoque Deus secundum suam entitatem positivam potest esse negatio necessaria impossibilium, neque est cur singulat alia negatio. Ad secundam confirmationem concedo, debere dari in rebus, vel rem, vel contradicitorium, quod realiter ipsam rem excludat; nō verò, vel rem, vel chymæricum contradicitorium eius. Hinc nō debet in reb⁹ dari, vel alter Deus, vel pura carentia necessaria ipsius distincta ab omni positivo. Nam hanc puram carētiā ne, cessariam distinctā ab omni positiuo iudicamus chymæricam; debet tamen dari in rebus, vel alter Deus, vel cōtradicitorium, quo realiter excludatur: hoc autē contradictorium iam datur, quippe, quod est noster Deus.

54 Ad tertiam respondeo, negato antecedente. Nam ad distinctionem propositionis affirmatiæ, & negatiæ sibi contradictiorum satis est, quod affirmatiæ ex suo modo tendenti attribuat aliquid subiecto; & negatiæ ex modo suo tendenti re moueat idem à subiecto, vt in logica explicuimus. Negatiæ autem verificantur, quia datur in

¶ebitis nō esse illius, quod ea propositio negat, siue tale non esse sit pura carentia distincta ab omni positivo; siue quid positivum, quod modo negatiuo explicatur. Ad ultimā confirmationē. Plures carentiae necessariæ; immo, & omnes existerent, & non existerent, non existente Dco. Non existerent, quia tollitur Deus, in quo stat omne necessarium. Existerent, quia termini ipsarū ut potè chymærici, non existerent; & ipsæ existunt, vbi sui termini non existunt. Ex quibus non infertur distinctio earum negationum à Deo; sed impossibile esse, non existere Deum, quia sequetur non manere Dēū, & manere aliquid, quod in solo Deo potest consistere. Simile dicēdū est et ab aduersarijs, si ponerem⁹ alterū Deum esse chymæricum, & tamē eius negationē nō dari. Tunc enim ea negatio nō daretur, quia sic ponitur, simulq; datur, quia semper datur negatio chymærici. Identitas negationū necessariarum cum Deo firmata est disp. 6. cap. 2.

DISPVT. VIII.

De cognitione creaturarum possibilium, maximè in Deo.

PRæmissis disputationibe claps. sis facilius erit difficultates circa notitiā possibiliū superare.

CAP. I.

Statuitur Deum non solum cognoſcere ſe ipsum, ſed etiam creatureſ ſecundūm eſſe proprium ipsarum distinctē, & in ſingulari.

I **C**reaturæ bifariam dici possunt cognosci a Deo. Primo, ſecundum eſſe eminentiale indiſtinctum à Deo, quod habent in ipso Deo, iuxta illud Ioan. 1. *Quod factum est in ipſo via ſa erat: idque propriè non est aliud, quam cognosci Deum.* Secundo, iuxta proprium eſſe formale indiſtinctum ab iplis. Hic posterior modus cognoscendi diſcutitur nunc. Sed adhuc ille dupliciter intelligi potest. Primo quasi attingens creatureſ indiſtincte, confusè, & vniuerſaliter; neque unam creaturem ab alia ſingillatim diſcernens. Secundò, clare, & ſingillatim, expreſſe diſcernens unam creaturem ab alia. Quærimus ergo. Num Deus, indepenſeter ab eo quod creaturex exiſtant, noſcat illas, vt poſſibiles, ſecundum eſſe formale ipſarū distinctē, clarèque. ¶ Miſſis erroribus iure, vel iniuria adſcriptis Auerr Auicen. Platon. & Arist. Aureolus in 1. diſt 35. p. 2. art. 2. arbitratur, creatureſ, non ita intelligi à Deo, vt ipſæ termiſtent formaliter cuiu[m] intuitū, ſed

sed denominatiū ē, sola diuina essentia terminante illū formaliter. Ait ergo Doctor iste subtilissimus, Deum nō cognoscere creaturas terminatiū ē, siue pri-mariō, siue secūdariō: proinde quē non esse duo intellecta terminantia diuinam cognitionē; sed præcisē diuinam essentiam terminare formaliter eam cognitionem; & creaturas denomi-nari cognitas, quia Dei essentia est eminenter, & plusquā æqui-pollenter quodlibet aliud. Sicut (inquit) si quis intuetur in speculo imaginem tui vultus, nō ideo suum vultū terminatiū ē intue-bitur, quas distinctē videns ob-iecta duo, scilicet imaginem, & vultum; sed imagine præcisē in-tra speculum aspecta, vultus ipse positus extra speculū denomi-natur visus, adeò, vt imaginem sui vultus intra speculum cer-nens, non minus circa propriam faciē operari posse, quam si vi-deret ipsam, nempè ipsam ornā-do, absterendo, &c.

2 Verissima tamen est cäte-torū Theol. sententia. Sit ergo conclusio. Deus cognoscit crea-turas secūdum esse proprium, & formale ipsarū, non confusē, & indistinctē, sed clarissimē vnam-quamque ab unaquaque disser-nens. Loquimur nunc de possi-bilibus; in sequentibus de futu-ris, & existētibus. Primō cōstat conclusio ex sacra scriptura, vt patet ex adductis disput. I. & ex

Paulo ad Hæbr. 4. 12. citato à D. Th. hic art. 6. Cōstat secundō ex PP. Ecclesiæ, ex Dionis, Cirill. Alex. Gregor. Nazianz. pluribusq; alijs vidēdis apud eruditissimos nostros Didacum Ruiz in præ-senti, Dionisium Petav. tom. 1. dogmat. lib. 4. cap. 3. Cōstat tertio rationib^z Theologicis. Nam primō. Deus eligit ad existendū creatures, quas producit potens proxime alias eligere vice ipsa-rum. At hoc non stat sine cogni-tione, quæ ante decretū, & elec-tionem ostendat distinctē crea-turas absq; cōfusione vnius cum alia: ergo Deus ante decretū de-existentia creaturarū habet cog-nitionem distinctā creaturarū, quæ cognitio, cùm ante tale de-cretum esse nequeat cognitio creaturarū, vt existentium, erit cognitio ipsarum, vt possibiliū.

3 Vrgetur. Deus non decer-nit efficere suam essentiam, vt patet sed creaturam. Præterea, non creaturā in genere; sed eas, quas producit, pre alijs. Nam alioquin eas, & praeter intentionem Dei exciderent ab om-nipotentia diuina creaturæ, quæ producuntur, potius quam aliæ. At cognoscit Deus, quæ decernit efficere: ergo aliæ crea-turæ, vt ab alijs distinctæ collo-candæ sunt in numero cognito-rum à Deo. Secundō. Deus est pre nissima sufficiētia ad produc-tiōnē creaturarū: ergo Deus penitis-sime se cōprehēdens cognoscit

se ipsum, ut ita sufficientem: ergo cognitio Dei prætergreditur ipsum Deum attingendo terminos sufficientiae divinae. Porro, non sufficit ad perfectionem eius comprehensionis attingere, quod creature in genere possunt prodire ab omnipotencia Dei; sed sed opus est attingere quamnam, in qua, & quam perfectio ne prodiere possunt: ergo necesse est diuinam cognitionem non sistere in essentia Dei; sed extendi ad attingendas creature, prout a Deo, & inter se distinctas. Demum, Quia Deum cognoscere creature, ut ab ipso, & inter se distinctas, nullam imperfectionem inuoluit, ut ex argumentorum solutione patebit: opponuntque pluribus imperfectionibas scatet. Non enim poterit Deus exercere circa creature dominium, liberalitatem, misericordiam, & alias virtutes. Sed haec satis pro veritate constantissima.

4 Non tamen pro Aureolo desunt difficiles obiectiones. Prima est. Nam August. lib. 33. qq. q. 46. sic ait: *Deus non extra se quidquam possum intuebatur, ut secundum id constitueret, quod constituebat.* Nam hoc opinari sacrilegium est. Ergo Deus, ut faciat creature non intuetur aliquid extra se, sed præcise se ipsum: ergo diuinus intuitus nequit ad creature terminari: ad nihil enim ea terminatio posterior ratio-

ne necessaria esset, quam ad facienda libere creature. Communis responsio placet, nempe Deum ad constitendum creature non respicere aliud exemplar externum, ad cuius similitudinem creature efformet, ut ruribus pictoribus accidit. Nam vel hoc exemplar externum est a Deo; vel non? Hoc ultimum est sacrilegum. Si autem dicatur primum: vel abeundum est in infinitum, quod est impossibile; vel sicut potuit Deus illud exterius exemplar formare citra manuductionem alterius, poterit similiter creature efficere. Iam Augustino contians est, Deum non solum se ipsum; sed extra se creature cognoscere. Videatur lib. 5 de Genesi. ad lit. cap. 15. & alibi sæpe.

5 Obijcitur secundum Hieronim. in cap. 1. Habac. dicens, absurdum esse ad hoc Dei maiestatem decinere, ut faciat per momenta singula, quot nascantur culices, quot ve moriantur, &c. Haec obiectio plerisque non immerito videtur difficultis, non dubitantibus adscribere Hieronim. quod verba sonant. Mihi tamen credendum non est, præstantissimi Doctorem in sacris scripturis verlatissimum, in veritate errasse, quam frequenter scripturæ sacræ proclamat præsterit, cum ipse alibi specialiusque supra cap. 10. Matthæi, planè exprefserit diuinam scientiam, prouiden-

tidentiamque circa res etiam vilissimas. Et epist. 3. col. 29. creatorem agnoscit mirabilem in minutissimis animalculis, ut formica, culice, muscis, & vermiculis: in quibus mirabilis non esset, si eodem inscio producentur. Dicatur ergo, dum aliud melius alijs occurrat, solum negare Hieronymum, singulis momentis, quibus denuo creaturæ nouæ producuntur, aduenire Deo nouam scientiâ, qua nouas creaturas cognoscat.

6 Obijcies tertio. Diuinus intuitus ad nihil distinctum à Deo terminatur cognoscens creaturas possibiles, antequam producantur. Nam hac notitia præcise cognoscit Deus creaturarum possibilitatem. Sed hæc est indistincta à Deo, ut vidimus disp. 6. ergo ea notitia Deus cognoscit se præcise. Confirmatur. Antequam Deus decernat entitatem contingentem creaturæ, nequit eam entitatē videre: cum enim creatura secundum esse contingens non detur ante decretum Dei, si Deus ante decretum videret illam, videret illam antequam esset: proindeque diuina visio falleretur: ergo pro priori ad decretum nō terminatur ciuina notitia ad contingens esse creaturarū; sed præcise ad possibilitatem necessariam ipsarum. At hæc possibilitas est Deus: ergo pro illo priori diuina notitia terminatur ad Deum præcise. ¶ Ad

argumentum respondeo, nego a assumpto. Ad probationem dicatur, ea notitia duo cognoscere Deum; aliter tamen, & aliter: se ipsum, ipsiusque prædicta tanquam constitutiva, quæ creaturas constituunt in ratione necessariò possibilium. Creaturas ipsas, tanquam subiecta, quæ extrinsecus per prædicata Dei constituuntur necessariò possibilia. Ad confirmationem dicatur. Ipsum esse creaturæ contingens, quod nequit in rebus dari nisi post decretum Dei cognosci à Deo ante decretum, ante cädente supra cognosci tanquam constitutum ante decretum Dei in ratione necessariò possibilis per prædicata intrinseca Dei, nō vero tanquam constitutum ante decretum Dei in ratione exercitè existētis extra Deum. Ideoque divina notitia non fallitur.

7 Vbi diligenter considerandum est, hac notitia possibilium attingi quidquid est possibile, & cum omnes formalites contingentia creaturarum sint possibiles, omnes, nulla dempta, per hanc notitiam cognoscuntur: proindeque talis notitia signatè cognoscitur ipsa creaturarum existentia. Sed aliud est, creaturarum existentiam signatè intelligi per simplicem intelligentiam. Aliud visione, velut experimentaliter in actu exercito videri. Primum evenit, quod intellectus circa existentiam spe-

speculatur quamlibet veritatē, vt eam existētiam esse possibilē, cognoscibilem, amabilem, &c. tametsi non experiatur, vel quasi experiatur eam existentiam in se plā in r̄insecus exerceri. Secundūm contingit, quando intellectus hoc vltimum experitur, vel quasi experitur. Quā distincō nō sumitur ex diuersis obiectis; sed ex diuersis modis tendendi circa idem, vt dicemus disp. 10.

¶ Obiecties quartō. Nequit Deus videre creatureas nisi vt in se sunt, ne alioquin, velfalsitas, vel falsitatis imbra cadat in cognitionem Dei. At creaturæ ante decretum de ipsarum existentia nihil sunt in se: ergo non possunt videri, vt sunt in se, ac proinde nequeunt à Deo videri. Distinguo maiorem. Nisi, vt in se sunt, positivè, aut negatiuè concedo maiorem; positivè tantum nego maiorem: & concessiā minori, distinguo primum consequens; non possunt videri positivè, vt sunt in se concedo consequentiam. Negatiuè nego consequētiam, & similiter nego secundam consequentiam. Itaque creaturæ ante suam existentiam nequeunt videri positivè vt sunt in se: quia pro eo priori non habent positivè esse in se ipsis. Possunt tamen pro tanc videri negatiuè, vt sunt in se, idest, nō alter, ac sunt in se. Ratio est quia cognosci aliter ac sunt in se, non est aliud, quām vel cognosci per

iliarum rerum species, per quas menti appareant, ac si essent aliquā se ipsis; vel intellectū attribuere ipsis assertiuè, quod ipsis non conuenit. Cum igitur intellectus diuinus neutro ex his modis ante creaturarum existentiam te habeat erga creatureas, fit, pro eo signo non cognoscere ipsas aliter, ac sunt in se.

9. Obiecties quintō. Pro illo signo antecedente decretū creaturearum non sunt duo distincta obiecta Deus, & creature. Cum enim pro illo signo nondū habeat esse creatura, nondū habet esse distinctum à Deo: ergo pro illo signo nequeunt Deo repræsentari, vt obiecta distincta, ne Deo repræsententur obiecta aliter, ac sunt. At neque repræsentari possunt Deo creature secundūm proprium esse formale ipsarum, vt idem cum ipso Deo. Nam etiam sic repræsentantur falsò: cum secundūm huiusmodi esse non possint identificari cū Deo: ergo pro eo signo nullmodo possunt repræsentari Deo secundūm proprium esse ipsarum. Confirmatur. Pro priori ad decretum creaturearū, ipsæ creature non sunt distinctæ inter se: cū enim pro eo priori nulla creatura habeat esse, neq; habet esse distinctū ab esse alterius: ergo cum diuina cognitione conformis sit obiecto, nō attingit pro eo priori creatureas, vt distinctas. At neque cognoscit ipsas, vt idē: quia cum

cum Petrus, & Paulus, v. g. non possint esse idem, neque poslunt à Deo cognosci, vt idem: ergo creaturæ pro eo priori solūm poterūt cognosci indiscriminatim, & in cōfuso absque expressione pluralitatis, vel identitatis.

10 Ad argumentū respōdeo. Pro eo signo non sunt creaturæ distinctæ à Deo positivæ. Nā pro eo signo non habent positivè esse distinctū ab esse Dei, cū pro tunc non habeant esse. Tamen pro eo signo sunt distinctæ à Deo negatiuē, idest, pro eo signo est repugnantia, vt idētificētur cum Deo, quia pro eo signo datur ipse Deo, qui se ipso pugnat cum identitate sui cum creaturis. Vnde pro eo signo intelliguntur à Deo, vt distinctæ à Deo negatiuē, nempè, vt ineptæ ad identitatē cum Deo; non verò, vt distinctæ positivæ à Deo, nempè, vt habentes positivè esse, quod sit aliud ab esse Dei. Similiter, quia Deus existit ante existentias creaturarū, v. g. Petri, & Pauli, Deūque ipse te ipso excludit idētitatē inter Petrum, & Paulum, vt constat ex disp. 7. fit creaturas, tametsi ante existentia nō habeant positivam distinctionē, habere tamē negatiuā, & vt sic distinctas cognosci à Deo pro illo priori. Ex quo patet ad confirmationem.

11 Obijcies sexto. Intuitus infallibilis Dei terminatus ad aliquod obiectum existere nequit sine hoc obiecto. Quis enim in-

fallibili visione videat, quæ non sunt? At Deus potest existere sine creaturis, & absque omni distinctione à Deo, vt vidimus disp. 7. ergo intuitus diuinus, qui est ipse Deus, nō terminatur ad creaturas. Resp. Intuitus Dei cognoscetis creaturas esse possibles, de quo solo nunc agimus, nō potest esse sine illo obiecto, quod visione videtur, vt exercitū, quia respectuē ad tale obiectū est quasi experimentū de illius existentia; benè tamē stare potest sine obiecto, quod per modū simplicis intelligentiæ tangit, quia benè stat speculari veritatem aliquā circa obiectū non existens, vt cognoscere de salute nō existente, quod desiderata sit. Quia ergo diuinus intuitus terminat⁹ ad creaturas, vt possibles, terminatur per modū visionis ad solā possibilitatem creaturarū idētificatā cum Deo, & per modū simplicis intelligentiæ ad creaturas, quæ denominātur possibles, ideo quāuis sine illa possibilitate existere nequeat, benè tamē sine his creaturis. Quomodo autem scientia cōtingens de creaturis vt existētibus cōnexa sit cum existentia creaturarū citra imperfectionē Dei, dicem⁹ suo loco. Vide n. 7.

12 Obijcies septimō. Vel diuinus intuitus terminatur distinctione ad quālibet partē cōtinui; vel non? Si hoc, nō cognoscit distinctionē omnes creaturas. Si illud: ergo intuitus diuinus non habet

in prospectu creaturas, prout ipsæ sunt in propria natura, quia partes continui; sic se habent in se, ut nequeant omnes esse diuisa; sed qualibet diuisione facta maneant in infinitum diuisibles. In diuino autem prospectu sic se habent, ut diuinus intuitus vnamquamque ab unaquaque distinguat, ac separat. Confirmatur. Repugnat, quod simul sint in prospectu verissimo Dei, quæ non possunt esse simul in se. At accideret oppositum, si diuinus intuitus terminaretur ad creaturas, quia infinitæ creature simul prospicerentur à Deo, cum tamen nequeant in se simul existere propter repugnantiam infiniti in actu: ergo diuinus intuitus non terminatur ad creaturem.

13. Ad argumentum respondeo, data illa compositione continua, Deum cognoscere in continuo, ut distinctas, omnes partes, quæ re ipsa distinguantur. Vnde illæ sunt intentionaliter in mente Dei, ut sunt re ipsa in se. Hinc primo. Sicut realiter ita sunt in se, ut nulla detur, quin distinguatur ab unaquaque alia; ita sunt intentionaliter in mente Dei, ut nulla cognoscatur nisi, ut distincta ab unaquaque alia. Secundo. Sicut re ipsa nulla datur minima, sic ulterius indiuisibilis, ut in alias minores diuidi non possit; ita nulla sic minima cognoscitur à Deo. Tertio. Sicut re

ipsa omnes partes, quæ distinguuntur inter se, diuisibles sunt in minores, & minores in infinitum; sic in cognitione Dei, omnes partes, quæ apparent distinctæ, sic apparēt, ut appareant diuisibles in alias minores, & minores sine fine. In qua solutione percipienda non maior; sed eadē est difficultas, ac in ea compositione continua.

14. Ad confirmationem respondeo. Summa veritas, & infallibilitas intellectio diuinæ postular, ut in mente Dei nō appareat posita, vel ponibilia simul ex parte obiecti, quæ non possunt esse posita simul; non tamen postulat, ut nō cognoscantur simul ex parte actus. Cōstat enim, Deū eodem intuitu simul ex æternitate conspicere durationem hodiernam, & crastinam, quæ solum successiæ; non vero simul existere queunt. Dicamus ergo ita diuinum intuitum terminari ad omnes creature possibiles, nulla dempta, quæ in maiori, & maiori numero in infinitū possunt existere, ut eodem intuitu terminetur ad innumeratas; imò ad omnes; non tamen videndo innumeratas posse existere simul. Sicut Deus simul videt

quālibet partem contradictionis, ut possibilem; non tamen videt illas posse existere simul.

CAP.

CAP. II.

Triploris questiu[n]culae relatio[n]e

15 **P**rima est. Cur scientia possibilium dicatur simplicis intelligentiae; scientia vero existentium (scientiavisionis)? Respondeo ratione esse, quia scientia possibilium, spectata præcisè ratione respiciendi obiectum, ut possibile, non petit, rem possibilem præter statum intentionalē repræsentationis, quem habet in scientie, habere statum realem, & entitatiuum in se ipso. Quare res cognita, ut possibilis, importat præcisè intelligi; non autem esse realiter. At vero visio rei, ut existens, ex ratione vidēdi ipsam, ut existentem, petit, rem visam existere in se realiter. Vnde petit præter statum repræsentationis *in visu* statum realitatis *extra visum*. Hinc res visa, ut existens, nō importat præcisè, & simpliciter intelligi; sed etiam esse. Id quod optimè congruit cum *esse cognitudo diminuto*, in quo posuit subtillissimus Scotus possibilates rerum. Neque latuit nostra resolutio D. Thom. q. 3 de verit. art. 3. ad 3. dicentem. Ad 3. dicendum, quod simplex notitia dicitur, non ad excludendum respectū scientie ad scitum, qui inseparabiliter omnem scientiam comittatur; sed ad excludendum admixtionem eius, quod est extra genus notitiae, sicut

est existentia rerum, quam addit scientia visionis.

16 Secunda est. An prædicta scientia comparatione possibilium sit præcisè simplex apprehensio, an iudicium? Ratio dubitandi est. Quia simplex apprehensio, qua mens manet veluti suspesa pro nulla parte iudicium ferens, videtur modus imperfetus cognoscendi. Aliunde videtur, prædictam scientiam non posse esse iudicium comparatione possibilium. Nam hæc notitia existit pro signo indifferente, ut possibilia existant; & non existant: ergo neutra contradictionis pars est iudicabilis pro illo signo; sed præcisè apprehensibilis. At præterquam quod sub iudice est, an modus cognoscendi per simplicem apprehensionem dicat imperfectionem, negantibus non paucis RR. Dicendum est, per scientiam Petri, ut possibilis non iudicari à Deo, siue existentiam; siue non existentiam rei possibilis, ut bene probat ratio dubitandi; non tamen ea scientia est præcisè simplex apprehensio, adhuc respe. Etu creaturæ possibilis, quia de ipso Petro iudicat, quæ de illo sunt pro eo signo iudicia, ut necessariò non implicare contradictionem ex conceptu suo, cognoscibilem, & amabilem esse, &c.

17 Tertia est. An prædicta scientia possibilium sit intuitiva,

O

vel

ad abstracionem cōparatione possibilium? Non enim videtur intuītū, quia visio, & intuitio est rei, ut existentis. Non abstractione: nam abstractio importat in cognitu ne imperfectionem inadæquationis, confusionis, & obscuritatis. Respondeo, cōparatione possibiliū esse abstractionem in genere non intuendi, videndi, & quasi experiendi ipsa ante decretū, ut existentia. Nam in hoc nulla imperfectio inadæquationis, vel alterius generis est in scientia; sed nondum dari in obiecto pro illo signo veritatem existentia: & tunc solūm est in scientia imperfectio inadæquationis quando pauciores de obiecto veritates indicat, quā pro signo scientiæ iudicabiles sunt. Neque tali scientiæ cōpetit alia ratio abstractionis dicentis imperfectiōnē: quia neque ignorat aliquid prædicatū creature possibilis, v.g. Petri; sed indiuīsum ad cuncta terminatur; neque Petruī cum alio confundit; sed clarissimè discernit à quolibet alio; neque repræsentat per species aliarum rerū, quibus menti Dei obiiciatur instar alterius, ac est, sed per clarissimā, & propriissimam repræsentationē ipsius. Ista autem sunt rationes abstractionis dicentis imperfectiōnē.

Cauenda hic est dif-

sensio vo-
calis.

CAP. III.

Statuto Deum aliquomodo cognoscere creaturas in se ipso referuntur placita Theologorum circa modum cognoscendi.

I8 **C**ertum iam est Theologis omnibꝫ, qui vñū, vel aliū contra sententem deferunt, Deum cognoscere in se ipso creaturas. Nam testimonia PP. clarè stant pro hac veritate. Omissis multis, sufficient Dionisius cap. 7. de diuinis nominibus, illis verbis: *Neque enim ea, quæ sunt ex his, quæ sunt nouit diuina mens, sed ex se, & in se per causam rerum omnium cognitionē, scientiam, essentiamque anticipatam, & ante comprehensam habet, non quod per speciem singula consideret; sed quod uno carce comple Xu omnia sciat.* Se ipsum ergo cognoscens diuinam sapientia nouit omnia, sine materia ea, quæ materia constant, sine diuisione ea, quæ dividua sunt. Augustin. lib. 5. de Genet. ad litt. capit. 15. ubi de modo, quo quidquid factum est vita est in Deo ex 1. Ioan. ita habet. *In qua vita vidit omnia quædo fecit, & sicut vidit ea, ita fecit: non præter se ipsum videns; sed in se ipso ita enumerauit omnia, quæ fecit.* Tandem D. Th. art. 5. in corp.

Alia

Alia autem à se videt (Deus) non in ipsis; sed in ipso in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso. Videatur artic. 6. & alibi sāpē. Certum igitur esse debet, Deum aliqua veratione cognoscere creaturas in se ipso. Dubium est qua ratione?

19 Prima sententia est, Deū non cognoscere in se ipso creaturas possibiles, tanquam in medio demonstrationis, nimirum tanquam in obiecto, quod demonstrat Deo possibilitatem creaturarum: quia nullum prædicatum diuinum cōnectitur cum possibilitate creaturarum. Ita plerique ex Authoribus, quos disput. 7. capit. 1. num. 3. retulimus, negantibus eam connexionem. Cæterum huius sententiae patroni, alite dicunt Deū in se ipso cognoscere creaturas. Nam primò Scotus (cuius mens mihi est dubia, vt postea dicam) ait Deum cognoscere creaturas in essentia sua. Ita in 1. dist. 35. & quodlibet 14 art. 2. & sāpē alibi, vt videre est apud Radapar. 1. controu. 29. art. 1. vbi ex multis locis Scotti probat, Deū cognoscere creaturas in se ipso, vt in obiecto primario formalis. Id quod explicant Scotistæ non absimili modo, ac authores Societatis, quos refero. Secundò, P. Vazq. 1. part. disput. 6. capit. 2. & 3. P. Becan. cap. 10. quæst. 4. conclus. 2. & 3. P. A.

larcon disput. 2. de scientia capit. 1. & 3. P. Gaspar Hurt. disput. 2. de scientia difficul. 2. affirmant Deum cognoscere creaturas in se ipso tanquam in obiecto formalis, specie expressa, & speculo. Quorum DD. sensus non est, scientiā, qua cuncta cognoscit determinare Deum reflexe, vel quasi reflexe cognitam ad cognitionē creaturarum; sed sensus est, scientiam diuinam, eo quod terminetur ad essentiam Dei, tanquam ad obiectum, ex quo suam perfectiōnem, & infinitatem capit, determinatam manere, vt casu, quo veritas aliqua ex parte creaturarum detur, eam attingat.

20 Inter negantes connexionem Dei cum possibiliitate creaturarum diuersimode iudicatur circa cognitionem diuinam creaturarum possibilium in ipso Deo tanquam in causa. Negant huiusmodi cognitionem Bonauent. O Kam, Gabr. & alij, cum quibus sentit P. Vazq. disput. 60. capit. 2. P. Amicus hic, & disput. 9. de visione. P. Alarcon hic disput. 2. capit. 3. num. 4. & apud ipsum Albertin. Becan. & alij. Alij tamen affirmant, diuersis tamen vijs, ea connexione negata. Pater Arrub. disput. 31. ait: Deum in se, vt omnipotente cognoscere creaturas tanquam in causa. Nam omnipotentia cōiuncta

cum intellectu Deigerit munus speciei impressæ in ordine ad cognitionem creaturarum: eo enim ipso, quod in ordine ad illarum productionem contineat ipsas eminenter in ratione entis; continet etiam ipsas in ordine ad intellectionem in ratione intelligibilium. Nam intelligibilitas est passio entis: ea verò continētia proprium munus est speciei impressæ.

21. Recentiores nostri sententiam assinem tradunt. Licet enim opinentur omnipotentiam diuinam, cum incōnexa sit cum possibilitate creaturarum, non esse medium Deo demonstrans eam possibilitatem; dicunt tamen, cognitionem omnipotentiæ dñinæ, quia infinitè penetratiuam ipsius cognoscere creaturas, ut possibles, semel posita possibilitate ex parte ipsarum. Cumq; nihil aliud esse videatur cognosci creaturas, ut possibles in omnipotentia diuina, quam omnipotentiæ cognitionē, quia si perfectè penetratiua omnipotentiæ simul attingere creaturas, ut possibles, patet Deū cognoscere in omnipotētia sua creaturas, ut possibles. Ideo autē, quia infinitè penetratur omnipotētia cognoscētur creature ut possibles, semel posita possibilitate ex parte ipsarū, quia infinita omnipotentiæ penetratio, eo ipso quod talis debet extendi ad omnē, quod pertinet ad omnipotē-

tiam, estque obiectū ipsius: creaturæque eo ipso quod sint possibiles, sunt obiectū omnipotētiae.

22. Putant alii, Deū cognoscere in omnipotentia possibilitatē creaturarū, semel hac posita, tāquam in medio demonstrante Deo talē possilitatē, quamuis cum hac non sit cōnexa omnipotentia entitatiū sumpta. Hoc tuetur P. Hericē hic disp. 5. cap. 3. n. 19. Nam creature dum sunt possibles, verè continentur in omnipotentia: continensq; aliud prout continens ipsum est medium, in quo satis ostenditur res contenta. Solet hæc sentētia bifariam defendi. Primo, quia omnipotentia Dei, quamuis entitatiū absoluta à possibilitate creaturarum, sortitur, data possilitate denominationem intrinsecam potentis absolutè producere creature, in qua denominatione intrinseca connexa cum possibilitate creaturarum, hanc possilitatem Deus cognoscet. Ita Mag. Albiz disp. 5. de scientia sect. 13. & 26. P. J. Ripal. tom. 1. de ente supern. disp. 33. sect. 1. à num. 7. Secundo nostri RR. idem defendant, tametsi omnipotentiam secūdūm entitatem, quam secundūm quamilibet denominationem ipsi adequate intrinsecam. Et absoluta prorsus à possilitate creaturarum. Faucre videtur Averla. 1. p. quæst. 12. sect. 24. fine, & q. 14. sect. 12. fine, & sectio. 13. §. Ter-

§. Tertio in uniuersum. Harum omnium opinionum fundamēta diruentur in seqq.

23 Secunda principalis opinio est, Deum cognoscere in se ipso creaturas, tanquam in medio deianonstrante Deo possibilitatem creaturarum propter conexione m̄ esentialē cum ipsa. Ita Bañez 1. p. quæst. 14. art. 6. Zumel, Nauarrete, Nazar. art. 5. Gonzalez disp. 37. Machin. disp. 24. Ioannes a Sancto Tho. hic disput. 17. & 18. Aueria sect. 12. P. Molina hic artic. 5. P. Valent. ibidem punct. 3. Eximus Doctor lib. 3. de attribut. cap. 1. P. Falol. ibid. dub. 1. P. Ruiz disput. 5. sect. 2. & seqq. P. Granad. controu. 2. tract. 2. disput. 3. P. Tanner. disp. 2. quæst. 8. dub. 3. à num. 12. P. Martinon hic disp. 10. sect. 1. à num. 3. P. Ribas hic disput. 4. cap. 1. & 2. P. Franciscus de Lugo iib. 1. de Deo vno disput. 28. cap. 4. Eamdem Scot. tribuunt non ignobiles Scotistæ (ideo supra dixi mentem subtilissimi Doctoris mihi esse dubiam) Ita Rada tom. 1. controu. 29. art. 1. Smising. tract. 3. disp 2. q 2. & apud ipsum Lichetus. Ita etiam intellexerunt Scotum, P. Molina hic art. 6. P. Valent. supra censens in solo modo loquendi differre Scotū ab opinione D. Th.

24 Circa diuina prædicata, in quibus Deus creaturas possibilis agnoscit, varia sententia

sunt. Nam plerique ex citatis num. 23. cognosci volūt in omnipotentia, ut causatiua creaturarum. An verò cognoscatur in ipsa sciētia, per quam Deus cognoscit creaturas esse possibiles? Negant P. Vazq. disp. 50. cap. 4. P. Heric disp. 5. cap. 3. Fauet P. Suar. loquens de scientia prout ab omnipotentia distincta 1. p. lib. 2. cap. 25. num. 43. Affirmat Salas tom. 2. in 1. 2. disp. 4. sect. 6. P. Ruiz disp. 10. sect. 6. Albiz supra. Ribas disp. 4. cap. 2. Arriaga hic disp. 19. lect. 3. fine, ex dictis ab ipso tract. de visione, & communiter RR. Ijdem authores affirmant, & negant de volitione, per quam Deus complacet erga possibilia. Alij volunt Deum cognoscere possibilia in se ipso, quatenus est similitudo creaturarum. Ita Smising. & nō nulli Scotistæ quibus non parum fauet P. Franciscus Amicus hic, afferens Deum videre creaturas quatenus videt quoddam esse intentionale, idæale, & expressuum ipsarum identificatum cum Deo. Demum ali jaffirmant; ali j negant idæas esse medium obiectuum intellectui diuino ad cognitionem creaturarum possibilium. Videantur AA. apud P. Ruiz disputat. 10. sect. 6.

GAP. III.

Prior pars nostræ sententie

25 **A**sterio primò. Non satisfacit PP. cognitio, quia Deus in se ipso tanquam in obiecto formalí incōnexo cum possibilitate creaturarum cognoscat creaturas esse possibiles. Probatur. Nam iuxta Dionisii. citatum n. 18. in se ipso, & ex se ipso dicens, ut plerique vertunt, noscit Deus cætera entia: ergo in se ipso habet rationem obiectuam, quam det intellectui diuino ad assentiendū possibilitati creaturarū, & alijs veritaribus. Nam ex illo dicit, aut quasi dicit intellectus veritatē, quod ipsi dat rationē assentiēdi. At si Deus ipse inconnexus sit cùm possibilitate creaturarū, & æqualiter ad possibilitatē, & impossibilitatē indifferēs, nō habet in se ipso rationem obiectuā, quę potius intellectum moueat ad assentiēdū possibilitati creaturarū, quā impossibilitati creaturarū, vt ex se patet, & postea plenius cōstat: ergo posita ea incōexione non habet in se, in quo quasi dicit possibilitatē creaturarū, & consequētē nō satissit Dionisio. Secundò. Ideo iuxta PP. Deus in se ipso cognoscit creaturas, quia se ipsum tanquam causam creaturarum cōprehendit. Sed ea causalis talia esse, prædicta in cōexione

posita: ergo hac posita nō satisfit PP. Maior patet: ait enim Dionisi. loco citato, secundum vnicā causā cōprehensionem omnia scire, & cōprehendere. Ait Thomas lib. 1. contra gentes cap. 49. ideo Deum cognoscere alia à se quia suam essentiam, per quā est causa, plenissime cognoscit. Minor probatur. Nam quantumcumque penetretur, & comprehendatur indifferens, vt indifferens ad possibilitatē, & impossibilitatem creaturarum nō infert ex sui comprehensione cognoscere potius possibilitatem, quā impossibilitatem, de quo postea: ergo ea indifferenta, & inconnexione posita, falsa est illa causalis ex comprehensione petita. ¶ Confirmatur. Ait enim Dionisius supra: *Ipsa enim se ipsum omnium causam cognoscens, qua tandem ratione, que ab ipsa sunt, & quarum causa est ignorabit*: Ergo mirū esset, Deum se ipsum cognoscere vt omnium causam; & tamen ignorare quā sint possibilia; sed quid mirum, si etiam vt omnipotens, est indifferens, vt sint; & non sint possibilia?

26 Dicunt RR. posita Petri possibilitate, iam cōmetur Petrus in diuina omnipotentia, quā cū Deus cognoscat infinitè perfecte, mirū, imò, & impossibile est, non cognoscere Petru tanquam rem possibilem contentā in diuina omnipotentia. Sed cōtra est. Vel hæc impossibilitas pro-

prouenit ex eo, quod ea cognitio sit infinitè perfecta infinitudine determinationis ad attingendū omne verum; vel quia ea cognitio exactissimè, & penitissime introspicit omnipotentiam, quantū secundū intrinseca pene trabilis est? Hoc secundū est falsum; & primū nō est ad rem. Secundū est fallum. Quia iuxta hos RR. etiā posita possibilite Petri, & cōtinentia Petri in omnipotentia, manet omnipotentia secundū entitatē, & denominationē adaequatē intrinsecā ipsi, prorsus indifferens, ut posita sit, & ablata talis possibilitas: ergo secundū sua intrinseca quantūcuīque plenissime penetretur, nō aperit, an sit posita Petri possibilitas, an non aniam omnipotentia contineat Petru, nec ne de quo plenē conclus. 3. Iam primum nō est ad rem. Tum quia alias, sicut dicitur, quia se Deus cognoscit, ut causam, cognoscere creaturas; dicetur, quia me cognoscit, ut existentē, cognoscere Turcā, ut existētē: cognitio enim, qua me cognoscit, ut existentē est infinita, & determinata ad cognoscendū omne verū. Tum quia ineptē recurrisles ad cōtinentijā. Nā præscindēdo ab eo quod Petrus possibilis continetur in omnipotentia Dei, satis infertur ex ea infinitate cognitionis esse à Deo cognoscendum Petrum possibilem.

27 Nec refert dicere cū disci-

pulis P. Vaz. cognitionē diuinā, eo quod à Deo cognito tāquam obiecto formalē accipiat suū eile modo infinito, & illimitato, haurire vim, ut ad omnē veritatem extēdatur, eo ipso, quod talis veritas detur, ideoq; dici Deū in se ipso potius, quā in alio obiecto, tales, ac tales veritates cognosce-re. Sed cōtra est primò. Quia nō satisfit PP. nisi Deus in se ipso inueniat rationem allentiendi alijs veritatibus, ut viduus n. 16. At iuxta solutionē datā licet in eis veritatibus inueniat eam rationem; non in se ipso, qui omnino est indifferens, ut aliae veritates dentur, aut non dentur. Secūdò, quia PP. colligunt Deū cognoscere in se ipso veritates alias ex eo, quod perfectē le comprehēdat, non facta mentione infinitatis entitatiā, quam habet cognitio. Cum ergo hēc solutio nō tam insistat cōprehēsioni, quam entitatiā infinitati, non est ex mente PP. Tertiò, quia non est dubium PP. assumere Deum plenissimē le comprehendere tanquam aptius mediū ad inferendum cognoscere alia; quam præcisē cognitionē Dei identificari cum Deo cognoscente. Sed hoc vltimū est mediū æquē aperiens Deū cognoscere alia, ac idem aperit comprehensio, qua Deus se cōprehendit, quippe saltēm non minus est infinita diuina cognitionis, quia est idētificata cum Deo cognoscente, quam ex eo quod

st Dei cogniti comprehensio: ergo male cogitatur hæc solutio ad satisfaciendum PP.

28 Ex his fit primò contra mentem Patrū esse negare cognitionem diuinam creaturarum in ipso Deo tanquam in causa, vt patet ex his, quæ retulimus ex Dionisio, & D. Tho. qui rursus videri potest i. p. q. 12. art. 8. & q. 55. artic. 1. ad 3. & 1. contra gen. cap. 69. & 49. num. 1. & 3. vbi Dionisium explicat consentienter ad dicta, & in 1. dist. 35. quæst. 1. art. 3. & 1. sent. ad Anibald. dist. 35. art. 5. in corp. & sèpè alibi. Neque satisfaciunt, qui dicunt ex schola P. Vazq. Deum cognoscentem creaturas in se ipso, vt in speculo cognoscitio rerum omnium, cognoscere res in se ipso, vt in causa: quia non aliter est earum causa, quam per intellectum dirigentes ad productionem, & per voluntatem decernentem. Cōtra primò. Nam iuxta scholā P. Vazq. vt retulimus num. 19. non cognoscit Deus creaturas in se ipso, vt in speculo quasi reflexe cognito; sed solum quatenus ipse Deus, quia est infinitus in ratione cognoscitius, nequit non se extendere ad omnem veritatē. Hoc verò, nisi terminis abuti placeat, non est Deum cognoscere creaturas in cognitione infinita ipsarum; sed per cognitionem infinitam ipsarum; non in causa; sed per cognitionem, per

quam causat. Secundò. Non solum PP. dicunt, Deum cognoscere creaturas, quia est ipsarum causa; sed quia se cognoscit, vt causam. Primū defenditur iuxta prefatam solutionem, non secundū: ergo non satis expounderunt PP.

29 Fit secundò, non satisfacere P. Arrub. supra citatū. Nam species impressa non cōducit ad obiecti cognitionem per modū obiecti cogniti; sed per modum principij concurrentis ad cognitionem nomine obiecti. At omnipotentia iuxta SS. PP. conduit ad cognitionem creaturarū per modum obiecti cogniti: ergo non præcisè gerendo munus speciei impressæ in ordine ad cognitionem creaturarum. Secundò, nō benè infert P. Arrub. omnipotentiam esse repræsentatiuam creaturarum per modū speciei in ordine intentionali, ex eo quod sit productiua in ordine physico entitatis creaturarum, & intelligibilitatis passiuæ identificatae cum entitate. Nam causæ creatæ, quæ in ordine physico sunt, inadæquatè saltem, productiua entitatis, & intelligibilitatis passiuæ suorum effectuum, non ideo sunt inadæquatè species intentionales ipsorum: ergo neque adæquata causa diuina, adæquatè species effectuum, præsertim cum rationem species impressæ reelecerimus à Deo disp. 2. num. 30.

30 Affero secundo contra nō nullos Scotistas relatos num. 24. Deus non discernit possibilitatē creaturarū ex vi præcisē habendi prædicata, quibus physicē similis sit perfectionibus creaturarum non dicentibus in perfectionem ex genere suo. Probatur. Nam ex eo, quod Deus sit intellectualis, y. g. si præcindamus ab alijs rationibus, non infertur eam intellectualitatem posse participari modo Angelico; nec nō modo humano: nūc ex eo præcisē quod homines sint animalia, non infertur præcindendo ab alijs rationibus, quod possibilia sint bruta, quæ cum hominibus in animalitate conueniunt. Vnde, intellectualitatem diuinam esse participabilem à creaturis, quas vocamus Angelos, & homines, non sumitur ex eo præcisē, quod Deus sit intellectualis, sed simul ex eo quod debet esse diffusius eius perfectionis, cuius diffusio contradictionem non implicat, & non implicat intellectualitatem in prædictas creature diffundi. Hæc autem omnia nō apparent præcisē in eo quod Deus sit intellectualis, secluso contortio a. liorum prædicotorum ostendētiū non repugnantiam intellectualitatis Angelicæ, & humanae: ergo Deus non discernit possibilitatem creaturarū ex vi præcisē habendi prædicata, quibus similis sit creaturis.

31 Obijcies. De ratione intellectualitatis infinitę est posse dif. fundi in homines, & Angelos: est enim de ratione infinitæ intellectus eo modo diffundi, quo sine imperfectione potest, posseque diffundi in homines, & Angelos sine imperfectione colligitur ex eo, quod sic diffundatur. At intellectualitas diuina, vt potens diffundi in Angelos, & homines connectitur cum possibilitate Angelorum, & hominum: ergo intellectualitas diuina connectitur cum ea possibili. tate, ideoque erit aptum mediū demonstratiuum eiusdem. Cōcessa maiori, & minori, distin. guo consequens. Connectitur cū ea possibilitate titulo inuoluendi omnipotentiam cōcedo consequentiā; præscindendo ab eo, quod inuoluit omnipotentiam; vel alia prædicata Dei connexa cum ea possibilitate, nego consequentiā. Itaque diuina intellectualitas, si titulo suā infinitatis connectitur cum possibilitate, vt in Angelos, & homines diffundatur, ideo est, quia tit. lulo suā infinitatis secū importat potentiam, ad hoc, vt eam diffusionem efficiat.

32 Altero tertio. Omnipotētia absoluta à possibilitate creaturarum, vt sic absoluta, nequit esse medium obiectuum, vt Deusei possibilitati assentiat. Probatur. Medium æquali. ter indifferens ad utramque par. tem

tem contradictionis, eo modo,
quo sic indifferens, nequit esse
ratio obiectiva assentiendi alte-
ri parti, præ altera. At, siue pos-
ita; siue sublata possibilitate crea-
turarū, omnipotentia, vt à pos-
sibilitate absoluta, est æqualiter
indifferens ad possibilitem; &
carentiam possibilitatis: ergo, vt
sic absoluta, siue sit possibilitas
posita, siue sublata, non est me-
dium obiectivum assentiendi
possibilitati potius; quam non
possibilitati. Vrgetur primò. Nā
indifferens ad utramque partem
contradictionis, prout sic indif-
ferens, non suadet intellectui al-
teram partem præ altera: ergo
omnipotentia, vt indifferens
æqualiter ad possibilitem, &
non possibilitem, non suadet
illā præ hac, & consequenter nō
est ratio obiectiva adhærēdi per
assensum illi potius, quam huic.
Secùdo, prudēter assumitur ra-
tio obiectiva assentiendi possibili-
tati ad suadendani hanc. Quis
autem ad hunc finem prudenter
vtatur ratione tam indifferente
ad non possibilitem, quam ad
possibilitem?

33 Tertio, incredibile, & im-
possible est perfectissimum intel-
lectū Dei ex infirmissimo funda-
mēto duci, vt assensum præbeat
possibilitati creaturarū, nullum-
que infirmius, quā cōque coniun-
gibile cum non possibilitate, cu-
iusmodi est omnipotentia, vt à
possibilitate absoluta. Cōfirma-

tur. Intellectus, vt instructus lu-
mine supernaturali fidei, nequit
propter nobilitatē huius lumi-
nis elicere ex illo assensum circa
res fidei, nisi ductus firmissimo
motu diuini testimonij incō-
iungibilis cū defectu rerū fidei.
At longè nobilis est infinitissi-
mū lumen intellectus diuini: er-
go duci non poterit ad assentiē-
dum possibil itati, nisi ductus ex
firmissima ratione incōpossibi-
li cum carentia possibilitatis, cu-
iusmodi ratio nō est omnipotē-
tia, vt à possibilitate absoluta
Demum, vt aduersarij falla-
ciā simūl detegā arguo sic. Non
cognoscere iudiciū possibili-
tē in omnipotentia entitatiē
sumpta non arguit defectū ple-
nissimæ cōprehensionis omni-
potentia entitatiē sumptæ, li-
cet aliundē re ipsa detur ea pos-
sibilitas: ergo etiā si hēc detur,
non cognoscitur iudiciū in
omnipotentia: solum enim ita
cognosci deberet id exigente
plena omnipotentia cōprehen-
sione, vt fatentur aduersarij. An-
tecedens probatur.

34 Primo: quia plenissima om-
nipotentia cōprehensio duo
præcisē petit. Primo plenissimè,
& exactissimè cognosci omnia
intrinseca ipsius, ita vt nihil ipsi
intrinsecum negari possit. Secū-
do, quod in illa apparent, quæ,
si non apparent in ipsa, conclu-
deretur, non omnino clare, &
exacte perspecta esse intrinseca
om.

omnipotētiæ. Neutrū ex his infert cognosci iudicatiuè in omnipotentia possibilatatem Petri, v. g. licet ea possibilia detur. Non primū. Nam etiā posita possibilitate Petri, nō habet omnipotentia entitatiuè, & intrin-
ce, nisi, quæ haberet, ea nō posi-
ta: ergo sicut hac non posita, ple-
nissimè, & exactissimè iudicarē-
tur intrinseca omni potētiæ, nō
dijudicata in omnipotentia pos-
sibilitate Petri; ita similiter pos-
sibilitate posita. Non secundū.
Nam, quod in omnipotentia, vt
indifferentē æqualiter ad possi-
bilitatē, & non possibilitatē, nō
diadicetur una p̄r alia, non ar-
guit omnipotētiā minus ex-
acte penetratā esse; sed ex le non
dare rationem, vt detur potius
possibilitas, quā nō possibilitas:
omnipotentia autem entitatiuè
sumpta est de se indifferens ad
possibilitatem, & non possibili-
tatē, etiā possibilitate data: ergo
etiam tunc non discerni possibi-
litas in omnipotentia nō ar-
guit minus plenā, & exactā pe-
netrationē omni potētiæ. Quē-
admodum si proponas efficaci-
ter religionem ingredi, si pater
consentiat, certe, quamvis positi-
to consensu Patris, ego non dis-
cernam in tuo proposito, an po-
tius sit positus, quam non positi-
tus consensus paternus, male

quidem inferes me non
comprehendisse tuū
propositum.

CAPVT V.
*Soluuntur obiectiones contra p̄re-
cedentem assertiōnem.*

35 **O**biciunt primò Re-
centiores. Omnipotē-
tia diuina determinat obie-
ctiuè intellectum Dei, vt eam
perfectissimè comprehendat. At
comprehensio hæc, posita possi-
bilitate Petri, inuoluit iudicare
Petrum esse possibilem: ergo ad
hoc iudicium determinat obie-
ctiuè omnipotentia, posita possi-
bilitate Petri. Probatur minor.
Perfectissima omni potētiæ cō-
prehēsio inuoluit iudicare quid-
quid pertinet ad omnipotentia.
Ad illam pertinet possibilitas
Petri semel posita: pertinet, in-
quam, tanquam cōstituens omni-
potentiam in ratione potentis
absolutè producere Petrum: er-
go prædicta comprehensio, po-
sita possibilitate Petri inuoluit
iudicium de-hac possibilitate.
Rerorquetur argumentum in
promissione conditionata, ad
quam pertinet purificatio cōdi-
tionis tanquā cōstituēs promis-
sionem absolutè obligantem, &
tamē, et si posita sit cōditione, &
pleniissimè cōprehendatur pro-
missio cōditionata nō dīcerni-
tur in ipsa positā esse cōditionē.
Deinde respondeo ex n. p̄ced.
Distinguō minorē, inuoluit illud
iudicium ex ratione cōprehensio-
nis omni potētiæ nēgo minorē.

Materialiter, quia Deus propter suam infinitatem simul iudicat possibilitatem in se ipsa, quando illam sic iudicabilem inuenit, concedo minorem. Ad probationem minoris distinguo maiorem. Quidquid pertinet ad omnipotentiam; & non iudicatum arguit non esse exactissime penetrata prædicata intrinseca omnipotentiæ, concedo maiorem, quidquid aliter pertinet, nego maiorem; & quia quando datur possiblitas Petri, sic pertinet ad omnipotentiam, ut in hac non discernere possibilitatem, non arguat omnipotentiæ inconnexam cum possibilitate minus exactè penetratam esse, ideo comprehensio omnipotētiæ non postulat eam possibilitatem, quantumvis datam discerni in omnipotentia.

36 Obijcies secundo. Non potest omnipotentia perfectè penetrari, ut continens absolute Petrum in sua virtute, &c, ut potens absolute producere Petrum ignorata possibilitate Petri: est enim de ratione potentis absolute producere aliud, quod hoc sit possibile, cum non sit virtus absolute productua impossibilis. At posita possibilitate Petri, omnipotentia continet absolute Petrum in sua virtute, potestque absolute producere illam. Nam, posita entitate Dei, nihil aliud petitur ad hanc potestatem absolutam, quam possiblitas ex

parte termini: ergo posita possiblitate Petri, dantur in omnipotentia prædicata, quæ nequeunt perfectè penetrari, nisi in ipsis discernatur possiblitas Petri. Confirmatur. Sicut Deus est inconnexus cum possibilitate, ita etiam cum existentia Petri. Sed posita existentia, cognoscitur hæc in Deo ut vidente ipsam, & eamdem efficaciter decernente, quia talia prædicata stare non possunt sine existentia Petri: ergo pariter, posita possibilitate Petri, cognoscetur illa in Deo, ut absolute potente producere Petrum, quoniam ea potestas absolute stare non potest sine possibilitate Petri; & propter eamdem rationem in Deo, ut representante Petrum, ut possibilem.

37 Ad argumentum. Concessa maiore, & minori, distinguo consequens. Dantur tunc in omnipotentia prædicata intrinsecè connexa cum possibilitate Petri, quæ non possunt perfectè penetrari, nisi in ipsis discernatur possiblitas Petri, concedo consequentiam. Nam absolute continentia Petri, absolute potestas ad producendum Petru, absolute representatio infallibilis Petri, ut possibilis, connectūtur intrinsecè cum possibilitate Petri. Prædicata intrinsecè inconnexa cura possibilitate Petri nego consequentia. Iam vero nostra sententia nō negat, si posita

sita possibilitate Petri adueniāt Deo denominationes intrinsecē connexē intrinsecē cūm possibiliatē Petri, cognosci in illis possibilitatē Petri; sed prēcisē negat, eam possibilitatem cognosci in omnipotentia entitatiē sumpta, prout inconnexa cūm possibilitate. Vnde patet, admittendum ēsse quidquid intendit confirmatio, quæ non probat possibilitatē cognosci in omnipotentia, vt entitatiē inconnexa cūm illa; sed, vt inconnexa cūm ipsa denominatiōne.

38 Obseruare tamen sit. Licet sola omnipotentia sit, qua posita possibilitate creaturæ est absolute productiua creaturæ; non autem aggregatam ex omnipotentia, & possibilitate, potest bifariā statui talis denominatio potentis absolute producere creaturam. Primo, ita vt sit adæquatē intrinseca Deo connotans possibilitatē; non tamen ipsam includens, vt communiter cēsetur, denominatiōnem, videntis existentiam, connotare; non verò includere existentiam obiecti Secundo, ita vt sit partim intrinseca; & partim extrinseca Deo, claudens in se virtutem actiua Deo intrinsecam; & possibilitatē passiuam creaturæ, extrinsecam Deo. Sic sola entitas caloris est proximē calefactiua; non tamen à se sola constituitur proximē calefactiua, sed partim à se, & partim à Deo.

vt parato ad concurrendū cūm ipso. Sic sola entitas albedinis A. est similis albedini B. non tamē per se solam constituitur ita similis; sed partim ex eo quod ipsa sit albedo, & etiam albedo sit albedo B. Similiter absoluta re-presentatio diuina Petri, vt possibilis, visio, & decretum Petri, vt existentis, dici possunt talia, vel per denominationem adæquate intrinsecam Deo, non includentem; sed connotantem possibilitatē, & existentiā Petri; vel per denominationē partim intrinsecam, & partim extrinsecam includentē cūm possibilitatē, & existentiam. Iuxta primū sensum: cognosci possibilitatē, & existentiam in eis denominationib⁹, erit cognosci in alio tanquam terminum connexionis huius ad ipsas. Iuxta secundum sensum cognosci ipsas in eis denominationibus, est illas in se ipsis directe cognosci.

39 Obijcies tertio. Tametsi omnipotentia sit virtus inconnexa cūm possibilitate hominis, v.g. tamen intrinsecē est virtus conditionata ad producendum hominem sub conditione, quod non implicet contradictionem. At nequit perfectē cōprehendi, quatenus talis conditionata virtus ad hominem, nisi cognita in ordine ad hominem in ipsa reluentem: ergo nequit perfectē comprehendi secundum sua in-

triaseca, quin in his intrinsecis appareat Deo. At eo ipso, quod homo appareat homo, apparet, ut possibilis, nam homo ex conceptu suo essentiali non minus est ens reale non implicans contradictionem; quam animal rationale: ergo in omnipotentia, quantumvis inconnexa cum possibilitate creaturæ necessario cognoscitur creatura, ut possibilis. Hoc argumentum, ut verum ingenuè fatear, mihi probat in connexionē omnipotentie cum possibilitate creaturæ implicare in adiecto, quemadmodum implicat in adiecto *homo irrationalis*, ac proinde, sicut ex homine irrationali infertur esse irrationalē, quia sic ponitur; & non esse irrationalē, sed rationalem, quia simul ponitur esse hominem, ita ex omnipotentia inconnexa cum possibilitate hominis, v.g. sequitur esse inconnexā cum ea possibilitate, quia sic ponitur, ideoq; esse mediū ineptū, ut in ipsa discernatur possibilitas; & aliunde sequitur, esse cum possibilitate connexā, mediumq; aptum, ut in ipsa discernatur possibilitas, quia est omnipotentia, in cuius ratione inuolui formaliter p̄adictam cōexionē sic euincitur explicato argumēto proposito.

40 Nam dē ratione omnipotentiae, saltem est, esse intrinsecē virtutē conditionatā ad producendum hominem, si nō implicitur: ergo cū omnipotentia con-

nectatur intrinsecē cū eo, quod Deus ipsam optime penetrat; connectitur intrinsecē cum eo, quod Deus cognoscit ipsam in ordine ad hominem cognitione diuina, & perfectissima versante circa hominem. Sed de ratione cognitionis perfectissimæ veritatis circa hominē est nō inuenire contradictionem in predicationis hominis, sicut ibidē inuenire animal rationale: nā, ut est de ratione hominis esse animal rationale, ita etiā non implicare contradictionē: ergo connectit ab intrinseco omnipotētia cum eo, quod in Deo sit cognition perfectissima hominis non inueniēs ex parte hominis contradictionē. Patet autē ex disp. 6. in hoc sufficientissimēflare possibilitatem hominis lū. p̄tā pro nō implicatio ex suo conceptu: ergo quomodo libet omnipotētia conti- tuas, effugere nō potes, quoniam in illa formaliter inuolua cō- connexionē cū possibilitate creatu- rarū. Dicatur ergo ad argumen- tū, ex omnipotētia inconnexa cū possibilitate creaturarū, sequi, eo ipso, quod negetur cōnexio, nō esse mediū aptū, ut possibili- tas discernatur in illa, idque tan- tū nostra sentētia cōrendit; esto aliundē sequatur, possibilitatēm in ipsa omnipotentia dilcerni, quia eo ipso, quod in ea hypothēsi relinquatur in ratione omni- potentiae, ibi tacitē imbibitur, quod aliunde negatur, expresse.

41 Hac

41. Hoc scđ, non adeò profunde, quam pat estet à nonnullis inspecta, plene calluerunt acutissimi Recentiores ex nostris, qui dicunt posita inconnexione omnipotētiae cum possibilitate creaturarū, nullum penitus respectum in illa absolute existentem ponendū esse in ordine ad creaturas, etiā circa illas tendentem modo conditionato, nēpē per modū virtutis ad producendas ipsas sub hypothesi, quod nō implicet; sed solum est dicendum, non quidem; etiā repugnante Petro, iam esse in Deo posse Petru producere sub hypothesi, quod non implicet; sed quod posset producere Petrum; si non implicaret. Sic de bono religioso nō dicitur ex nunc, quod iam proponit sumere vindictā, si malum ipsi inferatur; dicitur tamē, quod, si malū ipsi infertetur, & estet sacerdotalis, proponeret vindictam sumere. Quarē ad argumentū respondent, negata connexione omnipotētiae cū possibiliitate creaturarum, negandū est in illa omnem respectum ad creaturas, etiā per modū virtutis absolutè in ipsa existentis ad producendas creaturas sub conditione nō implicatiæ. Sicut potestia obediens aquæ ad productionē gratiæ supernaturalis, nō est ponenda in respectu intrinseco ipsius aquæ ad gratiam; sed in aliquo se habente per accidens, & extralectis ad aquam, nēpē in eo, quod coniuncta aqua cum

elevatione superioris auxiliij, haretur, aquā posse producere gratiam, cum tamen nunc nullum habeat posse ad gratiam, etiam conditionatum ex parte termini, nēpē ad gratiam producendam sub conditione superioris auxiliij.

42. In hac doctrina, quidquid sit de exemplis, quibus subtiliter explicatur, unum libēter fateor, nēpē omnē prorsus respectū ad creaturas ab omnipotentia tollēdū esse, sublata cōnexione. At simul dicēdū est, implicatio nē in adiecto esse, dari intrinsecè in Deo perfectionē intrinsecam, qua posita nō implicatione hominis, redderetur potēs absolute producere hominē; & nō esse intrinsecè in Deo actualiter existētē respectū aliquē ad creaturas. Probatur. Nam illa perfectio Dei ab intrinseco cōnectitur cū exclusione illius, quod suæ infinitati derogat, nam alioquin nō estet intrinsecè infinita. At infinitati perfectionis diuinæ virtutis derogat conditionatū hoc * Nō cōstitueretur Deus potēs absolute producere hominē tametsi homo nō implicaret * Ergo predicta perfectio ab intrinseco excludit conditionatū hoc; & consequenter ab intrinseco connectitur cum hoc opposito * Cōstitueretur Deus potens absolute producere hominē, si homo nō implicaret * At cōnexio intrinseca cū hoc est aliquis respectus ad hominē nō potens, nisi in ordine

ad hominem plenè, & perfectè cognosci, vt ex se patet: ergo implicationem in adiecto inuolutum existere in Deo perfectiōnem, quam ex parte intrinseci importat omnipotētia; & non existere aliqualem respectum ad hominem.

CAP. VI.

Posterior pars nostræ sententie.

43 **A**sso quartò. Tot titulis cognoscit Deus in se ipso possibilatatem creaturarum tanquam in fundamento præbente menti diuinæ certissimam, & infallibilem rationem obiectuam assentiendi tali possibilitati, quot titulis est essentia liter connexus cum illa. Ratio est, quia hoc modo cognoscere in se ipso possibilatatem creaturarum non est aliud re ipsa, seclusis vocibus, quam se ipsum cognoscere, vt fundantem certissimè veritatē creaturarum: eamque veritatem tot titulis certissimè fundat, quot titulis est essentia liter connexus cum illa. Nihil enim certius fundat aliquid esse verum, quam id, quod essentia liter cum ea veritate connectitur. Hinc sit primo, Deum in se ipso, quatenus ente summe necessario indistincto necessariò à se ipso, cognoscere possibilatatem creaturarum, quia prout sic connectitur essentia liter cū illa

ex disp. 7 à num. 5. Secundò, in se ipso vt omnipotente, vt infallibili in cognoscendo, vt habente perfectiones voluntatis enumeratas disp. 7. à num. 24. nam hæc omnia prædicata ex ea disput. cap. 3. connectuntur cum tali possibilitate: & propter eadem rationem in se ipso, quasi reflexe cognito, vt cognoscente creature per representationē non inuenientem in ipsis contradictionem, & vt complacente in eo, quod tales sint creature ex conceptu suo, cognoscit possibilatatem ipsarum, quia cum ipsa proculdubio connectitur Deus vt sic repræsentans creature, & in ipsis complacens: ac tandem in diuinis idæis formaliter sumptis prout ponantur, aut non ponantur in prædicatis diuinis formaliter dicentibus connectionem cum possibilatate creature, de quo suo loco.

44 Obijcies primò. Omnipotētia non præcedit ad scientiā Dei de possibilatate creaturarū: ergo non est obiectum, in quo Deus cognoscit eam possibilatatem. Nam obiectum determinans ad aliquam notitiam præcedit ad illam. Antecedens probatur. Omnipotētia, vel eti voluntas Dei, vel attributum consequens ad voluntatem. At voluntas Dei non præcedit ad scientiam possibilatatis creaturarum; sed potius ea scientia præcedit dirigēdo ad decretū creaturarū: ergo

ergo non præcedit omnipotētia ad predictā scientiā. Confirmatur primo. Deus cōstituitur proximē potens producere creaturas per scientiā ipsarum, vt possibilium ergo porius scientiā possibilitatis præcedit ad posse diuinum; quā cōtrā. Secūdo. Angelī, & homines plura cognoscunt, vt possibilia, quē nequeūt efficer: ergo ex eo, quod Deus nequeret efficere creature possibles, nō argueretur per locū intrinsecū, nō cognoscere illas, vt possibles: ergo sic illas noscit præscindendo a potentia factiua ipsarū. Omitto leuiora argumenta, quē non probant, Deū non cognoscere possibilitatē creaturarum in omnipotentia tanquā in fundamento certificate possibilitatem propter connexionem cum illa; sed accipūt ly In iuxta usurpationes alienas ab instituto nostro,

45 Ad argumentū respōdeo primo. Quāvis omnipotētia, vt proximē potēs producere creature sit aliquomodo consequēs ad cognitionē possibilitatis creaturū, quia tali cognitione constituitur in ratione proximē potentis; tamen omnipotentia radicaliter sumpta pro virtute de se productiua creaturarū, nō est cur non sit saltē cōmitans scientiam possibilitatis creaturarum: sumpta enim secundū eum conceptū præscindentē ab eo, quod sit voluntas, vel quid consequēs ad voluntatem, æquē est defini-

tūtē independens à scientiā possibilis, quā hāc scientiā ab ipsa omnipotentia. Diximus autē disp. 4. n. 26. sufficere ad obiectū physicē etiā motiuū diuinæ notitiæ, concomitans esse talē notitiā. Resp. secūdo. Tamen si demus omnipotentia dari pro posteriori ad cognitionē possibilitatis, poterit esse motiuū intentionale cognoscendi possibilitatē. Nā ex eodē loco patet, motiuū intentionale cognitionis dari posse pro posteriori ad cognitionē. Recolātur etiā, quæ diximus disput. 3. a. n. 33. ¶ Hinc ad primā confirmationē p̄esse radicale nō est cōsequens ad cognitionē possibilitatis; p̄esse proximum ei aliquomodo cōsequēs ad eā notitiā. Vnde posse radicale poterit esse motiuū physicū eius notitiæ; & posse proximum erit motiuū latē intentionale. Secūda confirmatio probat, præscindendo ab omnipotentia superesse rationē sufficiētē, vt Deus cognoscat possibilitatē creaturarū, nempē illas nō implicare ex suo proprio, puroq; conceptu. Deūque esse infinitē intellectualem: idq; minimē negamus; non autem probat contra nos, non esse omnipotentiam fundamentum sufficiens ad discernendam eam possibilitatem.

46 Obijcties secundū cum P. Herice Scientia, & complacētia circa creature, vt possibles, nō continent creature, vt possibles

in esse reali ; sed in esse intentionali: ergo licet creaturæ, ut possibles, quia secundum esse reale contingetur in omnipotentia possint secundum esse reale cognosci in ipsa, solum poterunt secundum esse intentionale cognosci in scientia, & complacentia. Re- torquetur argumentū. Tum quia iuxta P. Herice, licet creaturæ non sint in omnipotētia formaliter; sed eminēter, possunt in omnipotentia cognosci, non solum secundum esse eininens, quod habent in illa; sed etiam secundū esse formāle, quod habent in se ipsis. Tū quia iuxta ipsum, Deus, quamvis neque formaliter, neq; eminenter contineatur in creaturis, sc̄ cognoscit in ipsis, quia ipsæ connectuntur essentialiter cum Deo : ergo pariter in re no-stra. Ratio est, quoniam aliud est cognoscere possibilitatē in aliquo tanquam partem in toto; al- liud tanquam in fundamēto infal- libiliter persuadēte veritatē pos- sibilitatis. Ad hoc ultimum sufficiit essentialis connexionē cum hac veritate, quam connexionē ha- bent ea scientia, & complacen- tia. Ad primū opus est, eam pos- sibilitatem in illo phisice includi- in quo eo modo cognoscitur.

47 Obiectus tertio pro P. Suárez. Scientia non notificat obie- ctiū tanquam mediū cognitū, vt quod; sed vi quo tanquam ra- tio cognoscendi : ergo in scientiā Petri, vt possibilis non cognoscit

Deus tanquam in medio cogito, possibilitatē Petri. Cōsideratur. Respectus scientiæ ad obiectum est respectus per modum repræ- sentationis, & imaginis. At ima- go ex se non est mediū ad certo cognoscendū sic se habere obie- ctiū, sicut repræsentatur: vnde, qui præcisè inspiciat imaginem Cæsaris, nō inde certus erit, Cæ- farem fuisse cōformē illi imagi- ni, ni aliudē notū ipsi sit, quo- modo Cæsar fuerit: ergo diuina sciētia possibilis Petri, prout à Deo cognita, nequit Deo cer- tum reddere de tali possibili- tate. ¶ Ad argumentū respondeo. Quanvis sciētia, ex præciso mu- nere scientiæ, solū notificet ob- jectum, vt quo per modū ratio- nis formalis constituentis subie- ctū sciens; tamē ex ratione cog- nitæ quasi reflexè, si aliunde ha- beat connexionem cum veritate obiecti, vt habet prædicta sciē- tia diuina cū possibilitate crea- turæ, poterit per modum mediū cogniti demonstrare possibili- tatem creaturæ. Ad confirmatio- nem. Tametsi scientia Petri, vt possibilis, ex præciso munere imaginis, & representationis, nō habeat, quod obiectū sit in se, vt est in repræsentatione; tamē, vt est repræsentatio, per quam re- præsentat obiectum intellectus Dei determinatissimus ad non aliter repræsentandum obiectū, quam, vt est in se, certificat, vt cognita, obiectū ita esse, sicut ta-

Si representatione cognoscitur.
Nostra autē sententia solū affir-
mat in scientia diuina possibili-
tatis creaturæ, prout est scientia
intellectus diuini, cognosci pos-
sibilitatem creaturæ.

48 Afferro quinto, Deū nō cog-
noscere in se ipso possibilitatem
creaturarū tāquā in medio phy-
sico cōnexo cum ea possibilita-
te cōexione physica distincti ad
distinctū; sed tāquā in medio lo-
gico demonstratiuo possibilita-
tis, sicut Deum esse intellēctiuū
est medium logicū demonstrati-
uum Dei, vt volitui. Nam Deus
non distinguitur realiter à pos-
sibilitate necessaria creaturarū, si-
ne qua stare nō potest, vt ex p̄r-
ced. disp. cōstat. Vnde Deū cog-
noscere possibilitē necessariā
creaturarū in se ipso est realiter
idē, ac illā in se ipsā cognoscere.
¶ Ultimo tamē afferendū
est, non solū Deum cognoscere
in se ipso per visionē possibilitatē
necessariam creaturarū; sed etiā
cognoscere in se ipso per simplicē
intelligentiam ipsas entitates, &
existentias contingentes creatu-
rarum: possibilium, non quidem
in se ipso tanquā in obiecto con-
nexo cum eis existentijs contingen-
tibus; sed tanquam in medio
relato ad ipsas.

49 Ratio est, quia cum Deus
sit productius, non quidē possi-
bilitatis necessariæ creaturarū,
sed entitatis, & existentiæ con-
tingentis ipsarū, nequit se ipsum

plene, perfectè, ac directè attin-
gere, nisi indirectè attingendo
entitates, & existentiæ contingē-
tes creaturarū: ergo has entita-
tes, & existentiæ cognoscit in se.
At non per scientiam visionis,
quia stat Deū esse productiuū
existentiarū; & eas existentiias nō
exerceri defacto, prout necesse
erat ad hoc, vt terminarent sciē-
tiā visionis: ergo per simplicē
intelligentiam. Deinde Deus, et-
si relatione productiui existentiā-
rum referatur ad existentiias; nō
tamen connectitur cum existen-
tijs creaturarum cōtingentibus,
quanvis logice connectatur cū
possibilitate necessaria ipsarum:
ergo eas existentiias cognoscit
Deus in se ipso, vt in medio rela-
to ad ipsas; non, vt in medio eu-
titatiōe cum ipsis connexo. Vbi
cauēda sunt dissidia vocalia na-
ta ex voce relationis, de quibus
fusissimē P. Hemelm. tom. I. cui
post magnas vigilias in hac re po-
fitas, placet similes relationes
Dei ad creaturas dicere potiū
habituales; quam actuales.

DISP VT. IX.

*Concluditur explicatio noticie di-
uine circa veritates ne-
cessarias.*

VT absoluatur expositiō sciē-
tiæ, quam Theologi vocant
naturalē, quia necessario Deo in
est terminata ad veritates neces-
sarias;

sarias; non verò liberè, aut cōtingenter terminata ad veritates liberas, & contingentes, superest nonnullas difficultates breuiter complanare.

CAPVT. I.

De cognitione creaturarum possibilium in se ipsis cognitis per scientiam naturalem Dei.

¶ Rima difficultas huius disp. sit, an Deus, antequā creaturæ ad statum existentiæ actualis perueniant habeat aliquam scientiam naturalem ipsarum *in se ipsis*? Pro cuius intelligentia, pono primò, questionē præsentem non esse, an creaturæ antequā existant terminent cognitionē dininā secundū esse propriū, & formale ipsarū craturū; & nō solum secundū esse viruale, & eminens, quod habent in sua causa? Iam enim definita est pars affirmativa disp. 8. cap. 1 Pono secundo, neque quæstionem esse, an proprium esse creaturū, vt condistinctum à Deo sit motuum physicum scientiæ naturalis Dei attingentis creaturas? Certa enim est pars negativa ex disp. 3. Nam creaturæ secundum suum esse nō tribuunt physicè scientiæ naturali Dei intrinseca prædicata, quæ talis scientia habet, prout ex illa disput. requiritur ad motuum physicum. Præsens igitur quæstio est. An

propria prædicata creaturæ possibilis, quæ nequeunt identificari cum Deo sint ratio obiectiva, vt Deus aliquem naturalem, & necessarium alienum ipsis præbeat, adec, vt id, quod cognitū persuadet intellectui diuino veritatem, cui talē alienum præbet sint prædicta propria creatura prædicata.

¶ Pro sententia negativa stant communiter Thomisiæ Cajetan. Bañez, Capreol. Palac. Zumel, & alij, quos referunt, & sequuntur Albeda, 1. part. disput. 37. sect. 2 Ioannes à Sancto Thoma disput. 18. art. 2. Cornexo disput. 2. dub. 1. Pro eadem post Durand. militant ex nostris Pater Molina hic art. 6. disput. vñica conclusione 2. Pater Valent. punct. 3. concl. 1. Pater Suarez lib. 3. de attribut. cap. 2. Pater Fasol. hic artic. 5. dubit. 1. num. 5. Pater Tanner. disputat. 2. quæstion. 8. dub. 3. ¶ Pro sententia affirmativa stant apud Authores citandos, Scotus. OKam. Gregor. Gabr. Pater Vazquez disputat. 55. Pater Becan. cap. 10. quæst. 4. Albiz disp. 5. sect. 2. Herice disp. 5. cap. 4. Rainaud. in Theologia naturali distinct. 8. quæst. 1. artic. 1. num. 12. Sforci lib. 1. num. 38. & 39. Pater Alarcon disputat. 2. Pater Gaspar Hurt. disput. 3. diffic. 3. Pater Arriag. disp. 19. sect. 4. Francisc. de Lug. & eius frater Cardinalis de Lugo ille

ille lib. 1. de Deo vno disputatione 28.
cap. 4. num. 25. Hic in manu scripto
de scientia disp. 4. sect. 2. Mon-
caeus disp. 3. scelerum cap. 11.
9. Quod ego, Martinus disputatione 10.
de Deo sect. 1. Ribas disputatione 4. cap.
3. Quos plurimi sequuntur ex
nostris RR. nunc scribentibus, &
hanc sententiam non improba-
bilem putat P. Suar. sup. & mihi
videtur probabilior, si bene ex-
plicetur.

3. Sit ergo conclusio. Creatu-
ra possibles cognoscuntur a
Deo in se ipsis tanquam in ratio-
ne obiectiva intentionaliter mo-
uente ad asserendum ipsis. Pro-
banda, & explicanda est conclusio
ex dictis disputatione 3 anno 17. de ob-
iecto intentionaliter motio. Sed
ut probatio clarior fiat, obserua-
dū est ex disputatione 6. n. 49. in hoc iu-
dicio, & similibus. Petrus est
animal rationale. Copula est po-
test habere duplicē sensum. Pri-
mo sonans idem, ac existit, & in
hoc sensu iudicii illud, cum non
sit aliud, quā hoc. Petrus existit
animal rationale. vel, quod in
idem recidit: Petrus exercet in se
intrinsecè esse animal rationale, est
iudicii veritatis cōtingentis. Se-
cūdo copula illa est potest deno-
tarē actū ex modo suo tendēdi,
sic mentaliter cōiungere Petru-
& animal rationale, & tanquam
quid vnu concipere, ut nō requiri-
rat ad sui veritatē Petru- existere;
sed Petrum, & animal rationale,
non posse vnu pacio, in prædis-

tis, denominationib⁹, aut aliquo
alio modo dissētare: & hoc mo-
do tale iudiciū est veritatis ne-
cessariæ. Sic in hoc iudicio: Petrus
existit, vel non existit copula vel
importat modū tendendi actus
mentaliter disinguētis: & in hoc
iudicio: Petrus non est lapis, ly non
est importat modū tendendi
actus mentaliter distinguētis Pe-
trum à lapide. Similiter ergo di-
cimus, in hoc iudicio: Petrus est
animal rationale, copulam est im-
portare modū tendendi actus
mentaliter identificantis Petru-
cum animali rationali.

4. Probatur ergo conclusio. Nā
omnis modus cognoscendi nullā
in sua ratione dicens imper-
fectionē datur in Deo. At iudi-
cium mentaliter idētificans Pe-
trum cum animali rationali non
implicante cōtradictionē, quod
iudicium sit necessariæ veritatis,
& habeat pro motio intentio-
nali ipsa Petri prædicata, est mo-
dus cognoscendi nullā in sua ra-
tione dicens imperfectionē: er-
go datur in Deo. Maior, & cōse-
quentia indubitate sunt. Minor
probatur. Nā in primis imperfe-
ctio non est habere Deū circa Pe-
trum possibilem iudiciū men-
taliter idētificans ipsum cū anima-
li rationali nō implicante cōtra-
dictionē: quia cū Petrus, & tale
animal nullatenus possint distin-
gui in re, non eset bona, & per-
fecta representatio Petri, quæ nō
cōstitueret in mēte Petru- & tale

animal per modū vnius, & eiusdē. Deinde tale iudiciū esse veritatis necessariæ patet, quia nihil aliud ad veritatem requirit, quam ea extrema in nullo posse dissentire, idque prorsus necessarium est. Rursus nullā imperfectionem importare ex eo quod habeat pro motiuo intentionalī prædicata ipsa Petri, probatur: quia de ratione motiuī intentionalis non est, quod per se ipsum det esse assensui, cuius est motiuū sed tantum, quod, ut repræsentatū per intellectū sit ratio assentiendi, modo explicato disp. 3. à n. 17. At seclusa imperfectione habendi esse ab obiecto creato nullam aliam imperfectionē arguit in assensu diuinō habere obiectum creatum pro motiuo intentionalī: vt statim patebit reiecit, quæ nobis possunt opponi: ergo, &c.

5. Omissis, quæ in genere possunt opponi contra motiuū intentionale, quæ satis ex loco citeneruātur. Primo opponitur imperfectio superfluitatis. Cū enim Deus sufficiētissimè iudicet, Pētrū esse animal rationale nō implicans, habitis pro motiuo prædicatis diuinis, vt diximus disp. 2. quorū idē iudicet, habitis pro motiuo intentionali prædicatis creatis? Respondeo. Sicut nō est imperfectio superfluitatis; sed perfectio infinitatis in cognoscendo, quod Deus cognoscat creature possibiles in diuinis repræ-

sentatione, complacētiaq; circa ipsas, tametsi satis ipsas in sua penetrat omnipotētia; ita nō erit imperfectio superfluitatis cognoscere ipsas, habitis pro motiuo intentionali prædicatis creatis; sed perfectio infinitatis intelligendi, ad quā spectat, non solū cognoscere obiectum, sed etiam omnibus modis diuersis, quibus est cognoscibile sine imperfectione.

6. Opponitur secundo imperfectio inordinationis. Nā inordinatū est creaturā cognoscibilem propter motiuū diuinū cognoscere propter motiuū creatū, nempe propter se ipsam, & consequēter respicere illam tanquam obiectū præcipuum. Respondeo. Nō est imperfectio inordinationis obiectum cognoscibile sine imperfectione propter Deum, & propter se ipsum, cognoscere nō solū propter Deum, sed propter se ipsum; sicut imperfectio inordinationis nō est obiectum honestē amabile propter Deum, & propter se ipsum, vt roris modo amare. Quis enim dicat imperfectionē inordinationis esse amare virtutis honestatem, non solū propter Deum, sed etiam propter se ipsā? Et sicut in amore honestatis propter ipsam accepto ex hac præcisa ratione, nō est inordinationis imperfectio, quod ipsam honestatem habeat pro motiuo præcipuo negatiū, id est, quod sic illam habeat pro obiec-

obiecto, ut ex illa ratione præcisa non habeat aliud obiectum principius; ita non est imperfectio inordinationis, cognitionem diuinam sumptam præcisè prout attingentem creaturem propter se ipsas, habere illas pro obiecto negatiuè præcipuo.

7 Tertio opponitur limitatio nis imperfectio. Primò, quia talis cognitio, prout præcisè creaturem attingens propter ipsas, erit finita ex parte obiecti materialis, & formalis. Secùdo: quia vilesceret diuina cognitio, si ex tā vili obiecto, quam creato alienatur creaturis. Tertio. Nā vile, & imperfectum est cognitionem diuinam accipere esse ab obiecto creato. Sunit autē cognitio suū esse ab obiecto formali: ergo nihil creatū potest esse obiectum formale diuinæ cognitionis. Quartò: quia cognitio specificatur ab obiecto formali. Cū igitur natura, & species, vel quasi species cognitionis diuinæ sit infinita, nihilque infinitum oriri possit ab obiecto creato, nihil creatū esse poterit obiectum formale diuinæ cognitionis. Quintò. Quia imperfecta est cognitio, que non est summè perfecta: cadere nāq; à summittate perfectionis imperfectio est. At cognitio creaturem, in ipsis creaturem, summè perfecta non est: ergo imperfecta. Probatur minor. Quia perfectior est cognitionem creaturem in Deo. Nā talis cognitio, & in reliquis æquat

cognitionem creaturem in se ipso & superat in obiecto formalis, quod est ipse Deus in se ipso visus perfectissimè, & consequenter etiā superat in ratione beatitudinis, & cōpræhensionis diuinæ, quæ cōsistit in clarissima, perfectissimaque visione Dei.

8 Hec tamen nihil vrgent. Ad primā probationē resp. Non est cognitionis limitatio, quod illa, præcisè accepta sub quadam ratione, habeat duntaxat obiectū entitatiuè finitū: sic ut neq; omnipotentiæ limitatio est habere pro termino creaturem entitatiuè finitas: non est enim cur istarū limitatio in ipsarū cognitionē, & virtutē ad ipsas redundet. Ad secundam. Si cut non vilescit diuinæ cognitione ex eo, quod terminetur ad creaturem, quia hoc non dicitur, creaturem dare perfectionem, cognitioni diuinæ, sed hanc cognitionem per perfectionem, quam habet ad aquatatem à iesu Christo, repræsentare creaturem; ita non vilescit ex eo, quod ipsa predicata creaturem sicut obiectua, & intentionalis ratio tribuit intentionaliter esse cognitioni Dei, quia hoc non dicit creaturem dare perfectionem tali cognitioni; sed taliapredicata, ut clarissime apparētia menti diuinæ iuuare ad hoc, ut Deus habeat hunc alium sum. Petrus est haec predicata, quia ipsorum natura est, quod Petrus sit ipsa predicata. Ad tertiam vīlē, quidem est

Scientiam sumere esse ab obiecto
creato: id est perfectionem scientie,
vel causari ab obiecto creato, vel
objeto creato constitui intrinsecè.
Neutrū autem sequitur ex
eo, quod obiectum creatum sit
motuum intentionale cognitionis
diuinæ. Licet enim Scientia di-
uina suū esse habeat intentionali-
ter ab obiecto formalis intentio-
nali; hic tamen nulla est imperfe-
ctio, quippe quod præcise in eo
consistit, quod alienius circa ob-
iectū creatū habeat esse per iden-
titatē ab eo quod ipsum clarissi-
mè apparat in mente Dei, modo
explicato disp. 3. n. 20.

8. Ad quartā: Specificatio rei
ab aliquo stat tripliciter. Primo,
ab aliquo tanquam causante præ-
dicata intrinseca specifica rei.
Sic visio sensitiva coloris specifi-
catur à colore, qui a causantur ab
hoc, ut immite atque species poten-
tiæ yisuæ, prædicata intrinseca
visionis. Hoc modo cognitio di-
uina creaturarum non specifica-
tur à creaturis, quia non causatur
ab illis. Secundo ab aliquo, tan-
quam ab intrinsece constitutuo-
rei in specie sua. Sic homo spe-
cificatur ab his prædicatis. Ani-
mal rationale. Iis enim consti-
tuitur intrinseca in specie homini-
nis. Et neque hoc modo cogni-
tio diuina creaturarum specifica-
tur à creaturis: quia distingui-
tur ad aquatē à creaturis. Ter-
tiō, tanquam à termino ordinis,
& hoc non est aliud, quam ordi-

nem intrinsecum ad ipsum esse
prædicatum intrinsecū, & quasi
specificum talis rei. Et hoc mo-
do cognitio diuina creaturarum
specificatur à creaturis, quia talis
cognitio per prædicatum intrin-
secū respicit representatiū sine
vita imperfectione creaturas; si-
cū omnipotētia per prædica-
tum intrinsecum respicit produc-
tiū creaturas, adeo, vt, si
non sic respiceret creaturas non
est de specie, vel quasi specie
omnipotētiae: & quia Scientia
diuinā habere creaturas pro ob-
iecto formalis intentionali arguit
præcise hanc tertiam specifica-
tionem, ideo nullam arguit, que
imperfectionem dicat.

9. Sed audio Ioannem à San-
cto Thom. Sic dicentem sup. §.
Denique terra solutio. Eo ipso,
quod creatura sit obiectum for-
male immediatū, iam est influ-
xiū formaliter, & per specifica-
tionem: idque est influere influ-
xiū aliquo, scilicet formalī, & spe-
cificatio extrinseco. Capi over-
ba; non percipio sensum, sicut mo-
sapè latent huius autoris discursus:
fortè, non quia obscuri;
sed quia profundiores, quam
mea tenuitas assequatur. Certè
si influxus ille, quem aliquē vo-
cat, nempe formalē, & extrin-
secum, non sit aliud, quam crea-
turæ esse obiecta, quæ cognitio
diuina intrinsecè respicit, tanquam
pure extrinseca ipsi, neque in-
trinsecè constituentia, neque

aliud tribuētia esse , rem con-
cedimus , in qua nulla est imper-
fectio ; nomen *influxus* enita-
mus , quia causatione non sonat . Si
autem sub illo verborum corri-
ce nucleus est aliud , certe donec
enucleetur , nihil erit , quod dicam-
mus . ¶ Vbi nota . Ex eo , quod
Deus creaturas possibiles cog-
noscat in se ipsis , neque sequitur
dependentia diuinæ cognitionis
ab ipsis immo neque connexionio in-
trinseca ab soluta cum ipsis . Nō
dependentia . Nam dependentia
denotat emitatem diuinæ cog-
nitionis causari ab esse creatura-
rum , & hoc nō sequi iam est de-
claratum . Non connexionio . Nam
hic assentus * Petrus non impli-
cat contradictionem , quia ipsius
prædicata talia sunt * solum cō-
nectitur absolute cum possibili-
tate necessaria Petri , q̄iam s̄apē
diximus indistinctam esse à Deo ;
connectitur tamen ille assensus
conditionatè cum eo quod Pe-
trus existat non implicando co-
tradictionem , nempe sub con-
ditione *quod existat* , cum cuius
purificatione non connectitur .
Vide disp. 7. n. 44 .

10 Ad quintam . Si sermo sit
de cognitione possibilium in se
i. sis comparata cum cognitione
possibilium in Deo , sumptis his
cognitionibus intrinsecè ex par-
te rei , negatur suppositū . Nam
dicere , aliam esse alia perfectio-
rem intrinsecè ex parte rei , sup-
ponit distinctionem in finitam

iplatum ex parte rei : eaque di-
stinctio iuxta nostra principia nō
datur ; sed eadem indiuisa cog-
nitio intrinsecè ex parte rei at-
tingit creaturas possibiles in Deo
propter prædicata Dei ; & in se
ipsis propter ipsarum prædicata .
Cognitio tamen possibilium in
se ipsis ; & cognitio ipsorum in
Deo distinguuntur extrin-
secè ex modo nostro conci-
piendi , quatenus idem actus iam
concepitur præcise , ut attingens
possibilia propter se ipsa ; iam
prout attingens possibilia pro-
pter Deum : atque iste actus sub-
ista consideratione est ratione
nostra perfectior ; & sub alia con-
sideratione minus perfectus præ-
cisius : in quo nullum est incon-
ueniens , cum nihil aliud sit , quā
vna consideratione nostra , ma-
gis quam alia , perfectionem eius
actus aperi ri : quemadmodum
Deus conceptus , ut misericors ,
& omnipotens , est ratione no-
stra peccator , quā conceptus
præcise , ut misericors , quia prio-
ri consideratione magis aperitur
diuina perfectio , quam posterio-
ri . Hæc sunt consideranda pro-
similibus argumentis , quæ , nisi
nimis fallor , sunt valuae levia .

11 Opponitur quartè . crea-
turæ possibiles non habent actu-
entitatem ; sed habere possunt :
ergo non habent veritatem in-
trinsecam . Igitur si eata sunt eni-
tates , et habentes possunt ergo ,
cum pertinent in natura possibili-
tatis .

tatis, nō possunt cognosci propter intrinsecam veritatem ipsarum cum ipsis idētificatam; sed solum propter diuinam veritatē ipsis intrinsecam. Retorquo. Quāmuis non habeant actu entitatem potest ipsarum entitas terminare cognitionem: ergo quāmuis non habeant actu veritatem, poterit ipsarum veritas intentionaliter mouere, quia si. cut terminantes cognitionem nō habent circa illam influxum, qui desiderat actualitatem principij influentis, ita intentionaliter mouentes non habent circa cognitionem influxum physicū, qui desiderat actualitatem physicam motui physice influentis. Deinde respondeo. Creaturæ purè possibiles, neq; habent actu physicè entitatem, neque veritatem identificatam cum entitate; benè tamen actu intentionaliter obiectiuè: nam ipsa entitas, & prædicata intrinseca creaturæ purè possibilis obiectiuntur diuinæ menti, perfectissimaque cognitione repræsentantur, ea. que prædicata, que actu sunt obiectiuè in mente Dei clarissimè repræsentata posunt actu mouere intentionaliter diuinā mentem, vt dicat ea esse, quæ sunt, modo tendendi idētificante intentionaliter ipsa cum ipsis, vt explicui num. 3.

13. Ratio est. Nam vt dicebā disp. 3. num. 17. & sequentibus. Motuum purè intentionale nō

dat esse cognitioni per se ipsumi physicē, sed vt apparenſ. Quare non requiritur, quod actu sit; sed quod actu appareat. Vnde commoditas, qua actu non est in salute, quam actu non habes, apparet tamen, quod erit, si salutem acquiras, mouet te ad quarendam salutem; non tamen mouet quicquam physicē agens circa salutis inquisitionem; sed intentionaliter, quia ipsius esse intentionale, nemp̄ ipsam repræsentari, nō quidem, vt reflexè cognitum, sed per se ipsum, confert ad quarendam salutem. Similiter ergo dicimus, ipsa prædicata creaturæ purè possibilis, quæ actu physicē non sunt in se; sunt physicē obiectiuè in mente Dei, clarissimèque apparentia Deo, conferunt per sui apparentiam, præscindendo à cognitione quasi reflexa eius apparētia, vt Deus dicat de ipsis ea esse, quæ sunt.

14. Sed vrgbis primò. Quod non est non determinat intellectum diuinum ad assensum. At prædicata creaturæ purè possibilium non sunt: ergo non determinant intellectum Dei ad assensum. Maior, in qua est difficultas videtur certa, quia, quod in se non est, nihil exercet circa aliud: quippe aliquid exercere circa aliud, vel est ipsum esse rei; vel illud supponit. Retorquo. Commoditas sanitatis, quam non habes, nihil est. Quomodo ergo te mouet ad inquisitionem san-

sanitatis? Respondeo, quod physicè non est, neque physicè determinat intellectum Dei ad assensum, neque quidquam physicè per se ipsum præstat: bene tamen potest, quod physicè nō est in se, habere esse intentionale in actibus alterius, & per tale esse determinare ad aliquid: & hoc modo sanitatis commoditas, quæ non habet esse in se, habet tamen esse intentionale in intentione efficaci procurantis sanitatem, determinat per tale esse intentionale ad electionem medijs unice necessarij ad sanitatem. Sic prædicata creaturæ pure possibilis, quæ non habent esse physicum in se habent esse intentionale in mente Dei, cui clarissimè repræsentantur, & quia non possunt sic repræsentari, quin Deus dicat ea esse, quæ sunt ideo ratione sui esse intentionalis determinant ad tales assensum.

15. Contra urgebis secundò. Ergo determinantium diuinamentis ad assensum, quem præbet creaturis pure possibilibus, non sunt prædicata physica ipsarum; sed ipsarum repræsentatio existens in mente Dei: & consequenter non cognoscentur in se ipsis; sed in repræsentatione diuina. Prior consequentia probatur: quia non determinat per suum esse physicum, sed per intentionale, idque est indistinctum à diuina repræsentatione. Rector

quo. Ergo motuum ad inquirendam sanitatem, non est ipsius commoditas, sed intentio sanitatis: quia talis commoditas nō mouet per esse physicum, quod iam habeat; sed per esse intentionale indistinctum ab ea intentione. Distinguo primum consequens. Ut quo est verum; ut quod est falsum; & nego secundā consequentiam. Est dicere. Quod per modum obiecti determinat intentionaliter ad prædictum assensum, sunt ipsa prædicata physica creaturæ pure possibilis; nō iani physicè existentia in se; sed quæ existerent, si ponerentur extra causas. Ea enim prædicata sunt, quæ cognita stare non possunt, quin Deus dicat creaturam esse talia prædicata. Id autem quo talia prædicata constituitur, quasi per modum formæ, in statu proportionato ad determinandum ad assensum, est ipsa Dei repræsentatio clara talium prælatorum, præscindendo ab eo, quod sit cognita quasi reflexè. Vnde cognitio, de qua loquimur, est præcisè in creaturis, vt in obiecto motuo cognito; non autem sic in repræsentatione diuina; sed in hac, vt in constituente tale obiectum proportionatum ad determinandum intentionaliter. Simile inuenies in fine intento determinante ad inquisitionem medium, & in exemplis adhibitis disp. 3, num. 18. & 19.

15 Vrgebis tertio. Motiuū, vt Deus ab aeterno naturali, pror fuisse necessario assensu dicat, Petrum esse animal rationale nō implicans contradictionem, est hoc enuntiabile esse necessario verum. At hoc non stat in ipsis praedicatis contingentibus Petri; sed in praedicatis diuinis necessarijs, vt vidimus disp. 6. ergo motiuū eius assensus non sunt praedicata contingentia Petri; sed praedicata diuina necessaria. Confirmatur. Scientia nequit dari sine suo motiuo. At scientia naturalis, & necessaria potest dari absque illo, quod contingens est: alioqui non est nec necessaria; sed contingens: ergo motiuū illius non est contingens; sed necessarium. Cum igitur, iuxta nos sola praedicata diuina sint necessaria, illa sola erunt motiuū scientiae naturalis. Hoc, ni fallor, est omnium efficacissimum argumentum, quod potest contra nos fieri. Sed non conuincit, vt constabit attentè perpendenti solutionem, quam subijcio. Distinguuo maiorem. Motiuū, &c. est hoc enuntiabile esse necessario veram: si sumatur, quod hic importatur subiectiuē, id est, obiectum vere enuntiabile de Petro, concedo maiorem; si sumatur, quod hic importatur constitutiā, nego maiorem: distinguoque minorem. Hoc non stat, &c. si sumatur id, quod subiectiuē est necessario verum, nego min-

rem: si sumatur id, quo constituitur in ratione necessario veri, cōcedo minorem: & nego consequenjam.

16 Explicatur solutio, cuius expositionem desideras. In hac veritate necessaria: Petrus est animal rationale nō implicans. sumi potest, & id, quod est subiectiuē necessario verū per modum obiecti; & id, quo constituitur verum, per modum formæ, aut quasi formæ. Subiectiuē necessario verum per modum obiecti est obiectum verē enuntiabile de Petro enuntiatione, cul repugnat subesse falsum: quia vero ipsa praedicata contingentia Petri sunt vere enuntiabilia hoc actu. Petrus est animal rationale non implicans: & aliude, sumpta copula est in sensu identificante, de quo num. 3. repugnat tali actui subesse falsum; ideo praedicata ipsa contingentia Petri sunt illud, quod per modum obiecti est subiectiuē necessario verum respectiuē ad tam actum. Id autem, quo per modum formæ, vel quasi formæ hæc ipsa praedicata constituuntur sic necessario vera, est necessaria incapacitas, vt hæc extrema Petrus, & animal rationale vllatenus dissentiant, vi cuius necesse est, vt quidquid vni detur, aut negetur, detur, aut negetur alteri. Hinc enim formiter sumitur repugnantia, vt illi actui subsit fallitas: quia vero præ-

prædicta necessaria incapacitas; iuxta nos stat in prædicatis diuinis, ideo prædicata diuina sunt id, quo prædicata Petri cōstituuntur vera necessariò respectuè ad prædictum actum.

18 Iam verò cognitio illa diuina creaturae possibilis in ipsa creatura. * Petrus est prædicata nō implicantia * habet pro motiuo intentionalí ipsa prædicata Petri, quæ subiectuè per modū obiecti sunt necessario vera. Nā ipsa, vt clarissimè apparentia Deo, præscindēdo à quouis alio cognito tanquam motiuo aſſentiendi ipsis, determinant Deum ad illum actum, cuius contradictorius nequit esse verus. * Petrus est prædicata non implicantia. * Cæterū illa cognitio prout creature in ipsa creatura, non habet pro motiuo neque alia prædicata diuina, neque illa, quibus prædicata Petri constituuntur necessariò vera respectuè ad prædictum actum: quia cognitio creature, prout præcisè est cognitio creature in ipsa creatura, præcindit ab eo, quod prædicata diuina cognoscantur tanquam id, propter quod cognitum dicat Deus. * Petrus est prædicata non implicantia. * Ad confirmationem dicatur, scientiam dari non posse sine suo motiuo dato in statu mouendi; benè tamen sine suo motiuo dato in statu existendi physice. Sic complacentia, quæ pro motiuo ha-

bet bonitatem sibi nondum exercitam, datur sine bonitate finis physicè extante; non vero sine bonitate finis menti occurrente, cuius modi apparentia est status mouendi. Dicimus ergo, scientiam necessariam creature in ipsis creaturæ prædicatis, non posse dari non datis his prædicatis in clarissima repræsentatione Dei, in qua stat status mouendi, & quæ prorsus est necessaria; bene tamen dari potest, non existentibus eis prædicatis intrinsecè in se, cuiusmodi existentia contingens est. Quare tantum sequitur, scientiam necessariam dari non posse absque necessariò; non vero dari non posse absque contingentia. Et hæc satis de motiuo scientiæ naturalis Dei.

CAP. II.

Expediuntur quedam dubia circa modum cognoscendi veritates necessarias.

19 Certeum est, Deum intueri, vt absolutè existentia sua prædicata necessaria. Dubitatur primo. An etiam cognoscatur per notitiam conditionatam? Affirmat RR. quia Deus hæc, & similia cognoscit. * Si ego operor existo. Si sum prouidus, sapiens etiam; & potens sum. * Dico primò. Deus cognoscit notitia cōditionata complexu claudens existentiā necesse lafiam.

saria Dei. Patet in hac notitia
¶ Si Petrus existat, erit coexistē-
tia Dei cum Petro. ¶ Nam hæc
notitia non affiruat absolute
coexistentiam Dei cum Petro:
potest enim esse vera, non data
absolute tali coexistentia: ergo
solum affirmat illam condicio-
natè. At ea coexistentia est com-
plexum claudens existentiā ne-
cessariam Dei: ergo tale cōple-
xum cognoscitur à Deo notitia
conditionata. ¶ Dico secundò.
Sub conditione absolute, & ne-
cessariò existēt nō potest Deus
prædicata sua necessariacognos-
cere per notitiā, quæ sit præcisè
conditionata. Itaque Deus non
habet hunc, & similes cognos-
cendi modos. ¶ Si habeo intel-
lectum, habeo voluntatē. ¶ Ra-
tio est. Per notitiam præcisè cō-
ditionatam nō cognoscitur ob-
jectum, vt absolute existens. At
ea prædicata quauis notitia diui-
na cognoscuntur, vt absolute
existentiā: ergo nulla est condi-
tionata præcisè. Probatur mi-
nor. Qualibet cognitione diui-
na cognoscuntur quantum pe-
netrabilia sunt pro eo signo, quo
diuinæ menti obiciuntur. Pro
qualibet autem signo sunt pene-
trabilia, vt absolute existentia.
Nam adeo esentialiter existunt
absolute, vt in nullo signo sit in-
differentia, vt non existant. Pos-
set hoc vberius confirmari ex
disp. 5. cap. 3. sed res est nō mag-
ni momenti. ¶ Dico tertio. Per

notitiam, quæ sit præcisè eondi-
tionata, sub nullâ conditione
Deus cognoscit sua prædicata
necessaria secundum le sumpta.
Ratio est, quia ut patet ex nuper
dictis, qualibet notitia, quæ ter-
minatur ad prædicata necessaria
Dei secundum se sumpta, termi-
natur ad illa, vt absolute existen-
tia, & consequenter non est no-
titia conditionata præcisè.

20 Opponis primo verissima
hæc sunt. ¶ Si creatura existit,
Deus existit. Si Deus habet intel-
lectum, habet voluntatem. ¶ er-
go cognoscuntur à Deo. Fateor,
icd per scientiam absolutissimā.
Hinc, priorem veritatem ita cog-
noscit: Existo, & cum creatura
coexistam, si hec existat. Vbi suā
existentiā absolutè suam coe-
xistentiam cum creatura condi-
tionatè cognoscit. Posteriorem
veritatem cognoscit, inspectis
intellectu, & voluntate, vt idē-
titate coniunctis, & absolute
existentibus. Iam Deum has ve-
ritates attingere; non verò per
notitiam conditionatam, non
arguit, Deum ignorare illas; sed
cognoscere per plenissimam pe-
netrationem ipsarum. Hinc licet
Deus, sub quauis conditione da-
ta cognoscat quidquid sub illa
existit, ipseque existat sub quauis
conditione; non inde fit, Deum
sub quauis conditione cognos-
cere suā existentiā modo cog-
noscendi conditionato. Dicim⁹
ergo, cognoscere illā sub quauis
con-

cōditione, modo tamē cognoscendi absoluto: quia modus cōditionatus argueret imperfectā sux existentiæ penetrationem ex num. 19.

21 Opponis secundū. Nam, vt infra cōstat, obiecti continens, iam existens absoluta cognoscitur à Deo duplici notiæ; absoluta, & conditionata: ergo poterit Deus vtrāque scientiam habere circa suā existentiā necessariam: quia solū obesse poterat, eam existentiā absolutè exerceri. Confirmatur primò. Nam de quo quis obiecto cōtingente, etiā iam existente, iudicat Deus per scientiā absolutā existere; & per cōditionatā existere sine contradictione, si existat: ergo circa se ipsum poterit vtrouis modo iudicium ferre. Secūdò. Potest Deus exterius affirmare se esse possibilem, præcindēdo ab eo, quod iam sit existens: ergo & interius iudicare. ¶ Ad argumentū negatur consequentia. Discriben est patens. Nam obiectū cōtingens, vt infra videbimus, habet pro aliquo signo existentiā conditio natam cum indifferentia, vt habeat, & non habeat absolutam. Quid mirum ergo pro tunc cognosci, vt conditionatè existens; nō vt existens absolutè? At Deus pro quolibet signo se cognoscet, est abiolutè existens citra omnē indifferentiā ad oppositū. Tum, quia in necessarijs posse existere est necessarij coniunctum cum

absolutè existere. Tum, quia nullum cognoscens se exercet cognoscendo quin ipsum cognoscens existat. Tum quia ita ipsa veritas, si Deus existet, existet, quam dari pro illo agno fateris nihil aliud re ipsa est, quār ipsum esse Dei. ¶ Ad primā confirmationem negata consequentia, patet discrimen ex proximè existis. Ad secundam respōdeant aduersarij, quia iuxta ipsos nequit Deus se exprimere secundū unum prædicatum, & non secundū omnia; potestque exterius immensitatē reuelari; non reuelata certitate. Negatur ergo consequentia. Potest enim Deus citra suā perfectionis iniuriam verbis vti, quæ non sufficiant ex se nobis ingerere notiā expri mentem Deum, vt abiolutè existenter; sed præcisè, vt possibilem. At nequit citra iniuriā infinita luā intellectualitatis cognoscere se, vt possibilē; & non, vt existenter: hoc enim eset male penetrare possibilitatem entis summi è necessarij.

22 Opponis tertīo. Hæ duas veritates. Si detur Petro auxilium A. respondebit. Petrus respondet auxilio A. ita se habent vt prior sit cognoscibilis à Deo sine posteriori: ergo similiter istæ duæ. Si Deus existat, existit. Deus existit. ¶ Sicut enim in casu antecedentis prior veritas est independens à posteriori; ita in casu consequentis.

Nam.

Nam si per impossibile Deus nō existeret, verum esset, existere, si esset; cum tamen, si hoc non esset verum, neque verum esset Deus in absolute existere. Reipōdeo, eas illas veritates esse reales insep̄cibiles, vnamque, & unidem: quælibet enim nihil et aliud quam eadem entitas necessaria Dei. Ad probationem in contrarium respondeo, in hypothesi ficta de non existentia Dei, terire omne necessarium simpliciter, quia nihil præ Deum est simpliciter necessarium, & consequenter perit hæc eritas, quæ est quid simpliciter necessarium. Si Deus existat, existit.

23 Dubitat secundò. Num Deus sciat per notitiam conditionariam veritates conditionales necessarias, vbi prorsus idem sunt cōditio, & conditionatū, vt in hac? Si existat homo, existet animal rationale? Dico primò. Per scientiam absolutam cogit noscit Deus id, quod hominem constituit necessariæ simpliciter veritas in ordine ad illum actum. Si existat homo existet animal rationale. Patet. Quia ex nostris principijs cerebro inculcatis, prædicata diuina necessaria sunt id, quod constituit hominem necessariæ veritatis simpliciter in ordine ad prædictum actum. Eiusmodi autem prædicata Dei non est dubium cognosci à Deo per scientiam absolutam. ¶ Di-

co secundò. Ea scientia non est absoluta visio, vt comparatur ad hominem, & animal rationale. Quia talis scientia indifferens est, vt homo, & animal rationale existant; & non existant. Visio autem moluta non est indifferens ad existentiam, & non existentiam obiecti, cuius est aboluta visio. ¶ Dico tertio. Ea scientia Dei, etiam vt comparatur ad hominem, & animal rationale non est formaliter conditionata. Quia modus tendendi conditionatus formaliter comparat conditionem cum conditionato representando hæc instar distinctorum. Deus autem extrema identificata, vt sunt homo, & animal rationale non representat instar distinctorum. Omnis enim delusionis umbra procul est à mente Dei. Demù. Ea scientia diuina, quæ subtilis verbis; Si existat homo existit animal rationale, nihil aliud præstat, quam horum, & animal rationale intentionaliter identificare simplicissimo intuitu, qui est virtualiter sicut iudicium nostrum conditionatum quatenus utriusque verificatiū est idem; & neque nostrum iudicium conditionatum, neque simplices intelligentia diuina circa hominem, vident, aut indicant hominem, vt absolutè existentem. Mitto alia, quæ facile quisque dirimet ex haecenüs disputatis,

DIS.

DISPUT. X.

Explicatur futuritio rerum.

POst expositam scientiam naturalem circa ea, quæ vel necessario existunt, vel necessario possibilia sunt, accedimus iam ad scientiam futurorum contingentium, vbi etiam prætentia, & præterita contingentia complectimur. Ordinatur autem ab expositione futuritionis, quia plurimum conducet ad intelligentiam sequentium. Sed quia solum est animus eam tradere, quæ ad hanc finem necessaria sunt, dabimus nostrum sensum sine aliarium opinionum strepitu.

CAPUT I.

Nostra sententia circa futuritatem absolutam.

NON est sermo de futuritione impropria, restrita, & secundum quid: qua ratione, si nunc proponas agere postea pœnitentiā dicitur pœnitentia futura secundum quid. & cum hoc addito: *Ex vi presentis propositi*. Huius futuritionis meminit Arist. lib. 2. de generatione cap. 11. text. 64. dicens: *Nam, de quo unum est dicere quia erit, potest esse quandoque verum quia est, de quo vero nunc verum est dicere,*

quia futurum est hoc non fore nihil vetat, nam tametsi futurum est, ut quispiam ambulet, tamen fieri potest, vt non ambulet. Caiet. 1. 2. q. 40. art. 3. corp. sic explicat. Hęc enim propositio & Pluua erit & significat pluiam in se ipsa ponendam esse in esse. Hac vero & Pluua futura est & non significat abso-lutę, & sine addito, pluiam esse ponendā postea; sed causas pluiae bene nunc dispositas, & preparatas esse: quia vero cū hoc stare potest, vt a causa potentiori superueniente impedian tur, componi cum hac futuritione potest; quod postea, quod dicebatur futurum, non ponatur. Ideoque S. Th. q. 2. de verit. art. 12 ad 9. ait. *No est inconveniens, quod ponatur quod Deus scit aliquid futurum esse quod non erit in quantum scilicet scit aliquas causas ad aliquid effectum inclinas, qui non producitur.* Vide ipsum 1. periherm. cap. 8. leq. 13 & 1. p. q. 16. art. 7. ad 3.

2 Hanc futuritionem nō esse propriam; sed abusivam, & secundum quid patet primo ex Aug. lib. 1. de anima cap. 12. vbi ait: *Ipsa exiavit omni pœnitentia, si quod prescitur non erit; quod modo enim recte dicitur presciri futurum, quod non est futurum?* Vbi videtis, vt futurum dicatur recte futurum, opus esse, vt postea existat. Secundo ex eodem Aug. lib. 36. contra Faust. cap 4 ibi: *Tam non possunt futura non fieri, quam non esse facta præterita.* Ecce iux-

ta

ta Aug. de ratione futuri, propriè accepti, est aliquando fieri. Tertio clarissime ex Fulgentio lib. de veritate predestinationis cap. 9. illis verbis: *Non congruit veritati, ut in præscientia Dei dicatur esse futurum aliquid, quod in tantum nihil esse conuincitur, ut ex futuro præsens nullatenus fore, vel fuisse monstretur.* Cum utique ipsum futuri nullatenus possit habere vocabulum, quod præsentis appellatione non sit quandoque censendum. Hæc sunt omni cōmentatione clariora: quæ sufficiunt pro instituto, in quo nullus, ut arbitror, nimis contendit. Sicut enī nullus dixerit, propriè, & sine addito disminuēte loquēs, præteriū esse futurum Petri, quod reuera non comiūt; præsentia tamē extant inditia, quod commisit. Neque propriè dixeris, siue hominē de præsenti cōsentire turpi suggestioni, cum reuera non contentiat; sed præcisè existat aliqua signa, quæ cōsensum indicant. Neque propriè dixeris, ignē illū de præsenti cōburere, qui naturalē habet connexionē cum præsenti cōbūtione, cui tamē ignī denegat Deus concussum ad comburendum; ita ex eo præcisè, quod causa benē dispositæ nunc sint, ut postea sequatur effectus; qui tamen posse non sequitur, impropriè dixeris esse futurum.

3 Prætens ergo difficultas est de illa forma, vel quasi forma,

per quā res constituitur propriè futura, nimirū cōstituitur, quod reuera in ē ipsā postea erit. Assero primo. Res constituitur entitatē futura in rerū natura huic prælenti instanti A, v. g. præcisè pér nō existētiā rei in eo instanti, dato eo instanti; & per existētiā eiusdē rei in instanti sequenti, præscendendo ab eo, quod in instanti A detur aliquid præsens constituens formaliter ipsam in ratione futuræ. Hanc conclusiōnē amplectuntur re ipsa, tametsi nonnulla diuersitate vocum expressam, fere omnes nostri autores antiquiores, & nouiores, quāuis isti clarius. P. Herice 1.p. disp. 6. cap. 6. P. Fasol. 1.p. q. 14 art. 13. n. 66. P. Rainaud. in disciplina morali dist. 2. à n. 342. P. Hurt. disp. 9. de Anima lect. 6. subl. 1. P. Bartho. Antico in logica tract. 21. disp. 4. dubit 4. initio. Franciscus de Lugo lib. 1. de Deo uno, disp. 29. cap. 2. num. 14. quibus ferè omnes nostri Recentiores subscriptibunt. Reclamant tamen Thomistæ, maximē iuniores: qui censem, futuritionē rei simpliciter, & absolute talent consistere in decreto Dei efficaciter statuentis, rem non existere in hoc instati (cui futura dicitur) & existere tempore posteriori.

4 Probatur assertio. Nam eo præcisè, seclusis vocibus, res est formaliter entitatē futura in rerum natura huic instanti præsenti A. quo formaliter est in rerum

rum natura posterior in existēdo respectiū ad instans A. At sic posterior est formaliter, inclusis præcisè, quæ diximus: ergo, & futura. Maior est certa, nisi contentiouse velis abuti terminis. Minor etiā patet. Nam formaliter loquēdo, nihil est aliud in rerum natura Anti-Christū esse posteriorē respectiū ad hoc tempus, quā nunc nō existere; & existere post. Hec mihi sunt manifesta ex primis apprehensionibus. Cōfirmātur tamē Petrū esse simultaneū respectiū ad hoc instans cōsistit formaliter in existētia Petri prout durāte nunc: eaque simultaneitas, ut sic loquar, nō cōsistit formaliter; sed purē radicaliter in decreto de Petri existentia prout durāte nunc. Itē Adamū esse præteritū, & anteriorē respectiū ad hoc instās cōsistit formaliter in nō existētia Adami nūc; & in existētia Adami, prout durāte ante: eaq; præteritio, & anterioritas, nō formaliter; sed purē radicaliter stat indecreto efficaci circa talia obiecta: ergo pariter, Petrū esse posteriorē, & futurū, respectiū ad hoc instās cōsistit formaliter in nō existētia Petri pro hoc instāti; & in existētia Petri, prout durāte post: eaq; posterioritas, & futuritio, nō formaliter; sed purē radicaliter stabit in decreto efficaci circa talia obiecta.

^s Nouiores Thomistæ respōdēt, esse disparitatē: quia res præterita, iam iā se ipsā determina-

ta, & existēs aliquādo fuit, ideoq; immediate, & formaliter per se ipsi existētia antecedētē potest cōstituere rationē præteriti. At existētia rei purē future, neq; est; neq; vñquā fuit, & cōsequenter per se ipsā immediatē, & formaliter nequit cōstituere rationē futuri: quapropter hæc ratio cōstituēda est per formā aliquā extinsecā, quæ nō est aliud, quā decretū efficax a signatū n.3. Non satisfaciunt. Nā, quæ paria sunt in eo, quod nō habeat esse de præsenti paria manifestē sunt in eo, quod per se ipsā nihil præstent de præsenti. Quomodo enim quid. quā de præsenti præstabūt per se ipsā, quæ nō habet de præsenti se ipsā? At existētia Adami, quæ nō est; sed fuit; & existētia Anti-Christi, quæ nō est; sed erit, pares in eo sunt, quod nō habeat esse de præsenti: ergo, & in eo quod nihil de præseoti prætēt per se ipsā. Tunc uic: ergo existētia præterita Adami, ita cōstituit præteritionē; vt ea existētia nihil nunc per se ipsam præstet, ideoque nō est opus esse nunc; sed fuisse ante. Similiter ergo dici poterit existētia futuram Anti-Christi, ita cōstituere futuritionē, vt nihil nunc per se ipsam præstet; ideoq; nō esse opus esse nunc; sed fore postea. Quod si hoc nō sufficiat, quia nunc cītanti Christ⁹ futurus, proindeq; præsens debet esse forma futuritio- nis, certē, cum etiā nunc Adam⁹ sit præteritus, præsens debet esse

forma præteritionis. Veligitur utrumque negetur, vel utrumque affirmetur. Ego sānē percipere non valeo discrimen. Hæc amplius prementur inter argumenta soluenda.

6. Ad hæc, formam futuritionis non esse decretū efficax Dei, probatur. Nam peccata, quæ erunt, sunt futura secundū formam malitia in iporum. At Deus nullum habet decretum efficax circa malitiam formalē peccati: ergo futuritio formalis malitiae nō cōsistit in decreto efficaci: & ideo simili ratione poterit explicari futuritio formalis aliarū rerū non constituta per decretū efficax Dei. Si dicas, futuritionē malitiae formalis cōsistere in decreto efficaci circa entitatē materialem peccati: vel in alio simili antecedente existentiā peccati: cōtra est. Nam vel tale decretum connexum est ab intrinseco infallibiliter. cū malitia formalis peccati: vel non? Si hoc vltimū: nō est propria futuritio malitiae: quippe propria futuritio malitiae connectitur ab intrinseco cum malitia, vt suo tempore exercita. Si primum: tale decretū cōtendimus est ē Deo indignū: eoque Deum se determinare pro sua libertate ad hoc, vt existat malitia formalis, ut multis argumentis probare cōabamur tract. de præf. disp. 8. & 11. vbi vidimus, quām male tractent præstantissimi Thomistæ prædefinitione.

Dei ad peccatum, etiam pro materiali, quorum censuras approbare non licet.

7. Pro pleniori rei intelligētia; priusquā obiectiones diluā. Noto primò. Aliud est tempus, in quo est futuritio rei; aliud cui res est futura, vel posterior. Primum est partim tempus, in quo res non est; & partim tempus, in quo res præsentialiter existit. Secundū est tempus antecedens ad illud, cui res præsentialiter adest. Sic aliud est tempus in quo est hæc successio. *Crastina, & perēdina duratio idq; tempus partim est tempus crastinum; partim perēdinum. Aliud vero tempus, cui succedit hoc binarium durationū, idqae tempus est dies hodiernus. Noto secundò. Si carētia rei pro die hodierno, v. g. carentia peccati Antichristi pro nūc, stet in aliquo decreto Dei semper existēte exclusio talis peccati ab hodierna die, vt mihi verius apparuit pro plurib; casibus in metaph. verisimilē erit futuritionē peccati existere adæquate in tempore, cui præsentialiter adest peccatum. Tamen ea futuritione tempus antecedens ad peccatum erit, quod denominabitur tempus cui, tale peccatum futurū est. Similiter ratiocinari debet, qui ponūt futuritionē in ēterno decreto Dei. Noto tertio. Temp⁹ fiat, vt in physicis explicitum, in serie durationū realium ex essentia sua sibi succedētiū, que pro libito Dei incepit existere.

sterē à duratione B. v. g. cui Deus præmittere potuit; sed non præposuit durationem A. Hoc posito, contingere potest, vt Petrus non existat in duratione A. quippe quæ nunquā existit; existat tamen in duratione B. quæ non posset non esse polterior duratione A. si hæc existeret. Ybi dicendum est, Petrum quantum est ex parte suæ durationis futurum, & posteriorem esse respectu durationis A. Nam ad hanc posterioritatē præcisè dœst durationem A. existere in rebus iuxta suam naturam; non tamen est absolute ex omni parte futurus durationi A. quia cum hæc nunquam existat, nihil est simpliciter futurum, & posterius ipius.

8. Obijcies primò. Futuritio non est intrinseca rei futuræ: ergo non includit existentiam rei futuræ pro tempore posteriori. Nam hæc existentia est intrinseca rei futuræ. Antecedens probatur. Futuritio est ante esse rei futuræ. At nihil intrinsecum rei datur ante esse rei: ergo futuritio non est intrinseca rei futuræ. Sic arguunt nouiores Thomistæ. Sed in primis retorquetur argumentum in præteritione, quæ iuxta ipsos includit existentiam antecedentem rei, huic intrinsecam: & sicut futuritio rei est ante esse rei; ita præteritio est post esse rei; & sicut nihil datur rei intrinsecū ante esse rei; ita neq; post esse rei.

Resp. Futuritio rei, v. g. Anti-Christi, est partim extrinseca Anti-Christo; & partim intrinseca. Primū, quia includit Anti-Christum non esse nunc, quod est ipsi extrinsecum. Secundū, quia includit Anti-Christum esse postea, quod est ipsi intrinsecū. Prohibitionē contendentē futuritionem esse adæquatè extrinsecam rei futuræ, dicatur; aliud esse temporis, cui res futura dicitur, esse ante rem futurā; & hoc est verū; aliud autem totā futuritionem entitatiū rei esse ante rem, quæ dicitur futura, & hoc est falsum, quia rei existentia pro tempore posteriori, quæ clauditur in entitatiū futuritione, nequaquam est ante rei esse. Sed contra.

9. Obijcies secundò. Pro hoc tempore antecedente existentiā Anti-Christi verificatur Anti-Christū esse futurum: modo nāque vera est propositio assertens, Anti-Christū esse futurum: ergo nunc, quādo nihil est Anti-Christi est illius futuritio, quæ proinde ipsi erit adæquate extrinseca. Probatur consequentia. Nequit nunc verificari Anti-Christū esse cognitū, amatū, & absentē, nisi modo sit præsens cognitio, amor, & absentia Anti-Christi: ergo nequit nunc verificari Anti-Christū esse futurū, nisi modo sit præsens Anti-Christi futuritio. Confirmatur. Futuritio Anti-Christi nō est purè possibilis: alioqui, non esset Anti-Christus futurus; sed præ-

cisè possibile esset futurum esse, quod omnibus creaturis possibilibus commune est. Secundò, futuritio Anti-Christi nō est præterita. Nam alioqui Anti-Christus non esset futurus; sed actu præsens, vel præteritus: illud enim, caius futuritio iam præterit, definit esse futurum, & incipit esse præsens. Tertiò, futuritio Anti-Christi non est futura: si enim futura esset, sicut ipse Anti-Christus futurus est, certe adueniente Anti-Christo inciperet, sicut tunc incipit ipse Anti-Christus: Hoc autem est omnino falsum; cum potius adueniente Anti-Christo incipiat eius præsentia, definatque futuritio: ergo futuritio Anti-Christi est nunc præsens. Nam quod est non repugnans, & neque est purè possibile, neque præteritum, neque futurū præsens est.

10 Confirmatur secundo. Futuritio rei nō est aliquid cōficiū, sed reale: ergo potens aliquando existere de præsenti. At nequit existere quando res est præsens: quia tunc nō datur futuritio; sed præsentia rei. Neque potest existere quādo res est transacta, quia tunc datur præteritio; non verò futuritio rei: ergo talis futuritio de præsenti est pro temporibus anterioribus ad esse rei futuræ. Tertiò. Futuritio nō est sola carentia rei; sed cum ordine prioritatis ad existentiam, nam rem esse futuram dicit, prius nō esse; & postea esse. Sed hic prioritatis

ordo præsens est: nam de præsenti datur carentia Anti-Christi præcedere ad existentiam ipsius: ergo futuritio præsens est. Quartò vrgetur ex D. Th. q. 10. de verit. art. 10. ad 2. Præscientia Dei secundū hoc propriè præscientiae nomine habet, quod euentum respicit, qui futurus est. Ordo autem ad euentum est in præsenti. Vnde de eo magis est scientia, quam præscientia. At futuritio stat in hoc ordine: ergo præsens est. Ultimo ex eodem D. Th. 1. p. q. 16. art. 7. ad 3. Id quod nunc est ex eofuturum fuit antequam esset, quia in causa sua erat, ut fieret. Vnde sublata causa non esset futurum illud fieri. Ergo futuritio rei præsens est antequā res existat, quia consistit in præsenti præparatione, ac decreto primæ causæ decernentis eam rem existere postea. Quibus argumentis satis apparentibus confirmant RR. Thomistæ opinionem, quam sequuntur, doctissimi inique nouiores ex nostris, quā deterunt de futuritione rerum æternæ, quam ex professo tueruntur Abulensis in cap. 11. Iosue q. 61.

11 Sed ante respōsionē noto, quæstionem hic esse, non defuturitione secundū quid; sed simpliciter: non de radicali; sed de formalī; non de intentionalī rei in esse verā, de qua seq. cap. sed de entitatiua, & physica in esse entis. Hoc posito. Respondeo. In hoc tempore antecedēte existentiam Anti-Christi verificatur

stur in uno sensu Anti-Christum esse futurum; & in alio sensu non verificatur. Non verificatur in sensu affirmante dari nunc totam futuritionem Anti-Christi, cuius futuritionis una pars est existere postea Anti-Christum, quod nunc non datur. Verifica- tur tamen nunc Anti-Christum esse futurum in sensu dicente, nunc illum non esse; bene ta- men postea. Nam ad hoc veri- ficandum non est opus dari nunc totam futuritionem; sed par- tem nunc dari; & aliam partem dari postea; hoc enim est, quod ea propositione significatur. Quando autem dicimus Anti-Christum esse nunc cognitum, amatum, &c. significamus esse nunc praetentes cognitionem, & amorem Anti-Christi, proinde- que, nequeunt esse verè tales e- nuntiationes citra præsentiam actuum.

12 Ad primam confirmationem respondeo: futuritionē An- ti-Christi, ut potè consistentem in ipsis non existentia nunc, & existentia postea, partim esse præ- sentem nunc, quia nunc præsens est non existere Anti-Christum nunc; & partim esse futuram po- stea, quia futurum est, & non præ- sens existere Anti-Christum po- stea. Vnde in aliquo sensu ve- rum; & in alio sensu falsum est, adueniente existentia rei, desi- nere futuritionem; & incipere præsentiam rei. Falsum est, si sen-

sus sit, nihil tunc dari futuritio- nis rei. Verum est, si sensus sit, non iam esse præsens; sed desisit tempus illud, cui res futura, & posterior dicitur; solumque es- se tempus illud, cui res dicitur præsens, & simultanea. Ad se- cundam confirmationem. Fu- turitio rei non est quid fictum; sed reale potens aliquando exi- stere. At tempus, in quo potest existere, neque est adæquatè tempus, cui res est præsens, ne- que, cui præterita, neque, cui futura est; sed partim tempus, cui futura; & partim tempus, cui præsens est. Quia futuritio est non esse rei in tempore, cui futura est; & esse rei tempo- re sequente. Primum datur in tempore, cui res futura est. Se- cundum in tempore, cui præ- sens est. Sic binarium ex dura- tione hodierna, & crastina non est quid fictum; nequit tamen existere adæquatè siue hodie, siue cras, siue alio tempo- re; sed partim hodie, partim cras.

13 Ad tertiam. Futuritio rei non est præcisè non existentia rei nunc. Nam alioqui res om- nes non existentes nunc, fo- rent postea (quod est falsissi- mum) fateor ergo futuritionem rei esse non existentiam nunc cum ordine prioritatis ad existentiam, quæ postea exer- cetur. Nego tamen eam præ- cedentiam nunc adæquatè dari:

consilit enim in eo quod nunc detur carentia rei; & postea exerceatur esse rei. quorum prius nunc datur; posterius autem postea. Ad quartam, obseruandum est ante repositionem, quandoque contingere ante existentiam rei futuræ, causas esse paratas, ordinatas, ac determinatas, ut res futura, postea succedat. Sic ab aeterno Deo determinata fuit ad hoc, ut soloriretur hodie. In quo casu licet euentus, ad quem causæ ordinatur futurus sit; praesens tamen est ordinatio causarum ad talem euentum. Dicitur ergo D. Thomam optimè dixisse cognitionem diuinam talis ordinationis, causarum, non esse respectuè ad talem ordinationem prescientiam obiecti futuri; sed scientiam obiecti presentis. Cum hoc tamen recte cohæret, formalem, & physicam futuritionem rei non consistere in predicta ordinatione causæ; quamvis futurito radicalis in eadem ordinatione sit: sicut in causa, ut determinata ad hoc, ut effectus existat nunc; stat præsentia radicalis eius effectus; non vero formalis.

14. Ad quintam notetur, argumentum, cui D. Thomas occurrerit, probare contendebat, veritatem aliquam creatam ab aeterno dari, scilicet ex eo quod ab aeterno fuit verum, futuram esse creaturam, & creaturæ futurito creata est. Cui argumen-

to. Respondebat optimè D. Thomas: Si aliqua futurito creaturæ ab aeterno est, eam consistere in præparatione, ac determinacione aeterna primæ causæ ad hoc, ut creatura postea existat. Ceterum cum D. Thomas non assertat in ea præparatione consistere futuritionem formalem, ut distinctam à radicali, nihil contrarios, qui non negamus futuritionem radicalem consistere in hac præparatione, quando hæc datur; sed tantum dicimus futuritionem formalem includere rei existentiam in suo tempore: cumque talis futurito non detur ab aeterno, nihil probat argumentum, quod soluit D. Thomas. Nam futurito radicalis, quæ ab aeterno datur non est creata; futuritioneque formalis, quæ creata est, prout importat rei existentiam in suo tempore, non datur ab aeterno.

CAP. II.

Posterior pars nostræ sententie circa futuritionem absolutam.

15. Ante secundam conclusionem præmitto (ut terminoruī claritate nostra sententia pateat) duplēcēm à nobis futuritionem distingui. Vocamus aliam futuritionem rei in esse entis; & aliam in esse veri. Prima est, quam exposuimus. Secunda est, formaliter loquendo,

do veritas actus afferentis pri-
rem illam futuritionem; vel fun-
damentum certum ad iudican-
dum iudicio vero, priusnam illam
futuritionem dari in rebus. Sicut
enim ens est verum, quatenus,
vel iudicatur iudicio vero, vel
præbet fundamentum certum,
vt sibi iudicetur (non curo an etiā
aliter ens dicatur verum) ita ens
habet futuritionem in ratione
veri, quatenus, vel iudicatur ve-
rē, dari in rebus ipsius futuritionē
entitatiū, vel datur funda-
mentum certum, vt prædicta
futuritio iudicetur verē. ¶ Asse-
rimus ergo secundō, res creatas
constitui futuras in ratione veri,
formaliter per veritatem actus
enuntiantis ipsarum futuritionē
entitatiū; fundamentaliter autem
per quodlibet infallibiliter
connexum cum ea futuritione
entitatiū. Prior pars patet; quia
sicut rem esse entitatiū futurā
est dari futuritionem entitatiū
ex parte rei; ita rem esse verifi-
cationē futuram est dari veritatem
ex parte actus dicentis rem esse
futuram: ergo sicut res constitui-
tur formaliter entitatiū futura
per futuritionem entitatiū;
ita constituitur formaliter veri-
ficationē futura per veritatem
prædicti actus.

16. Secunda pars probatur.
Quia res constituitur futura fun-
damentaliter in ratione veri per
fundamentum certum ad iudi-
candum iudicio vero futuritio-

nem entitatiū; sed quodlibet
infallibiliter connexum cum fu-
turitione entitatiū est prædictū
fundamentum, vt constat: ergo
est constitutiū futuritionis fun-
damentalis rei in ratione veræ.
Vnde fit primò, omnia hæc, &
plura alia, constituere fundamē-
taliter futurum in ratione veri
actum bonum cras futurū. Pri-
mò, quodlibet essentialiter con-
nexum cum non existentia ho-
dierna talis actus coniunctū cum
scientia Dei vidētis existentiam
crastinam eius actus. Secundo
coniunctum cum decreto effi-
caci Dei decernentis talēm actū
existere cras. Tertiò coniunctū
cum notitia essentialiter verā,
quæ cras incipiat, & afférat talē
actum existere cras. Quartò co-
niunctum cum notitia essentiali-
ter verā idem afferente, & inci-
piente perendie. Ratio est, quia
hæc omnia, & innumera alia,
quæ facile occurrit sunt infalli-
biliter connexa cum futuritione
entitatiū, ratione cuius talis a-
ctus constituitur futurus respecti-
vè ad diem hodiernū. Diximus
autem futuritionem fundamen-
talem in ratione veri consistere
in quolibet, quod sit ita conne-
xum. ¶ Fit secundò, quod rem
constituit tempori signato fun-
damentaliter futuram, & poste-
riorem in ratione veri, esse ali-
quando præsens tali tempori, ali-
quando incipiens tempore, cui
res præsens adest, aliquando ad-

ueniens re transfacta , aliquando semper existens . Quia , vt constat , ex nuper dictis dantur infallibiliter connexa praedictarum omnium conditio num cum futuritione entitati ua rei .

17 - **Affero** tertio . In futuritione entitatiua rei comparatio ne talis , vel talis temporis determinati , cui res est futura , non includitur essentialiter aliquid praesens tali tempori , quod sit fundamentum certum eius futuritionis , tamen propter diuinam perfectionem praesens ei tempori est tale fundamentum . Prima pars patet , ex assertione prima . Posterior probatur . **Quia** eo ipso , quod huic tempori futura est res , quæ cras adueniet , habet Deus ab æterno propter suam perfectionem , tum scientiam infallibilem , quod talis res hunc non est , tum simul scientiam infallibilem , quod talis res postea est . At tales scientiae connectuntur essentialiter cum futuritione entitatiua talis rei , ipsæque scientiae semper sunt presentes propter sui æternitatem , proinquit sunt presentes huic tempori , cui talis res est futura : & aliunde propter connexionem infallibilem cum praedicta futuritione entitatiua sunt certissima fundamenta ad verè iudicandum tam futuritionem exerceri in rebus : ergo ratione perfectionis diuinæ temporis huic ,

cui res est futura , praesens adeat tale fundamentum , siue futuratio fundamentalis rei in ratione veræ .

18 Eadem ratione constat propter diuinam perfectionem adesse praesentem eidem tempori futuritionem formalem rei in ratione veræ . **Quia** huic tempori , cui futura sunt res aduenientes cras , praesens adeat notitia diuina essentialiter vera , dicens eas res non existere modo , & existere cras , id est , dicens futuritionem entitatiuam talium rerum . At futuratio formalis rei in esse veræ consistit in veritate actus dicentis futuritionem formalē rei in esse entis ; ergo propter perfectionem diuinam praesens est dici hodierno futurio formalis rei crastinæ in esse vere . Quo fit hanc propositionem modo prolatam , *Anti-Christus est futurus* , duplē sensu posse subire : directum alium circa futuritionem entitatiuam ; & alium quasi reflexum circa futuritionem in esse veri . In primo sensu ait , non existentiam Anti-Christi hodie , & existentiam postea . Unde totum obiectum directum illius non est praesens , sed partim praesens , & partim futurum . In secundo sensu ait , dari veritatem actus , velfundamentum ad veritatem actus dicentis futuritionem entitatiuam , & iuxta hunc sensum , obiectum illius praesens est . **Quod** animadver-

uertere oportet ad æquiuocatiōnes reſecandas.

CAP VT. III.

In quo cōſiſtat futuritio condiſionata.

19. **Q** Via doctrina conditiōnatae futuritionis affi-nis est doctrinæ traditæ, circa futuritionem absolutam, operæ pre-tium erit eam breuiter hic inſerere. Verissimum est, & à Chriſto Domino reuelatum Matth. ii. 21. quod Tyrij, & Sidonij po-nitentiam egisſent, si vidiffent miracula Christi. Ponamus ergo, ſicut hoc præteritum condiſionatū enuntiabile eſt enan-tiatione vera, ſic enuntiabile eſſe futurum iſtud condiſionatum. *Si Petrus, vocetur auxilio & consentiet.* Difficultas eſt, in quo cōſiſtat prædictum conſensum, v.g. futurum eſſe condiſionatē? Hoc ſanè diſi-ſendum eſt conſequētē ad diſta circa futuritionem absolutam. Pro maiori tamen intelligentia. Dico primō. Futuritio condiſionata entitatiua indiſtincta eſt ab abſoluta futuritione entitatiua: Ratio eſt. *Quia, futuritio condiſionata entitatiua eſt ob-iectum, quod modo enuntian-di cōditionato aſſeritur hac pro-positiōne: Si Petrus poſtea vo-ce-tur, poſtea consentiet, ſed hac pro-positiōne directē aſſeritur non-*

existere nunc conſensum ex tali vocatione, & exiſtere poſtea, li-cet hoc aſſeratur cum hac reſtri-ctione, ſi vocetur, & in eo obie-cto diximus ſitam eſiē futuritionem abſolutam entitatiuā: ergo futuritio cōditionata entitatiua indiſtincta eſt à futuritione abſoluta entitatiua. ¶ Conſirma-tur. In hoc enuntiabili: *Petrus legit, vel Iohannes audit, exiſten-tia diſiunctiua entitatiua, & phy-sica lectionis, & auditiōnis nihil eſt aliud, quam ipſe entitatis de-terminatæ lectionis, & auditiōnis modo enuntiandi diſiuncti-uo direcṭe affirmatæ: ergo in hoc enuntiabili: Si Petrus vo-ce-tur, conſentiet, futuritio cōditionata, entitatiua, & phyſica con-ſensus non erit aliud, quā futuri-tio abſoluta cōſensus ex tali vo-catione modo enuntiandi con-diſionato direcṭe affirmatæ.*

20. Opponis: hæc propositio, *Si Petrus vocetur, conſentiet, vera eſt, vt concedimus. Sed eſlet falſa, ſi haberet pro obiecto, futuri-tionē abſolutam conſensus ex tali vocatione, quia talis con-ſensus abſolutē non erit, vt po-nimus; ed eſlet, ſi daretur vo-ca-tio: ergo non habet pro obiecto futuri-tionē abſolutam cōſensus ex tali vocatione.* Respondeo. Non habet pro obiecto tālē fu-turi-tionē abſolutā modo abſolu-to affirmatā; bene tamen affir-matā modo cōditionato; qua-propter propositio eſt vera, quia

veritas propositionis conditionatae de futuritione absoluta non petit absolute exerceri talem absolutam futuritionem; sed satis illi est, si exerceatur data conditione, quam dari non petit. Sic propositio disiunctiva de existentia lectionis, & auditionis, licet habeat pro obiecto determinata entitatem lectionis, quae non datur, vera propositio est quando datur auditio, quia respicit lectionem modo disiunctivo, cui satis ad veritatem est, non deficere simul lectionem; & auditionem, quamvis deficiat lectio.

21 Dico secundo. Aliqua futurito conditionata in esse veri distinguitur adæquate ab ipsa existentia rei conditionate futuræ. Probatur. Futurito conditionata rei in esse veri consistit in veritate actus dicentis fore rem, si detur talis conditio. Sed hæc veritas aliquando distinguitur adæquate ab existentia rei conditionate futuræ. Ergo. Maior constat ex dictis cap. 2. Minor probatur loquendo claritatis gratia de consensu, qui non erit absolute, sed est; si talis vocatio ponetur. Nam actus diuinus asserens talem consensum fore, si ponetur talis vocatio, est actus ab intrinseco verissimus. At eius veritas distinguitur adæquate ab existentia predicti consensus. Nam ea veritas absolute existit, deficiente existentia consensus: ergo veritas actus dicentis rem fore,

si ponetur talis conditio, aliquando distinguitur adæquate ab existentia rei conditionate futuræ. Confirmatur primo. Quod absolute existit distinguitur adæquate a non existente absolute. At veritas eius actus diuinus absolute existit, & existentia predicti consensus non existit absolute: ergo talis veritas distinguitur adæquate ab hac existentia. Maior est per se nota. Minor quoad secundam partem supponitur, quia loquimur de consensu neque existente, neque in qua exstituto absolute. Quoad primam partem patet. Quia de non existente absolute, possumus absolute, & sine illa restrictione dicere verissime, non dari re ipsa; non autem possumus absolute, & sine illa restrictione verissime dicere, non dari re ipsa veritatem predicti actus Dei.

22 Confirmatur secundo. Quidquid est reale potest absolute existere. At non est consensum, sed reale complexum hoc: Non existet absolute consensus Petri; et iesus tamen est actus Dei dicentis quod existeret si daretur vocatio A. ergo tale complexum potest absolute existere. Existat ergo absolute: & arguo sic. Non potest existere absolute totum, quin existant absolute partes inclusæ in ipso. Prædictum totum existit absolute: ergo & partes inclusæ in ipso. Sed una ipsiarum est veritas prædicti actus diuinus; & alia non

non existere absolute cōfensum Petri: ergo existit absolute prædicta veritas, & non existit absolute talis consensus, & consequenter ea veritas adæquate distinguitur à tali consensu. Tertio; non consentire Petrum excludit omnino consensum Petri. At nullatenus excludit veritatem prædicti actus Dei: ergo hæc veritas, & ille consensus distinguuntur adæquate. Quartò. Quod est, vel includit existētiā cōfensus ex vocatione A, non est indifferens ad existentiā, & non existētiā eius vocationis, & consensus: sed actus diuinus, & veritas intrinseca eius actus dicentis, Petrum consensurum, si ponatur vocatione A, indifferens est ad existentiā, & non existentiā vocationis, & consensus: ergo talis actus, & ipsius veritas; neque sunt existentiā cōfensus ex vocatione A, neque talem existentiā includunt, & consequenter adæquate distinguuntur ab illa. Mitto alia, quia res est mihi clarior omni probatione:

23. Dixi in conclusione: Aliqua futuritio cōditionata in ratione veri: quia fortassis aliqua propositio dicens, Petrum consensurum, si habeat vocationē A, potest constitui vera per cōfensum ipsum Petri ex vocatione A: & tunc hæc futuritio cōditionata cōsentius in ratione veri, non distinguetur adæquate à

consensu. Demum obserua, similiter dicēdū esse futuritio. nem aliquam conditionatā fundamentalē in ratione veri distinctam esse adæquate ab obie. Etō conditionatē futuro. Nam ex cap. 2. talis futuritio consistit in quocumque infallibiliter conexo cum eo, quod tale obiectū esset, si talis, vel talis conditio poneretur. Sunt autem plura cū hoc connexa, quæ adæquate distinguuntur à tali obiecto. Sic ipsa scientia conditionata Dei circa consensum conditionatē futurum, & complacentia diuina de futuritione conditionata consensus, cōnectuntur cū eo quod consensus futurus sit, si ponatur conditio; & aliunde distinguuntur adæquate à consensu.

24. Obijcies. Scientia conditionata de consensu, qui esset, si talis vocatione poneretur, ideo est vera, quia cōtentius esset, si poneretur talis vocatione: ergo ad veritatē scientiæ præcedit, quod consensus esset, si poneretur talis vocatione. At hoc non præcedit in ratione veri ad veritatē scientiæ, quippe quod potius ex veritate scientiæ constituitur in ratione veri: ergo præcedit in ratione entis ad veritatem scientiæ. Dicemus in disputationibus futuris de scientia conditionata, quomodo ad illam præcedat, vel non præcedat consensus conditionatus, vel status conditionatus ipsius consensus. Modo ad argu-

argumentum respondeo. Potest duplicitate intelligi propositionalia. Scientia conditionata ideo est vera, quia consensus esset, si poseretur talis vocativus. Primum, quia ideo sit vera, quia consensus intrinsecè in se ipso habet, quod esset, si poseretur talis vocatio: & hoc modo scientia conditionata non est vera ante existentiam absolutam consensus: quia consensus ante suam existentiam absolutam, neque se ipsum, neque aliquid habet intrinsecè in se ipso. Secundò, quasi ideo sit vera, quia determinata est ab intrinseco, ut posita vocatione, à cuius positione præscindit, detur consensus, & hoc modo vera est, siue detur absolute, siue non detur absolute consensus. Quia in quolibet euentu prædictam determinationem habet ab intrinseco. Non tamen, ex eo quod sit vera, quia prædictam determinationem habet, colligitur, eam determinacionem præcedere realiter ad veritatem eius scientiæ; sed latius est, eam veritatem metaphysicè constitutam pertalem determinationem. Sic frequens est dicere, hominem esse hominem, quia est animal rationale, ad quod non requiritur animal rationale præcedere realiter ad hominem; sed latius est hominem metaphysicè constitui ex illis prædicatis: *Animal rationale.*

25 Vrgebis. Scientia est vera

à cōformitate sui cum obiecto, sed hæc conformitas coalecit ex duobus, nempe ex eo, quod scientia dicat aliquid de obiecto, & ex eo, quod obiectum in se ipso intrinsecè habeat illud, quod affirmatur per scientiam: ergo scientia nequit esse vera, nisi continentur hac duo, proindeque ad suiveritatem requirit dari aliquid intrinsecè ex parte obiecti. In primis sèpissimè scientia cōparatur cum obiecto non affirmans, quidpiam intrinsecè dari ex parte ipsius, ut si de Petro pùrè possibili dicamus, nihil habere intrinsecè in se ipso; cognitum tamen esse à Deo. Tunc autem manifestum est ad veritatē sciētiæ non requiri, quod obiectum in se ipso intrinsecè quidiā habeat; sed potius, quod non habeat. Secundo. Quis dubitet, scientiam visionis Dei ab æterno existentem de peccato futuro Aari-Christi, veram esse ab æterno? Tamen non sunt ab æterno hæc duo, & scientiam dicere peccatum existere postea, & ipsa existentia posterior peccati; hæc enim existentia solum est in tempore; tamen ab æterno est scientia Dei ab intrinseco determinata ad hoc, ut peccatum existat in tempore. ¶ Hinc pro similibus argumentis duplē cōveritatem distinguere soleo (vbi dissidiavocū cauenda sunt) aliam positivæ conformitatis actus cum obiecto consistentem in

in coexistentia actus , & obiecti
habentis illud , quod affirmatur
per actum : & non semper datur
hæc veritas in omni actu vero ,
vt constat ex nuper dictis. Aliam
oppositionis cum falsitate con-
sistentem in eo , quod nihil sit in
rerum natura pugnans cum eo ,
quod obiectum se habeat iuxta
modum quo affirmatur , per
actum : & hæc veritas commu-
nis est cuilibet actui vero. Dico
ergo , scientiam conditionatam
dicentem de consensu , qui nun-
quam erit , quod esset , data tali cō-
ditione , non esse veram ex positi-
ua cum obiecto conformitate
irruolente coexistentiam eius
scientiæ cum obiecto ; veram ta-
men esse veritate oppositionis
cum falsitate. Quia talis scientia
est ab intrinseco determinata
ad hoc ; vt in rebus nihil detur
pugnans cū eo , quod detur con-
sensus , semel data conditione ,
quo pacto affirmat dandum esse
consensum. Permititur tamen ca-
scientia dari parentiam consen-
sus deficiente conditione . At
hoc non est contra veritatem
scientiæ non quidem dicentis
dandum esse consensum , etiam
deficiente conditione , sed .

dicentis esse dandum ,
conditione exi-
stente.

CAPVT III.

*Quomodo scientia creature , ut
possibilis , ut absolutè existen-
tis , & ut conditionatè exi-
stentis differant ; vel
non differant ex
parte ob-
iecti?*

26 **C**ommuniter Theolo-
gi , præterim nostræ
Societatis triplicem scientiæ cir-
ca obiecta creata cōcedunt: aliæ
vocant simplicis intelligentiæ ,
aliam scientiam visionis absolu-
tæ ; aliam scientiam conditiona-
tam modo hæc reducēda sit ad
simplicē intelligentiā , modo ad
visionem , de quo in sequētibus ;
v.g. si loquamur de cōsenstu pro-
cedente ex vocatione A. (idem
suo modo dicatur de alijs obie-
ctis) scientia simplicis intelligentiæ
est illa , qua Deus independē-
ter ab omni decreto ex parte ip-
sius Dei actualiter exercito cog-
noscit sic. Possibile est talem con-
sensum existere , ac procedere ex vo-
catione A. Scientia conditionata
est illa per quam Deus similiter
independenter (vt nos existima-
nus) à decreto actualiter exer-
cito ex parte ipsius cognoscit
sic. Si existat vocativus A. existet
consensus procedens ex illa. Quæ
scientia ex modo suo tendendi
præscindit ab eo quod exerceā-
tur , vel non exerceantur actua-
liter vocationis , vel contentus .
Scien-

Scientia visionis absoluta est , perte ipsius consensus. At ex parte huius possibile est exercitium actuale ipsius, quippe tale exercitium non implicat contradictionem: ergo tale exercitium cognoscit. Confirmatur. Scientia, quam Deus habet de consensu ante decretum actuale consensus est scientia simplicis intelligentiae consensus, ut possibilis. Sed hac scientia cognoscit Deus exercitium actuale consensus: ergo cognoscitur tale exercitium per scientiam simplicis intelligentiae consensus ut possibilis. Minor probatur. Ante decretu contentus cognoscit Deus quod decernitur eo decreto; cum omnne volatum sit praecognitum. At decreto consensus decernitur exerceri actualiter consensum, ut patet: ergo.

27 Porro, cum ex nostra sententia, Deus cognoscat qualibet scientia cuncta sua praedicata necessaria, cunctaque obiecta, quae pro signo ipsius scientiarum cognoscibilia sunt, obseruandum est, ut disputatio clarior sit, vnamque istarum scientiarum sumi posse, vel quatenus comparata ad omnia obiecta, quae tali scientia tanguntur, vel praecesse, quatenus comparatam ad obiectum creatum, quod representat. Quo posito. Dico primo. Scientia obiecti creati, ut possibilis attingit ipsam existentiam, id est exercitium actuale, & contingens eius obiecti. Probatur. Scientia consensus, v.g. ut possibilis, cognoscit quicquid possibile est ex par-

28 Dico secundo. Prædictæ scientiarum in tota sua latitudine acceptæ, quatenus comparantur ad cuncta obiecta, quæ representant, non distinguuntur ex parte obiecti cogniti. Probatur. Nam vnaquaque illarum scientiarum representat adequate quolibet obiectu alterius, neque plus, neque minus. Cuiusratio est, quia scientia simplicis intelligentiae obiecti creati, ut possibilis, representat quicquid per scientiam visionis, & per scientiam conditionatam representatur. Si enim aliquid non representaret, maxime actualem existentiam; quā tamē representare,

re, iam vidimus. Deinde scientia visionis repræsentat existentiam actualem sui obiecti, & quidquid de illo pro tunc cognoscibile est. At pro tunc cognoscibile de illo est, non implicare contradictionem, & quidquid de illo per scientiam simplicis intelligentia cognoscerebatur: ergo nihil est per hanc scientiam repræsentatum, quod non sit cognitum per scientiam simplicis intelligentia; & è contra. Demum per scientiam conditionatam repræsentatur actualis existentia consensus. Nam repræsentatur, quod datur posita conditione dareturque talis existentia actualis. Rursus eadem scientia repræsentatur, quod pro eo signo cognoscibile est, estque cognoscibile consensum non implicare contradictionem, & quidquid per scientiam simplicis intelligentia cognoscerebatur: ergo hæc scientia, iunctis omnibus hic dictis, repræsentat quidquid per alias scientias cognoscerebatur, & nihil repræsentat, quod per alias scientias non attingatur. Itaque, qualibet illarum scientiarum attingit actualitatem, & possilitatem consensus, omniaque cognoscibilia pro signo scientia simplicis intelligentia, nullaque illarum quid amplius cognoscit: quia nihil est excogitabile, quod

pro signo scientia simplicis intelligentia non sit aliquo modo cognoscibile, vel, ut possibile, vel, ut repugnans.

29 Dico tertio. Scientia simplicis intelligentia, & scientia visionis, licet non distinguantur ex parte obiecti cogniti; bene tamen ex parte obiecti absolute asserti, & visi. Ratio est. Quia sic distingui est aliud obiectum absolute videri, & asserti ab una; & hoc obiectum non videri, & asserti ab alia. At sic se habent istæ scientia. Ergo. Minor probatur; quia per scientiam visionis absolute videtur, & assertur actualis existentia creaturæ in tali differentia temporis. At per scientiam simplicis intelligentia, licet absolute videatur, & assertur possilitas necessaria creaturæ; non tamen absolute videtur, & assertur exerceri creaturam actuiter in aliqua differentia temporis. Vbi duo nota. Primum est, hanc differentiam refundi in diuersitatem ex parte modi tendendi, quia tota sumitur ex eo, quod cum istæ scientia cognoscant idem; altera tamen est absolute visio respectu unius obiecti, & alia non est absolute visio respectu eiusdem. Secundum est scientiam visionis, & scientiam simplicis intelligentia distingui inadiquatè; non adiquatè ex parte

parte obiecti absolutè visi , & ascerti . Nam scientia visionis absolutè videt , & asserit . quod pro suo signo est absolutè visibile , & indicabile , prouinde- & ne absolutè videt actualē existentiam contingentem creatu- & ; possibiliteremque necessariam . Nam utrumque est ab- solutè visibile pro eo signo . At verò cum scientia simplicis in- telligentia sit ante decretum existentia rei creatæ , nequit ea scientia pro suo signo vide- re absolutè talē existentiam contingentem ; sed solum pos- sibilitatem necessariam : ergo vidente scientia visionis abso- lutè possibiliterem necessariam , & existentiam contingentem ; scientia simplicis intelligentia solum est absoluta visio pos- sibilitatis necessariae : ergo licet ex parte obiecti visi distinguan- tur inadæquatæ : non tamen ad- æquatæ .

30 Dico quartò . Prædictæ sc̄ientiæ , si præcise sumantur relati- ve ad sua obiecta creatæ , non distinguuntur ex parte rei conceptæ : sed præcise ex par- te modi concipiendi . Scien- tia istæ sic acceptæ , ita se ha- bent , ut scientia necessaria sim- plicis intelligentia sic dicat : Consentire Petrum vocationi A sunt predicata non implicantia contradicitionem : & scientia vi- sionis contingens sic asserat .

Existit consentire Petrum voca- tioni A : & scientia condi- nata contingens affirmet sic : Si existat vocatio A , conser- tur ipsi . Tunc sic , scientia istæ sic acceptæ respicit ex par- te rei conceptæ entitates voca- tionis , & consensus , & quid- quid necesse est Deum conci- pere ex vi concipiendi has enti- tates , & nihil aliud dicunt ex parte rei conceptæ : ergo scien- tia istæ non distinguuntur ex par- te rei conceptæ . Consequen- tia patet . Nam illæ scientiæ sunt indistinctæ ex parte rei con- ceptæ , qua iden prorsus , nec magis , nec minus cōcipiunt Ante- cedens etiā constat . Nā ex ip- sa propositione sc̄ientiarum , ma- nifestum est terminari ad obiecta assignata , nihilque inueniatur , ad quod una terminetur , & non alia , diuerso saltem modo .

31 Confirmatur . Diuer- sitas harum sc̄ientiarum in co- constituit , quæd simplex intel- ligentia necessaria respicit con- sentire vocationi , copula iden- tificante tales contentum cum suis prædicatis intrinsecis non implicantibus contradictionem . Scientia visionis attingit cum- dē contentum copula affirmante absolute ipsius existentiæ exer- citam : & scientia conditionata contingens attingit eisdem contentum copula affirmante ipsius exercitiu sub conditio-

ne vocationis. Sed hæc diversitas se tenet ex parte modi cōcipiendi; non ex parte rei conceptæ: ergo talium actuum diuersitas non est ex obiecto; sed ex modo concipiendi. Maior constat. Nam accepta præcisæ diuersitate assignata, prima notitia est si nplex intelligentia necessariæ veritatis. Secunda visio absolute veritatis contingentis: & tercia conditionata notitia contingentis veritatis. Minor probatur. Nam intellectum ferri in obiectum modo identifico, ab soluto, & conditionato, præcisæ est intellectum aliter, & aliter ferre iudicium de obiecto. Hoc autem non importat diuersitatem in obiectis; sed in modo iudicandi. Id quod explicatur primò. Nam illi a. leus; Existentia realis est exercitium existendi sine implicatione contradictionis. Existentia exercetur, non distinguuntur ex obiecto, cum obiectum utriusque sit exercitium existendi: & tamen prior actus modo identifico, posterior vero modo ab soluto affirmante exercitium feruntur in obiectum. Secundo. Quia ille actus copulatiuus: Petrus legit, & audit, & ille actus disiunctiuus: Petrus vel legit, vel audit, vel utrumque, non distinguuntur ex parte obiecti, nihil enim inveneries conceptum ab uno; & non ab alio. Sicut ergo stat in iudi-

cio diversitas copulandi, & disiungendi citra diuersitatem obiecti; ita etiam diuersitas identificandi, affirmandi absolute, & affirmandi conditionate.

32 Obiecties primò. Scientia simplicis intelligentiæ non attingit creaturam, vt absolute existentem. At scientia visionis attingit creaturam, vt absolute existentem: ergo scientia visionis attingit obiectum, non cognitum intelligentia simplici. Confirmatur. Petro, vt cogito præcisæ tamquam possibili deest aliquid ad existendum. Petro viso, vt existenti nihil deest ad existendum: ergo Petrus, vt terminans scientiam visionis addit aliquid supra se, vt terminantem simplicem intelligentiam, qua præcisæ cognoscitur vt possibilis. Respondeo. Non solum scientia visionis attingit creaturam, vt existentem; sed etiam scientia simplicis intelligentiæ, si ly ut existentem cadat supra formalitatem obiecti. Nam, cum ipsum exercitium existendi sit possibile, cognoscitur per scientia in creatura ut possibilis. Non tamen scientia simplicis intelligentiæ creaturam attingit, vt existentem, sicut scientia visionis, si ly ut significet modū ab soluto affirmantē, creaturam existere. Vnde tātū infertur in his scientijs, diuersitas quoad modū recipiēdi obiectū nō quoad rē obiectū.

T Ad confirmationem , caue æquiuocationem . Distinguuo primam partem antecedentis . Quando Petrus præcile habet cognosci ut possibilem , concedo antecedens ; Quia tunc deficit Petro (qui tunc Iolum habet denominationem extrinsecum cogniti) ipius intrinseca entitas necessaria ad existendum . Quando Petrus non habet præcile cognosci sic ; sed etiam habet illud esse , quod tali cognitioni obiscitur , nego antecedens ; & concessa ledâ parte antecedentis , distinguo consequens ; Addit aliquid supra se , vt terminantem simplicem intelligentiam , si hic præcise , sumatur ratio terminandi eam scientiam , concedo consequentiam ; si sumatur etiam illud esse quod terminat eam scientiam , nego consequentiam . Itaque Petrus , vt existens addit aliquid supraterminare scientiam simplicis intelligentia : Quia talem scientiam terminare , præcise est eam scientiam existere in Deo , ultra quod , ad hoc , vt Petrus existat , requiritur habere esse in se ipso . At Petrus , vt existens , nihil addit supra illud esse , ad quod terminatur simplex intelligentia . Nam hæc , vt vidimus , terminatur ad ipsam existentiam intrinsecam Petri , cum etiam hæc sit possibilis . Petrusque ; vt

existens , nihil addit supra se sumptum cum sua intrinseca existentia .

33 Obijcies secundò . Obiectum scientiæ simplicis intelligentiæ separabile est ab obiecto visionis : ergo distinctum . Antecedens probatur . Nam obiectum simplicis intelligentiæ est Petrus , ut possibilis : visionis autem , Petrus , ut existens . At potest Petrus esse possibilis , quin sit existens : ergo hæc obiecta separabilia sunt . Respondeo , licet una pars obiecti simplicis intelligentiæ sit separabilis ab alia parte obiecti scientiæ visionis , quia possibilitas necessaria Petri , quæ cognoscitur per scientiam simplicis intelligentiæ separabilis est ab existentia contingente Petri , quæ cognoscitur per scientiam visionis ; tamen totum obiectum simplicis intelligentiæ coniunctim sumptum inseparabile est , & omnino idem cum toto obiecto visionis coniunctim accepto . Nam totum utriusque obiectum coniunctum sumptum est aggregatum ex possibiliitate necessaria , & existentia contingente , quæ etiam est possibilis , proindeque terminans scientiam simplicis intelligentiæ . Quamobrem , licet argumentum probet partes obiecti talium scientiarum inter se comparatas distinguiri non tamē probat dari obiectum , quod alte-

alteram istarum scientiarū terminet; & non alteram.

34. Obijcies tertio. Omnipotētia connectitur intrinsecē cū Petro, vt possibili; & non cum Petro vt existēte: ergo aliud est Petrus, vt possibilis; & aliud Petrus, vt existens. At Petrus, vt possibilis est obiectum intelligentiae simplicis; & Petrus vt existēs est obiectum visionis: ergo aliud est obiectum scientiae simplicis intelligentiae; & aliud obiectum scientiae visionis. Respondeo. Omnipotētia connectitur intrinsecē cum Petro, vt possibili, secundum possibilitatem necessariam, qua possibilis est; non vero secundum esse Petri contingens, quod possibile est. Ceterum, obiectum scientiae simplicis intelligentiae, non solum est possibilitas necessaria, qua Petrus possibilis est; sed etiam existentia, & esse Petri contingens, quod possibile est. Cum igitur hoc etiam sit obiectum visionis, licet aliter affirmatum, ac per simplicem intelligentiam, constat plane scientias istas, non obiecto; sed modo tendendi differre.

35. Obijcies quartò, contendens prædictas scientias, neque modo tendendi differre. Nam, vel Petrus existit, vel non existit. Si existit: ergo scientia Petri, vt possibilis affirmat Petrum existere. Nam infinita

scientia Dei attingens obiectum affirmat de illo, quidquid de ipso affirmabile est. Si non existit: ergo propter eamdem rationem scientia diuina Petri, vt possibilis, afferret Petrum non existere: & consequenter, neque ex modo tendendi distinguetur à scientia visionis de non existentia. Respondeo. Scientia Petri, vt possibilis, qua Deum constituit proximè indifferentem ad decernendam, & non decernendam existentiam Petri, neque affirmat Petrum existere; neque non existere, licet alterum ex his competitat Petro pro signo posteriori. Neque id derogat infinita perfectioni scientiae Dei. Quia contra talem perfectiōnem non est, scientiam pro quadam signo non affirmare de obiecto, quod pro eo signo non est affirmabile de ipso. At repugnat eam scientiam pro suo signo, vel affirmare de Petro existentiam; vel affirmare non existentiam. Quia natura, & signum eius scientiae est constituere Deum indifferentem, vt decernat existere, vel decernat non existere Petrum. Vnde natura eius scientiae est, coniungibilem esse tam cum existentia, quam cum non existentia Petri, cuiusmodi non esset, si alterutrum ex his affirmaret. Quomodo hinc non

Requatur in Deo, siue pura apprehensio, siue abstractio dicens imperfectionem diximus disputat. 9.

DISPVT. XI.

An. Deus cognoscat sua decreta, ut futura.

Præmittere placet diuinam cognitionem actuum Dei, ut futurorum, cognitioni creaturarum futurarum.

CAPVT I.

Relatis autorum placitis, probatur, & explicatur nostra sententia.

Cum Deus nequeat cognoscere obiecta, nisi ut sunt in se, non poterit cognoscere sua decreta, tanquam futura, nisi futura sint. Dubium est, an non obstante æternitate decretorum Dei, sint illa quodammodo futura, priusquam præsentia, proindeque, ut sic futura cognoscantur à Deo. Futurum, & posteriorius, dupliciter solet dici tale: vel posterioritate *in quo*, vel *à quo*. Posterioritas *in quo* duo importat instantia successiva.

Prius aliad, cui non coexistit res, quæ posterior dicitur. Aliud posterius, cui coexistit talis res. Posterioritas à quo non importat duo instantia successiva prædicto modo; sed præcisè duo extrema, quorum alterum fluat, vel quasi fluat ab altero, fluensque dicitur posteriorius; prius autem, id à quo fluit. Sic Sol, & lux fluens à Sole non respiciunt duo instantia successiva, quorum priori Sol; & posteriori lux coexistat; sed hoc vtrumque extremum eidem indivisiibili instanti coexistunt, ideoque sunt simul *in quo*; lux tamen fluit à Sole, ideoque habent ordinem prioritatis, & posterioritatis à quo.

2. Porro, decreta libera Dei diuersimodè iuxta diuerias sententias constituuntur. Nam alij volunt in ratione liberorum constitui per actiones ad extra, quæ incipiunt exerceri in tempore; alij verò adæquate constitui, etiam in ratione liberorum per aliquid existens ab æterno nullatenus incipiens in tempore. Difficultas in hac posteriori sententia est. Nam in priori videtur certum, decretrum diainum, ut liberum, respectuē ad aliquam durationem esse futurum; & respectuē ad aliam præsens: Importat enim in ratione liberi talem

talem actionem ad extra , quæ in instanti B. existit , & non existebat in A: & conqueater , quæ respectuè ad A. futura , noia præsens erat ; præsens vero respectuè ad B. ¶ Quia in re prima sententia est , de cœta libera Dei esse futura in aliquo signo rationis , priusquam sint præsentia , idcōque ut sic futura cognosci à Deo . Ita Doctor Eximius Suarez opulcul . 2. lib . 2. capit . 8. Pater Fonseca tom . 3. Metaph . lib . 6. capit . 2. quæstion . 4. fection . 10. 9. Sed quærat alius . Oppositum sentit Pater Molina , Pater Vazquez , Pater Arrubal , Pater Albertinus , Pater Moncœus , Pater Hericce , quos refert , & sequitur , Pater Ribas , tractat de scien-
tia disputat . 5. capit . 10. num . 69. Adde Patrem Mærat . tom . 1. disputat . 28. fection . 6. Pa-
trem Alarcoñ , disputat . 3. cap . 1. Patrem Bernal , de Incarnat . disputat . 18. fection . 1. Patrem Gasparē Hurtado , & P. Arriaga in præsenti . Et hæc sententia communior est .

3. Hic possunt esse plures æquiuocationes , & non magnum de re ipsa dissidium , ni si nimia Recentiorum conten-
tio plus iusto disputationem implicasset , multaque parui mo-
mēti magno argumentorū , res-
ponsione , & impugnationū nu-

mero protraxisset . Multis rese-
catis , breuiter aperiam meam
mentem . Aslerò primò . Deus
non cognoscit sua decreta , vt
realiter futura , & posteriora po-
steritate in quo . Probatur . Rea-
lis futuritio , & posterioritas
in quo duo saltē importat :
& rem non esse in aliqua du-
ratione ; & esse in alia poste-
riori . At hoc nequit compete-
re decretis diuinis : ergo ne-
que realis futuritio , & poste-
rioritas in quo . Minor proba-
tur . Quia cum decreta Dei
sint æterna , sunt in omni du-
ratione iure æternitatis , eo ip-
so quod in aliqua sint . Expli-
catur . Decreta Dei sumi pos-
sunt , vel quoad entitatem ne-
cessariam , vel quoad denomi-
nationem liberam , & con-
tingentem , quam exhibent
Deo . At vtroque modo sunt
æterna , vt supponimus : ergo
vtroque modo coexistunt cui-
libet durationi : ergo respectu
nullius sunt futura , & p. ste-
riora in quo , sed respectu cu-
iuslibet præsentia . Rursus : de-
creta Dei tam denominatiuè ,
quam entitatib[us] sumpta , sic
sunt æterna à parte post , vt si
semel existant , non possint
habere non esse post esse : ergo
sic sunt æterna à parte ante ,
vt si semel existant , habere
nequeant esse post non es-
se . Ad hæc . Ad conting-
R4 tiām

gentiam actus diuini, quoad deaominationem sufficit ipsi posse non esse quoad eam denominationem. Ad libertatem sufficit ipsi esse ex indifferencia Dei potentis pro suo iusto, vel illam, vel oppositam denominationem ponere. Sed hic non includitur tales actus Dei, sive entitatine, sive denominatiue incipere post non esse: & aliunde nihil solidè excogitabitur ex parte Dei, quod eam inceptionem postuleat: ergo sicut iure aeternitatis excluditur ab actibus Dei desinere post esse, ita excludendum est incipere post non esse. Quo fit, Deum non cognoscere sua decreta, ut futura, & posteriora a quo respectiuè ad aliquod signum rationis?

4. Signum, vel instans rationis duplex est; aliud obiectuum; aliud formale: sicut alius dicitur conceptus obiectivus; & alius formalis. Signum obiectivum est ipsum obiectum significatum. Signum formale est actus mentis præcisè significantis tale obiectum. Vnde, si quæras, verbi gratia, an in signo libertatis ad amandum, & non amandum, sit amor, vel omissionis amoris? Quæstio potest habere duplè iensem

fere in enimdem residentes. Primus est, an in signo obiectivo? Secundus, an in formalis? In primo, est querere, an in ea libertate includatur intrinsecè, vel aminor, vel omissionis amoris? In secundo, est querere, an cognitionis præcisè significans directè talem libertatem, significet directè ex parte talis obiecti amorem, vel omissionem amoris? Unde sicut querere, an respectiuè ad aliquod instans temporis futura sit res, idem est, ac petere: vtrum in tali instanti non sit, existat tamen in alio posteriori? Ita querere, an decretum liberum Dei sit futurum, respectiuè ad aliquod signum rationis? Idem est, ac querere: vtrum tale decretum, non se teneat ex parte obiecti directi talis, vel talis cognitionis, sed tamen habeat ex parte alterius obiecti posterioris?

5. Astero igitur secundò. Decreta liberae Dei sunt futura a quo ratione nostra, respectiuè ad signum essentiae diuinæ, & cognitionis necessariæ dirigentis Deum ad talia decreta. Talis est hæc cognitionis dirigens Deum ad decernendum mundum. * Bonum est tribuere existentiam mundo: Probatur conclusio. Ex parte essentiae diuinæ, prædictæque

Atq; cognitionis præcisè sump-
tarum non se tenet ratione no-
stra decretum liberum produ-
cendi mundum. At aliunde tale
decreterum est aliquo in odo po-
sterius à quo prædicta essentia, &
cognitione: ergo futurum à quo
respectiuè ad signum talis essen-
tiæ, & cognitionis. Maior patet.
Quia ex parte illius præcisè sum-
pti, quod est indifferens, ad de-
cretum, & omissionem decre-
ti, non se tenet decretum. Esse-
ntiaque Dei, prædictaque cogni-
tio, sic indifferentes sunt, ut cō-
stat. Minor probatur. Quia de-
cretum liberum Dei est aliquo-
modo ex parte sui distinctum ab
essentia diuina, & cognitione ne-
cessaria, positumque ex essentia
diuina, ut directa per talem cog-
nitionem: hoc autem est quo-
dam nodo fluere, proindeque
esse posterius à quo tali essentia,
& cognitione. ¶ Hinc patet
Deum, cognoscere sua decreta
libera, ut ratione nostra futura
à quo respectiuè ad prædicta ne-
cessaria prædicata. Quia cognos-
cit ea decreta, ut sunt in se: & in
se sunt prædicto modo futura.

6. Altero tertio. Quamuis
hæc prædicata necessaria sint
signum obiectuum, compara-
tione cuius decreta libera sunt
futura; tamen absoluta futuritio
iporum non est in eo signo. Ra-
tio est manifesta. Quia in eo sig-
no, quod præcisè importat ea

prædicata necessaria, nihil con-
tingens includitur. At contin-
gens est absoluta futuritio talium
decretorum: stat enim in eo, quod
non sint intra prædicata nece-
ssaria, denturque pro posteriori,
quod quidem est contingens:
quia cum decreta sint libera pos-
sunt non dari pro posteriori: er-
go absoluta futuritio talium de-
cretorum nō est pro signo, quod
præcisè importat ea prædicata
necessaria. Propter eamdem ra-
tionem. Cognitio diuina iudi-
cans talia decreta futura esse à
quo respectu necessariorum, non
existit in signo necessariorum.
Sicut enim contingens est, ea de-
creta existere in signo posterio-
ri; contingens etiam est, id à Deo
sciri. Quo circa.

7. Altero quartò. Futuritio
formalis talium decretorum com-
paratione perfectionum nece-
ssariarum Dei, existit partim pro
signo perfectionum necessaria-
rum, partim pro signo ipsorum
decretorum. Ratio est. Quia ta-
lis futuritio formalis, non est a-
liud, quam in necessarijs perfe-
ctionibus non imbibiti decretem
liberum, ut liberum: taleque de-
cretum existere pro signo poste-
riori. At prior pars, nempè in eis
perfectionibus non imbibiti de-
cretum liberum, ut liberū, exi-
stit in signo talium perfectionū:
Id enim non est aliud, quam eas
perfectiones necessarias distin-
ctas.

etas ex parte sui aliquomodo esse à prædicatis contingentibus, idque se ipsis sortiuntur prædicata ne cellaria; posterior verò pars, nempè decretum, vt liberū esse pro signo posteriori, est existere in se ipso quodammodo fluens à prædictis perfectionibns necessarijs: ergo futuritio forma lis decreti liberi partim existit pro signo necessariorū; partim pro signo ipsius decreti. Itaque aliud est signum obiectiuū, respectiuē ad quod dicitur futurum decretū liberum; aliud vero signum, pro quo existit talis futuritio. Primum nō est aliud, quam ipsa prædicta necessaria. Secundum, partim est ipsa prædicata necessaria; partim ipsū decretum. Sic aliud est facultas, ex qua dicitur dependens actio amandi, eaque facultas est voluntas; aliud autem signum existentia talis dependentia, & hoc est signum ipsius actionis se ipsa dependentis à voluntate.

8 Affer o quintò. Decreta libera Dei, non possunt esse futura respectiuē ad omnem cognitionem Dei, qua cognoscuntur, vt futura prædicatis necessarijs: possunt tamen esse futura, tum respectiuē ad aliquan cognitionē, per quam cognoscuntur, vt futura prædicatis necessaris; tum etiam respectiuē ad alias formularites contingentes Dei. Loquor, supposito quod aliunde non implicent, vt pleriq; volunt,

prædicata, quę assignabo, de quo mihi cura non est. Primam partem conclusionis probbo. Quia si sumas scientiam visionis præcise speculantem existere decretum pro signo sublequentे ad prædicata necessaria, & non habentem aliud munus ab hoc, talis scientia cognoscit decretum, vt futurum prædicatis necessarijs. At decretum non est futurum huic scientiæ: ergo non est futurum omni scientiæ intuiti futurum esse prædicatis necessarijs. Minor probatur; quia pura speculatio obiecti, scilicet alijs muneribus, non ponit; sed vel supponit, vel saltem comitatur obiectum: ergo pura speculatio decreti, non antecedit decretum: ergo hoc non est futurum tali speculationi. ¶ Confirmo. Sicut non potest existere decretum Dei, quin Deus illud videat; ita nequit Deus illud videre, quin ipsum existat. Deinde, si quod potius ex his extremis existit, quia existit alterum, potius Deus videt decretum existere pro suo signo, quia decretum existit, quam contra: cum potius obiecta esse soleant rationes, vt ipsorum intuitio exerceatur, quam intuitio, vt existat obiectum: ergo vel nullum eorum extremorum est alteri futurum; sed comitans, vel, si aliquid, scientia potius decreto, quam decretum scientiæ.

9 Secundam partem conclusio-
nis suadeo. Demus Deum
decreto intentiuo præfinire,
quod pro signo posteriori Deus
ipie, & Petrus se determinet ad
consensum Petri: Deus per de-
cretum A. coritans consensum
Petri, Petrus per ipsum suum
consensum. Tunc sic: visio, per
quam Deus videt illam præfini-
tionem est scientia, quæ in ipsa
præfinitione, tanquam in me-
dio connexo cum decreto A.
discernit exercendum esse de-
cretum A. sed hoc decretum po-
test esse futurum tali scientiæ,
quia Deus per illâ videns se pro-
posuisse exercere decretum A.
potest ex illa scientia duci ad po-
nenda media, ex quibus deriu-
etur, & ipsum Deum ponere tale
decretum, & voluntatem huma-
nam suum consensum adhibe-
re: ergo decretum A. potest esse
futurum scientiæ iudicanti tale
decretū exercendum esse. Ter-
tiam partem conclusionis sua-
dant, tum exemplum nuper ad-
hibitum. Tum etiam innumera-
alia, in quibus Theologi sentiunt
alterum decretum esse ratione
subsequens ad alterum: ut de-
cretum meritorum ad intēcio-
nem præuiam gloriæ, vt coro-
næ, decretūque exequens gloriæ
propter merita ad decretū nie-
ritorum. Nam hæc futuritio à
quo rationis vnius ad alterū stat
in subsequitione rationis illius
ad hoc.

10 Ex distis inferes primò.
Nullum esse inconveniens fate-
ri (quamvis nonnulli nimis scrupu-
losè reclament) Verbum di-
uinum esse, non duratione, sed
origine, & à quo futurum res-
pectu Patris. Item Spiritum
Sanctum respectu Patris, & Fi-
lij. Quia hoc nihil aliud sig-
nificat, quam in his, quæ Pa-
trem constituant principium Fi-
lij, Filium non includi, & hunc
esse produlum ab eo princi-
pio, & similiter in Spiritu San-
cto respectu Patris, & Filij.
¶ Inferes secundò. Sicut con-
cessimus, & negauimus futuri-
tionem absolutam decretis ab-
solutis, nempe quæ existunt,
concedendam, & negandam
proportionaliter esse decretis
conditionatis, scilicet, quæ exi-
sterent, si certæ conditiones po-
nerentur. Hinc, cum dicimus:
Si essent merita, Deus esset de-
creturus gloriam, non est sensus,
quod datis meritis, Deus tunc
inciperet decernere gloriam;
sed quod casu, quo merita es-
sent in tempore, Deus nunc, ab
æterno, & in æternum habe-
ret decretum dandi gloriam.
¶ Inferes tertio. Casu quo no-
ster intellectus in hoc instanti
temporis concipiatur libertatem
diuinam ad decernendum, &
non decernendum; & in se-
quenti instanti concipiatur de-
cretum, certè decretum secun-
dam denominationem cogni-

ti futurum erit, & posterius in quo respectu ad diuinam libertatem secundum denominationem cognitæ. Quia prius tempore est, in casu dicto libertatem diuinam esse cognitam à nobis, & posterius tempore, cognitum esse decretum. Ceterum non ideo decretum ex parte sui est futurum in quo respectu diuinæ libertatis: sicut ego & homo nasciturus non sumus simul ex parte nostri; quamvis simul cognoscamus.

CAP. II.

Soluuntur objectiones.

11 Obijcies primò contra primam cōclusionem. Decretum Dei, quod nunc existit, postea etiam verè, propriè, & realiter erit: ergo realis futuritio competere potest diuinis decretis. Respondeo, hoc argumentum extra rem esse. Nam futuritio, quam negamus diuinis decretis est illa propissima, vi cuius ipsum decretum respectu alicuius durationis non existat, & tamen respectu posterioris existat, quæ futuritio pugnat cum æternitate adæquata decreti; non tamen negamus aliā futuritionem, non quidem propriè ipsius decreti; sed coexistētia decreti cū die crastino, v. g. vi cuius futuritionis ea coexistētia non sit hodie, sit tamen po-

stea, nempe cras. Et quidem argumentū probaret eodem modo diuinam essentiam esse realiter futuram; vt benè obseruat P. Franciscus de Lugo lib. 1, de Deo vno disp. 29. cap. 4. n. 13.

12 Obijcies secundo contra secundam conclusionem. Ut dies crastinus sit realiter futurus respectu diei hodierni, necesse est, quod in die hodierno sit positiuè carentia dici crastini, & quod hic postea existat: ergo, vt decretum Dei sit futurum respectu essentia diuinæ, necesse est, quod in essentia diuina sit positiuè carentia decreti, & pro posteriori sit decretum. Hoc autem implicat, quia in nullo signo potest dati carentia rei semper existentis, cuiusmodi est decretum diuinum semel existens. Respondeo. Distinguuo antecedens. Ad futuritionem diei crastini respectu hodierni, requiritur quod hodie detur positiuè carentia remouens diem crastinum ab hodierna die; concedo antecedens; remouens ab omni duratione; nego. Nam carentia, quæ hodie datur diei crastini, nō excludit diem crastinum exire postea. Deinde, distinguuo cōsequens. Ergo, ad futuritionem decreti respectu essentia diuinæ requiritur, quod in essentia diuina detur carentia decreti remouens ipsum à rebus; nego consequiam; remouens ipsum ab omnimoda identitate, & simul

faneitate à quo cum essentia diuina; concedo consequentiam. Itaque, sicut ad futuritionem realem diei crastini, respectu hodierni, sufficit quod crastinus nō sit simul duratione reali cum hodierno, & sit post hunc posterioritate durationis realis; ita sufficit ad futuritionem rationis decreti, respectu essentiae Dei, quod decretum non sit pro signo rationis essentiae diuinae, id est formaliter ircludit in essentia diuina; & sit post hanc posterioritate rationis.

13 Obiscies tertio cōtra tertiam conclusionem. Pro signo diuinæ essentiae, vel verificatur esse futurum pro signo posteriori decretum liberum; vel verificatur non esse futurum? Si verificatur secundum, non erit post diuinam essentiam tale decretū, quia negatio futuritionis facit rem non fore. Si verificatur primum, iā pro signo diuinæ essentiae dabitur, quod verificat decretum esse futurū, & consequēter pro signo diuinæ essentiae, dabitur futuritio. Confirmatur; quia si pro signo diuinæ essentiae formetur iudicium dicens decretum liberum de existentia mundi futurum esse pro signo posteriori, tale iudicium erit pro tunc verum, vel falso; si sit falso, erit pro tunc negatio talis futuritionis, quod iam vidimus esse falso; si sit verū, erit pro tunc futuritio, quod est

contra nostram conclusionem tertiam. ¶ Hæc obiectio sophistica est. Ad argumentum respōdo. Neutrū illorū verificatur pro signo diuinæ essentiae. quia signum diuinæ essentiae inifferens est ad hoc, vt sit pro posteriori signo decretum, & ad hoc, vt non sit: quapropter diuinā essentia non importat, neque quod decretum erit, quia iam non eset inifferens ad hoc, vt decretum non sequeretur; neque, quod non erit, quia non eset inifferens ad hoc, vt tequeretur; sed præcisè tale signū importat diuinam essentiam inifferentem ad futuritionem, & non futuritionem: sicut signū possibilitatis necessariæ Petri, neque importat Petrum extitūrum esse, neque non extitūrum; sed præcisè possibilitem Petri inifferentem ad utrumque; & sicut nostra inifferentia libertatis ad amandum, & non amandum, neque importat amorem, neque carentiam amoris, sed præcisè aliud tertium inifferens ad utrumlibet. Vnde pro eo signo diuinæ essentiae, neque adest veritas iudicij afferentis decretum esse futurum pro posteriori, neque falsitas eius iudicij; quia veritas illius determinata est, ad hoc vt decretum existat pro posteriori; falsitas autem, ad hoc, vt non existat. Pro eo autē signo præcisè datur essentia Dei inifferens ad utrumque, & con-

(e.)

sequenter indifferens ad verificatum, & fallificatum eius iudicij. Vnde patet ad confirmationem.

14. Contra eamdem conclusionem videntur pugnare, quæ opponit P. Suar. supra à num. 4. Ex quo obijcies quartò. Quamvis decretum Dei sit præsens, & æternum; potest tamen cognoscere ab eo independenter ab ea præsentia, & æternitate, qua ratione illud cognosceret, si posset decreatum incipere in tempore. At cognitio, qua Deus cognoscit, quod decernet, præscindendo ab eo quod tale decretū sit præsens, & æternum, cognoscit tale decretum ut futurum: ergo potest Deus cognoscere suum decretum, ut futurum. Respondeo, permittendo maiorem (quæ nihil aliud significat, quam conceptum Dei, ut intellectui, præscindere ab eo, quod talia decreta sint æterna) dissinguo minorem. Cognoscit tale decretum, ut futurum, quoad instantia realia, nempe cognoscendo esse in uno, & non esse in alio, nego minorem: sic enim ea cognitio non solum haberet per nostras præcisiones abstrahi ab eo, quod cognoscatur decretum, ut æternum; sed etiā tribuere decreto, quod ipsius æternitati repugnat, quod diuinæ cognitioni cōcedere nefas est. Cognosceret tale decretum, ut futurum, ratione nostra essentia diuinæ, alijsque præ-

dicatis, quibus secundum ordinem rationis succedit, concedo minorem; quod contra nos non est, & sub eadē distinctione concedenda, & neganda est consequentia.

15. Obijcies quintò ex eodē. Prius ratione Deus est, & concipitur potens decernere, quam decernens: ergo prius ratione Deus est, & concipitur decreturus, quam decernens, quia non est maior repugnantia in uno, quam in alio. Confirmatur primo. Quia pro signo diuinæ essentia non est decretum; est tamen pro posteriori: ergo pro signo diuinæ essentia est futurum. Secundò, quia si Angelus ab æterno crearetur, & ab æterno veller, prius conciperetur Angelus, ut volitus, quam ut volens: ergo prius concipitur Deus, ut volitus, quam ut volens. Tertiò: non obstante semperita existentia decreti intelligitur possibile pro aliquo priori; nempe pro signo diuinæ indifferentiæ ad decernendum, antequam intelligatur existens: ergo, cum lōgius distet possiblitas, quam futuritio ab existentia, melius poterit ante existentiam cognosci pro aliquo priori, ut futurum. Quartò, quia pro eo signo, quo Pater æternus generat Verbum, intelligitur Pater, ut cognoscens Verbum extitulum esse pro posteriori originis: ergo pro eo signo, que

quo diuina essentia libera est ad decernendum, intelligetur Deus cognoscens suum decretum extitum esse pro posteriori rationis. ¶ Ultimò. Prius ratione, quam nostra voluntas sit abolute volitura, cognoscit illa Deus, ut conditionate volituram; nimis, ut volituram, si haberet tale auxilium: ergo prius ratio ne, quam sit actu volens de praesenti, cognoscet illam voluturam: ergo similiter prius ratione, quam videat suam voluntatem de praesenti decernentem, videbit ipsam decreturam.

16. Ad argumentum concessio antecedente, nego consequiam cum sua probatione. Ratio est, quia pro priori rationis ante decretum, illa sunt, quæ Deum reddunt potestem decernere, & ex quibus pro posteriori sequitur, quod decernat, cuiusmodi sunt, Deum posse decernere, & cognoscere id esse in sua potestate. Non autem huiusmodi est futuritio formalis decreti, quæ tam abest ab eo, quod ad ipsam succedat præsentia decreti pro suo signo, ut potius ea præsentia includatur in futuritione formalii, ut patet ex dictis supra. Ad primam confirmationem; aliud est signum respectiuè, ad quod est ratione futurum decretum diuinum; aliud signum, in quo existit talis futuritio, ut explicui conclus. 3. Dis. ergo, confirmationem pro-

bare, signum diuinæ essentie esse id, respectiuè ad quod est ratione futurum decretum Dei; non verè est signum, in quo existit ea futuritio. Ad secundam, nego antecedens, loquendo de cognitione illa Angeli, ut clementis ab aeterno suam volitio nem, quæ nullatenus sit principium, ex quo sequatur, quod velit. Cæterum cognitioni de volitione Angeli, quæ cognitione esset principium talis volitionis, ea volitio esset ordine naturæ futuræ à quo. Idemque proportionatè dicendum est in ordine rationis de cognitione diuini decreti, quod ex nostris conclusionibus satis explicatum manet.

17. Ad tertiam; concessio antecedente, negatur consequia. Ratio est, quia ex possibiliitate decreti, consistente in eo, quod decretum sit in potestate Dei, subsequitur ratione nostra existentia decreti, eodemque modo subsequitur ex cognitione sui, ut possibilis non tamen ita subsequitur, neque ex futuritione sui, neque ex cognitione sui, ut futuri, vniuersaliter loquendo. Ad quartam, concessio antecedente, nego consequiam. Discremen est, quia pro eo signo, quo Pater aeternus generat Verbum, & cognitione Verbi est principium Verbi, & Pater aeternus habet medium, in quo

quo cognoscat Verbum esse extirum pro posteriori originis. Nam pro tunc habet Pater aeternus, & essentiam diuinam, & potentiam generatiuam, quæ inuitabiliter connectuntur cum existentia Verbi pro posteriori. At pro signo ante decretū creādi mundum, neque datur medium, in quo cognoscatur extitum, potiusquam non extitram decretū; quippe, pro tunc præcisè datur indifferentia divinæ voluntatis, neque cognitio decreti, ut futuri, est principium ipsius, ut existentis, saltem vniuersaliter loquendo. Ad ultimā. Concello antecedēte, nego cōsequentiam, si loquamur vniuersaliter. Nam scientia conditionata consensus, ut futuri sub tali auxilio potest esse principiū consensus saltem dirigendo ad collationē auxiliij, ut dixi tract. de prædestinatione, disp. 3. Iciētia autem consensus, ut absolutē futuri, nequit esse vniuersaliter loquendo, principium consensus, ut absolutē existentis.

DISP VT. XII.

De cognitione diuina futurorum contingentium, & ipsorum veritate.

Præcipua difficultas est de illis futuris contingentibus, quæ immediate, & formaliter libera

dicuntur. Nam oriuntur à Dominio voluntatis proximè indiferente ad positionem, & omissionem ipsorum. Vnde de his maximè agem⁹, præsertim cum ex dicendis circa ipsa constet facillimè, quid de alijs tentendum sit.

CAPVT I.

Statutis quibusdam certis, referuntur Theol. placita circa veritatem determinatam futurorum contingentium.

Fuit error Ciceronis libro de fato, & 2. de divinatione, Deum non cognoscere futura libera. Tribuitur etiam Arist. ab Arimin. quem tamen vindicat P. Franciscus de Lugo disp. 29. cap. 2. Negant etiā Dco hanc scientiam Stoici, Simon Magus, Bardacentes, Vvieph. Lutherus, & Caluinus. Contra quos omnes certissimum est Catholicis, hanc scientiam inesse Deo. Primo, ex tacris litteris Psal. 138. Intellexisti cogitationes meas de longe, omnes vias meas prævidisti. Sapientia 8. Signa, & monstra scit antequam siant, & eventus temporum, & seculorum. Isaia 41. Dicite nobis quæ venturasunt, & dicemus dij estis. Daniel 13. Deus aeternè, qui nosti omnia antequam siant Ecclesiasti. 23. vers. 28. Oculi Domini multo plus lucie

lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita. Vbi contingentia significantur. Primo, per vias hominum. Secundo, per hominum corda, & absconditas partes. Tertio, per omnia sunt cognita. Deinde: agitur de futuris, ut constat ex illis verbis: *Antequam crearentur*. Rursus, non agitur de cognitione coniecturali, sed certa, & clara. Id indicat primo, ly circumpcientes. Secundo, ly ocu-los lucidiores sole. Tertio, ly in-tuentes.

2 Secundò, ex Patribus. Tertul. lib. 1. contra Marcion. cap. 5. *Praescientia Dei tot habet testes, quot fecit Prophetas.* Hinc Ethnici Deos suos de futuris consulebant. Daemones oracula reddebant in vtramque partem ambigua, ut ex eventus veritate diuinitatis fidem conciliarent. Nam, ut loquuntur aliqui, cum quibus Auersa hic sect. 14. §. *Veritas tamen, diuinatio est, quasi diuina prorsus opera-tio, ut non immerito dixerit* Tertul. In Apolog. *Emulan-tur diuinitatem, dum furantur diuinationem.* Et iterum: *Ido-neum opinor testimonium diuini-tatis ueritatem diuinationis:* Hinc Hieronimus à contrario sensu ait, lib. 3. contra Pelagian. Cui

præscientiam tollis, tollis, & di-uinitatem, Augustin. de Diuin. lib. 5. cap. 5. Confiteri esse Deum, & negare præcium futurorum, apertissima insanía est; & propè finem cap. Si quis esse confitetur Deum, quem negat præcium fu-turorum, eriam sic dicit nihil aliud, quam quod ille dixit insipiens in-corde suo non est Deus. Fauent in-numeri alij. Videantur Dyonis. Iræn, Nislen. Damascen. Am-bros. Hilar. Gregorius Mag. Leo Magnus, Prosper. Fulgent. & alij apud P. Ruiz hic disp. 22. sect. 2.

3 Tertio, ex rationibus effi-cacibus, cum P. Suar. disp. 30. metaph. sect. 15. a num. 28. A-uersa supra. Martinon hic disp. 9. num. 36. Arriaga disput. 20. num. 3. Quidquid rationum ef-ficaciam neget P. Herice disp. 6. num. 3. ex iententia Nominal. & ut ipse putat SS. August. & Thom. Qui tamen solum signi-ficant satis abditum esse mo-dum cognoscendi futura libera. Quare August. ait Psal. 49. *Tri-buamus hoc Deo, laudantes Deū, non audiemus dicere, quomodo no-nuit Deus.* Quo faciunt alia, que subnectit. Optimè autem ita lumine naturæ constare aliquid; & tamen obscurissimum esse modum, quo existit. Sic patens est continuum componi; obscu-rissimum tamen, quomodo componatur. Sic lumine naturæ notum est, Deum esse liberum. Quomodo autem suam liberta-tem

tem exerceat? Insuperabilis difficultas. Intentum probatur primo. Quia Deus cognoscit futura latenter quando sunt praesentia: ergo, & antecedenter. Quia Deus non acquirit denuo cognitiones quasi discēs ab obiectorum existentia; sed iure aeternitatis, quas habet semel, habet semper. Secundo: Nam ipsi aduersarij fatentur Deum cognoscere obiecta præterita: ergo & futura. Probatur consequentia. Tam non sunt iam, quæ præterierunt, quam illa quæ erant. Deinde, sicut diuina mens nihil accipit a futuris, ut ea cognoscat; ita nihil accipit a præteritis, quando præsentia fuerunt, ut iplorum postea recordetur: ergo sicut cognoscit præterita, postquam abierrunt; ita & futura priusquam veniant.

4 Tandem probatur a priori ratione apud nos tres communi, & efficaci. Intellectus diuinus iure suæ infinitatis nequit obiectum non cognoscere, ubi non est impedimentum ex parte obiecti, quominus verè, & clarè cognoscatur. At ex parte futuri contingens impedimentum non est, quominus verè, & clarè a Deo cognoscatur, antequam sit præsens: ergo a Deo cognoscitur antequam sit præsens. Major patet: quia intellectus Dei iure infinitatis est de se plenissimè suffi-

cens, ut obiectum cognoscat: unde nequit illud non cognoscere, nisi ex parte ipsius obiecti detur impedimentum. Minor probatur. Nam in primis, ut Deus iudicet verè, peccatum Petri, non esse nunc præsens; sed postea, non est impedimentum defectus, praesentiæ peccati nunc; potius talis defectus requiritur ad veritatem eius iudicij. Ergo ex tali defectu non est impedimentum ex parte futuri contingentis, ut prædicta cognitione verè iudicetur. Aliunde, ex tali defectu præsentia non est impedimentum ex parte ipsius obiecti, ut clarè iudicetur. Nam, præsentia obiecti, tunc solùm requiritur ad claritatem cognitionis, quando intellectus propter suam limitationem impos est ad clarè penetranda obiecta distantia. At infinitissima est diuini intellectus perspicacia, plenissima sufficiencia, & immensum acumen: ergo nulla obiecti distantia impediti potest, quominus clarè cognoscatur, sublato impedimento, quominus cognoscatur verè. Et quidem hac excellentia neganda Deo non est, nisi probetur impossibilis, id que non probari, constabit ex disput. 13.

5 Secundo; certum est, scientiam diuinam de peccato futuro (idem dic de alijs futuris li-

be-

beris) esse nunc, & ab æterno determinatè veram; licet dubium sit, vnde nam habeat hanc determinationem ad veritatem præ falsitate. Nam, si ea scientia, non esset nunc determinatè vera, vel Deus nunc ignoraret, quid eueniet circa peccatum; vel id cognosceret per scientiam non habentem perfectionem veritatis, & utrumque est absurdum. Hinc, certum est tertio, quamlibet notitiam creatam nunc elicitam, & assentem. Anti Christum peccaturum esse suo tempore (etsi loquamur de notitijs, quæ de se intrinsecè in differentes sint, vt peccet, & non peccet tali tempore) esse nunc determinatè veram. Quia determinatè vera est nunc notitia, quæ nihil aliud assérit, quam quod nunc assérunt alia notitia determinatè vera. At prædictæ notitiæ nihil aliud assérunt, vt ponimus, quam quod assérit notitia diuina determinatè nunc vera de peccato futuro: ergo tales notitiæ sunt nunc determinatè veræ. Duo tamen supersunt dubia. Primum est, vndenam iudicia diuina de actibus liberis futuris determinationem habeant, vt ab æterno veritatem; potius quam falsitatem, sortiantur? Hoc dubium erit negotium disputat sequen. Secundum est, an iudicium de futuro contingente sit nunc determinatè ve-

rum præscindendo à conne xione nunc præiente cum eo, quod postea existat euentus futurus; qui affirmatur eo iudicio?

6 Prima sententia affirmat. Ita Doctor Eximus, opusc. de præscientia futur. cap. 2. P. Vazquez 1. p. disput. 66. P. Arrubal. disput. 14. P. Ruiz disput. 23. de Scientia. P. Fastol. hic artic. 13. num. 1. P. Herice disput. 6. cap. 7. PP. Conimb. lib. 1. Perihelia. capit. 8. quæst. vnica, artic. 4. P. Arriaga in logica disput. 14. sect. 5. sub sect. 3. P. Petrus Hurt. disput. 9 de anima, sect. 6. P. Franciscus de Lugo, lib. 1. de Deo uno disp 99. cap. 1. Alij que apud iplos. ¶ Secunda tententia negat, quæ tribuitur Arist. & D. Thom. Quos aliqui ex citatis pro affirmante tatis acatè, sed non citra difficultatem exponunt. Pro hac sententia stant Catharin. opusc. de præscientia. Aluar. lib. 2. de auxiliis disput. 7. & disput. 13. conci. 2. Ledesm. (licet subdubitans) disput. 2. de scientia futurorū dub. 2. Ioan. à S. Th. 1. p. quæst. 14. disput. 19. artic. 2. Discalc. Carmel. Hic disput. 7. dub. 2. §. 2. Bargius in 1. disinct. 39. §. 2. Argumenta. Baslol. distinct. 38. artic. 3. propos. 1. & distin. 39. articulo 1. propos. 1. & alij apud citatos. Pro hac sententia stant ex nostris grauitissimus Alphonius Deza in manutrip.

de scientia. P. Molina hic, dis-
put. 17. §. Verumtamen. P. Fon-
seca 4. metaphys. capit. 7. circa
textum, & 3. institut. capit. 6.
P. Pereira in Danielem, super
illa verba: *Responderunt Caldæi*,
P. Henr. tom. 2. summa lib.
vlt. de fine hominis cap. 4. Eminentissimi tres Cardinales, Bell.
4. de grat. & lib. arb. cap. 15. ad
finem. Tolet. in logica, lib. 1.
periherm. ad cap. 8. in fine. Lu-
go, vt audio, in manuscr. quæ
videre non licuit. Fauet P. Pe-
tauus tom. 1. lib. 4. capit. 7.
num. 11.

CAPVT II.

*Duplex assertio nostræ se-
tentiae.*

7 **A**sso primò. Veritas obiectiva propositionum, quæ nunc formantur de futuro contingentí datur in rerum natura partim nunc, & partim postea: Sit exemplum hæc propositio: * Petrus peccabít cras * & haec veritas datur sic, præscindendo ab eo, quod nunc detur connexio cum peccato crastino Petri. Prior pars probatur. Veritas obiectiva prædictæ propositionis (materialiter loquendo) est quod ex parte obiecti requiritur (præscindendo ab eo quod requiritur ex alio capite) ut prædicta propositio sit

vera. At quod sic requiritur ex parte obiecti datur in rerum natura partim nunc; & partim postea. Ergo. Minor probatur. Quod requiritur ex parte obiecti est non esse nunc peccatum Petri; & esse postea: hoc enim est, quod per propositionem affirmatur. At nunc datur non esse nunc peccatum Petri: & postea datur existere postea hoc peccatum: ergo quod requiritur ex parte obiecti ad veritatem eius propositionis datur in rerum natura, partim nunc; & partim postea. ¶ Posterior pars probatur. Nam ea veritas obiectiva præcisè importat non esse nunc peccatum Petri; & illud existere postea. At in hec non aliud includitur nunc, quam non esse nunc peccatum Petri, præscinditque non esse nunc tale peccatum ab eo, quod ipsum existat postea: quia componi potest Petrum non peccare nunc cum eo, quod neque postea peccet: ergo ea veritas obiectiva datur in rerum natura modo dicto præscindendo ab eo, quod nunc detur connexio cum peccato crastino Petri.

8 Dixi: *Veritas obiectiva materialiter loquendo.* Nam, veritas obiectiva stat dupliciter. Primò materialiter. Secundò formaliter. Materialiter est ipsa entitas obiecti, quod asseritur per propositionem veram. Et hoc mo-

modo dixit optimè Magist. Albiz hic disput. 6. sect. 3. Iudicium hoc diuinum, & similia Petrus peccabit non habere ab æterno veritatem obiectiuam determinatam; sed determinandam. Nam entitas, vel quasi entitas peccati, comparatione durationis antecedentis ad peccatum, non est de præsenti determinata; sed de futuro determinanda. Veritas obiectua formaliter, est obiectum, quod assertur per iudicium verum, ei que iudicio obijicitur, quatenus ei iudicio obijicitur, per illud que assertur. Et hoc modo veritas obiectua consistit in eo, quod obiectum denominetur cognitum, & assertum iudicio vero: & consequenter eo ipso, quod ab æterno, & ante tempus, quo peccat Petrus habeat Deus hoc iudicium verum, Petrus peccabit negari non potest, licet ab æterno non sit id, quod denominatur obiectuè verum; esse tamen obiectiuam veritatem, nempè id, quo peccatum Petri denominatur obiectum cognitum iudicio vero. Hoc tantum re ipsa volunt PP. Suarez, & Vazquez, omnesque alii, qui veritatem obiectiuam determinatam concedunt ab æterno prædictis propositionibus; ideoque Mag. Albiz solù quoad voces opponitur his authoribus.

¶ Affero secundo: ut iudi-

cium de futuro cōtingente nunc de præsenti formatum, sit nunc de præsenti determinatè verum, necesse est existat de præsenti connexio infallibilis cum eo quod existat postea euentus affirmatus. Sic accipio Aristot. D. Thom. &c authores, præcipue nostros relatos num 6. Probatio clauditur hoc syllogismo. Ut hoc iudicium, Petrus peccabit cras, sit de præsenti verum, necesse est existat de præsenti veritas ipsius. At hac veritas importat connexionem infallibilem cum peccato, ut existente postea: ergo, ut hoc iudicium, sit nunc de præsenti determinate verum, necesse est, existat de præsenti connexio infallibilis cum euentu, ut postea existente. Consequentia est evidens: & minor clara. Qui veritas de existentia crastina peccati Petri est essentialiter inconiungibilis cum eo, quod Petrus non peccet cras. Maior videtur certissima. Nam quid aliud est, iudicium esse nunc verum, quam dari nunc veritatem ipsius?

10 Communis responsio est, prædictum iudicium esse nunc verum, quatenus nunc affirmat peccatum Petri existere cras: & hoc existit cras: ad quod non requiritur dari nunc totum hoc; sed sufficit dari nunc tale iudicium, & postea peccatum Petri. Sed

contra est. Hoc iudicium, Petrus peccabit cras, non conser-
gitur nunc cum denominatio-
ne iudicij veri determinata es-
sentialiter, ut existat cras pec-
catum Petri. Nam alioqui iam
daretur de praesenti, ut con-
tendimus, aliquid essentialiter
connexum cum peccato Pe-
tri, ut existente cras: ergo iu-
dicium hoc praeceps coniungi-
tur nunc cum suis praedicatis in-
differentibus, ut existat, &
non existat cras peccatum Pe-
tri. At non esse nunc deter-
minate verum; sed indifferens
ad veritatem, & falsitatem,
non est aliud re ipsa, seclusis
vocabus, quam nunc non con-
iungi cum denominatione ve-
ri, & nunc praeceps habere id,
quod indifferens est, ut exi-
stat, & non existat in rebus ob-
iectum affirmatum: ergo tale
iudicium re ipsa, seclusis vo-
cabus, non est nunc determina-
te verum; sed indifferens ad
veritatem, & falsitatem. ¶ Ex-
plicatur priuio. Actus non sus-
cipiens nunc denominationem
veri, non est nunc verus. At
praedictus actus non suscipit
nunc denominationem veri.
Nam alioqui daretur nunc ea
denominatio, quæ connecti-
tur essentialiter cum pecca-
to crastino Petri: ergo nunc
non est verus. Secundo. Nul-
lum obiectum est nunc cogni-
tum, nisi nunc sit cogni-

tio: ergo nullus actus est hunc
verus, nisi nunc sit veritas. At
veritas est essentialiter coniuncta
cum obiecto affirmato: ergo
nullus actus est nunc verus, ni si
detur nunc aliquid essentialiter
coniunctum cum obiecto affir-
mativo.

¶ Tertio a priori. Nam in-
telligibile non est praesentem ef-
fice effectum formalem, & non
esse praesens, quod includitur
in illo. Quis enim percipiat
praesens esse totum; & absen-
tem partem illius? At in effec-
tu formalis actus veri claudit
essentialiter determinationem,
ut sit obiectum, prout asseri-
tur ab actu: ergo seclusa praes-
entia huius determinationis,
& connexionis, non intelligi-
tur actus de praesenti verus. Ita-
que aliud est, quod praeceps re-
quiritur ex parte obiecti, ut
nunc sit verus iste actus: Petrus
peccabit cras; & hoc fareor, non
esse aliud, quam Petrum non
peccare nunc; & peccare cras.
Aliud autem, quod ex omni
parte requiritur, ut talis actus
nunc sit verus: & ad hoc non
sufficit, Petrum non pecca-
re nunc, & peccare cras; sed
ulterius requiritur iuxta aduer-
sarios existentia. praesens actus
affirmantis tale obiectum: &
iuxta nos praterea requiritur
connexio praesens; sive intra-
seca, sive extrinseca actus, cum
objeto, ut existente in re-
bus;

bus, qualiter affirmatur ab a-
ctu.

12 Plurima possunt obijci; quæ si soluantur expedite, pauci forsitan erunt, quibus hæc sententia displiceat. Obijcies primò (semper loquimur præscindendo à connexione præsenti, sive intrinseca, sive extrinseca propositionis cum obiecto.) Hoc iudicium nunc formatum: Petrus peccabit cras, vel est conforme suo obiecto, vel non? Nam quodlibet est, vel non est. Si conforme: ergo determinatè verum. Nam, in ea conformitate stat veritas. Si non conforme: ergo determinatè falsum. Nam in ea non conformitate stat falsitas: ergo necessario fatendum est, vel esse determinatè verum; vel determinatè falsum. Confirmatur primò. Accedente die crastino, vel Petrus peccat, vel non, vt patet. Demus ergo, tunc peccare: ergo iudicium hoc elicium nunc, Petrus peccabit cras est determinatè verum. Nam, ad hoc sufficit à iudicio affirmari, Petrum peccare cras; & re ipsa dari Petrum peccare tempore importato per copulam. Secundò; tam impossibile est, neque fore, neque non fore rem, quam neque esse, neque non esse: ergo necessario dicendum est, vel fore, vt Petrus peccet cras; vel non fore, Si primum, iam præ-

dictum iudicium est nunc de-
terminatè verum. Si secundùm
erit determinatè verum iudi-
cium contradictorium, nem-
pè Petrum non peccare cras er-
go præscindendo à qualibet cō-
nexione præsenti alterum ex iu-
dicijs contradictorijs est deter-
minatè verum.

13 Ad argumentum res-
pondeo. Prædictum iudicium,
in præcisione, in qua loqui-
mut, non habet conformita-
tem constitutiuam illius in ra-
tione veri: At neque habet non
conformitatem constitutiuam
illius in ratione falsi, vnde in
ea præcisione, neque determinatè
est verum; neque determinatè
falsum. Itaque dici-
mus in præcisione facta ve-
ram esse hanc negatiuam: Non
est obiecto conforme conformi-
te constitutiuam veritatis; falsam
tamen esse hanc affirmatiuam:
Est non conforme non conformi-
tate constitutiuam falsitatis. Ra-
tio cur illa negans sit vera, est.
Quia, neque nunc est pecca-
tum crastinum Petri; neque
nunc iudicium illud. Petrus
peccabit cras, in præcisione di-
cta est intrinsecè, vel extrinse-
cè determinatum, vt Petrus
peccet cras. Sicut igitur iudi-
cium esse conforme obiecto
conformitate veritatis est iudi-
cium ex una parte dari; & ex
alia, vel dari obiectum, vt
per iudicium affirmatur, vel da-

ri determinationem, ut eo modo detur obiectum, sic iudicium esse obiecto conforme nunc conformitate veritatis, est iudicium ex una parte dari nunc, & aliunde nunc dari, vel obiectum, ut affirmatur per iudicium; vel determinationem, ut sic detur obiectum: cumque in praecisione dicta, nihil ex his detur, non datur conformitas constitutiva veritatis.

14. Ratio cur non detur in ea praecisione non conformitas constitutiva falsitatis, est: quia ex eo quod tale iudicium non sit nunc conforme conformitate veritatis cum obiecto suo, tantum sit, nihil esse nunc, quo determinatum sit, ut Petrus peccet cras; non autem aliquid esse nunc, quo determinetur, ut Petrus cras non peccet: hoc secundum requiritur, ut hoc iudicium constituantur nunc in ratione falsi; illud primum solum praestat, quod nunc non sit constitutum in ratione veri. Quod clare illustratur hoc exemplo. Imago externa, quae coloribus, & lineamentis esset optima similitudo Petri, si forte Petrus existeret (quem pure possibilem esse possumus) non est consona vultui Petri, nullum vultum habentis: ideoque, neque positivè diffona est, sed de se indifferens, ut consona sit, existente Petro talibus coloribus affecto; diffona vero si afficeretur alijs. Vnde, licet ea imago

nunc non habeat, quod necesse est, ut sit bona similitudo Petri; non tamen ideo mala similitudo est. Idem applicabis facile in nostro casu. ¶ Hinc ad priuam confirmationem, concessio antecedente, nego consequētiā. Tametsi enim quod ibi assignatur, sufficiat quantum est ex parte obiecti, ut tale iudicium sit verum; non tamen absolute sufficit, ut iam vidimus. Ad secundam confirmationem respondeo; necesse esse, quod in rerum natura detur fore, vel non fore peccati crastini Petri, quod peccatum non existit hodie, quia necesse est, vel Petrum peccare cras: & sic tale peccatum erit futurum diei hodierno; vel Petru non peccare cras; & sic tale peccatum erit non futurum diei hodierno. Possibile tamen est, non esse nunc sive futuritionē pliſſam, & formalem eius peccati crastini, sive non futuritionem. Quia neque nunc datur peccatum crastinum Petri, quod in ea futuritione clauditur, ut patet ex disp. 10. Neque nunc datur non futuratio talis peccati crastini: quia non datur nunc talis peccati carentia quae remoneat ipsum à die crastino; quae tamen carentia clauditur in ea non futuritione. Quo fit, iudicium illud, Petrus peccabit cras, neque esse nunc de praesenti determinate verum à predicta futurione nunc praesente; neque nunc de-

ter.

terminatè falsum à prædicta non futuritione præsente nunc: cumque aliunde præscindamus ab omni præsente connexo, siue cum tali futuritione; siue cum non futuritione, non manet, unde in hac præcisione, vel determinatam veritatem; vel determinatam falsitatem fortiaatur.

15. Obiectis secundò. Nos ipsi negamus in præcisione dicta esse nunc determinatè verum hoc iudicium. Petrus peccabit cras: ergo verum est non esse nunc determinatè verum. Nam alioqui nostra sententia non esset vera. At si oīl potest non esse verum determinatè, quatenus Petrus non peccabit cras: ergo verum est. Petrum non esse peccatum cras: cumque hoc ipsum sit futurum contingens, planè, sit iudicium de futuro contingentí, esse nunc in præcisione dicta determinatè verum. Confirmatur primo. Quævis propositionis simplex, & minime aquiuoca, cuiusmodi est illa, Petrus peccabit cras, iure conceditur determinatè, vel iure negatur. Si iure conceditur, vera est. Si iure negatur, falsa est, eiusque contra dictoria vera, nempe hæc: Petrus non peccabit cras, quæ etiam est de futuro contingentí: ergo in quodcumque latus vertamur, in veritatem determinatam enuntiationis de futuro contingentí cadimus. Secundò. Si quis hodie

dicit, Petrum peccatum cras, & experiamar cras peccatum Petri, statim dicimus, eam hominem dixisse verum: ergo eius enuntiation fuit vera hodie ab eum tu futuro postea.

16. Ad argumentum respondeo, concilio antecedenti, & consequentia, negataque minori subiuncta: Ratio enim, cur in casu nostro tale iudicium non sit nunc determinatè verum, non est, quæ ibi assignatur; sed quia tale iudicium non est nunc determinatum, siue intrinsecè, siue extrinsecè, ut Petrus peccet cras, potius quam non peccet. Ad primā confirmationem reprobdeo neque poste iure, ut nūc verā approbari; neque reprobari, ut nūc falsam propositionem, in qua præscinditur ab eo, quod intrinsecè, vel extrinsecè sit determinata, ut obiectum sit qualiter affirmatur ab ipsa, vel opposito modo. Nam, cum hoc sit præscindere ab illius veritate, falsitateque, est præscindere à iure, ut approbetur, tanquam vera; vel reprobetur, ut falsa. Ad secundam respondeo. Quando in illo casu dicimus, eum hominem dixisse verum, non significamus, si nostrum dictum verum est, illā propositionem, in præcisione dicta fuisse hodie verā positivè, sed tantum significamus, non fuisse hodie falsam, quia, Petru peccare cras, pugnat cum eo quod talis propositio ut hodie fal-

falsa: vide dicta ad primam obiectionem.

17. Obijcies tertio. Possibilis est futuritio peccati crastini Petri. Nā, alioquin repugnaret peccatum Petri cras esse futurū. Cū igitur ab ea futuritione redatur vera propositio affirmans Petrum peccatum, possibile erit eam propositionem esse determinatē veram. Qua propter, ex ipsius determinata veritate, nullum sequetur inconueniens. Confirmatur. Nam, si hac propositio, *Petrus peccabit cras*, non est ex nunc determinatē vera, repugnabit ipsi veram esse determinatē, quod videretur absurdum. Probatur sequela, quia neque vera erit adueniente peccato crastino Petri. Tunc enim non est verum, Petrum cras peccatum; sed peccare iam de praesenti. ¶ Ad argumentum respondeo, possibilem esse futuritionem illam, ex quo sequitur possibile esse, quod ex parte obiecti requiritur, ut euadat vera talis propositio; non tamen sequitur, nunc de praesenti dari quidquid requiritur, ut euadat vera talis propositio nunc de praesenti, præcindendo ab omni determinatione praesenti ad talēm futuritionem. Vnde, nihil contra nos probat argumentum. Ad confirmationem dicatur: iudicium illud, *Petrus peccabit cras*, bifaziam poniposse. Primo, ita, vt

intrinsecè ex modo suo tendendi sit iudicium de futuro, ve exponemus disput. 16. & hoc modo iudicium illud non potest esse verum adueniente peccato crastino Petri, propter rationem quam attingit arguens reborandam L. C. Secundo, ponit potest, ita, vt ex intrinseco modo tendendi non sit de futuro, sed præcisè habeat modum tendendi diuideat intentio, naliter peccatum Petri ab hodierna duratione; coniungatēque cum crastina, & hoc modo, iudicium erit verum, quoties ab intrinseco, vel extrinseco connexionem cum eo sortiatur, quod non coniungatur peccatum Petri cum duratione hodierna; coniungaturque cum crastina.

18. Obijcunt quartò. Propositiones de præterito contingenti sunt determinatē veræ, v.g. Affirmans Adamum peccasse: ergo determinatē vera erit propositio affirmans Anti-Christum peccatum. Neutrum enim obiectum determinatē de praesenti datur; & vtrumq; datur tempore importato per copulam. Confirmatur. Ex nunc sunt vere propositiones de futuro necessario tametsi nondum sit obiectum, quod affirmatur: ergo similiter de futuro contingenti. Secundo. Hæc propositio de praesenti; quam formo Compluti: *Roma existit, est Compluti vera. Quis*

dubitetur? At non habet Compluti per quid constituantur in ratione veræ: constituitur enim vera ab eo quod Roma existat: & existentia Roma, non exercetur Compluti; ergo si milititer iudicium illud, Petrus peccabit, poterit nunc esse verum, et si nihil nunc habeat, per quod constituantur verum.

14 Ad argumentum respondeo (quidquid alijs dicere placet) utrobique simili modo ratiocinandum esse: nimirum propositiones de præterito, & de futuro contingentibus, in conuenienter, quod non sint determinatæ veræ de præsenti, seclusa coniunctione, cum aliquo præsente, quo determinantur, ut obiectum ipsarum fuerit, vel futurum sit, prout ab ipsis enuntiatur. Nam utrumque probatur æqualiter nostris argumentis. Item quælibet ipsarum erit nunc determinatæ vera, quando nunc coniungatur cum aliquo determinato ad obiectum ipsarum, prout ab ipsis enuntiatur. Ad primam confirmationem. Propositiones de futuro necessario, sunt nunc veræ, data nunc determinatione præsente, ut tale futurum eueniatur postea; secus præcindendo ab ea determinatione. ¶ Ad secundam confirmationem. Aliud est, hanc propositionem: Roma existit, formatam Compluti esse nunc

veram; aliud esse veram Compluti: Primum, dicit præcise propositionem hanc existere nunc, etiamque nunc existere constitutiuæ ipsius, in ratione veræ. Secundum, dicit talia constitutiuæ esse præsentia Compluti. Sic, aliud est me existentem Compluti esse coexistentem nunc Romæ; & aliud, non solum nunc; sed etiam Compluti dari talem coexistentiam. Dicatur ergo propositionem illam, *Roma existit*, formatam Compluti, (rebus, vñ nunc) esse nunc veram, quia dantur nunc constitutiuæ illius in ratione veræ, nempe ipsam affirmare Romanam existere; & aliunde dari talem existentiam; & etiam esse Compluti veram, quia Compluti coniungitur cum aliquo determinato, ut Roma existat, nempe, cum scientia Dei, de tali existentia, & id genus alijs. At si præcilio fiat à præsentia Compluti, cuiusvisque connexi cū existentia Romana, talis propositione erit nunc vera; non per constitutiuæ adæquate Compluti existentia; sed partim Compluti; partimqne Romæ: constituirat enim in ratione veræ, partim per se ipsam,

qua Compluti existit; par-

tim per existentia vr-

bis, qua Roma

exercetur.

CAPUT III.

Soluuntur obiectiones aliae, & quid
de uniuersalibus de futuro
contingenti.

20 **O**bijcies quintò. Si nula ex duobus propo-
sitionibus contradictorijs singu-
laribus de futuro contingentē est
determinatē vera, sequitur utrā-
que fallam esse, nempe has: Pe-
trus peccabit cras. Petrus non pec-
cabit cras. Prima, quia non est fu-
tūrum peccatū Petri. Nam alio-
qui prima propositio determina-
tē vera esset. Secunda; quia non
est futura negatio talis peccati
crastini. Nā aliqui secunda pro-
positio esset determinatē vera.
Patet autem absurditas sequelæ.
Quia si duæ contradictiones sint si-
mul falsæ, nō erit necesse, quod
libet esse, vel non esse, fore, vel
non fore: si enim hoc necesse est,
iā erit necesse nō esse simul fallū
fore, & non fore peccatum
Petri. ¶ Hoc argumentum
iam est solutum supra, ubi vidi-
minus, neutrām ex prædictis pro-
positionibus, esse ex nunc deter-
minatē veram, si præscindamus
à coniunctione illarum, cum ali-
quo præsenti, quo determinen-
tar, ut obiectum sit, prout enun-
tiatur ab ipsis. Indeque non fit,
esse nūc determinatē falsas: quia
neque nunc datur in præcisione,
in qua loquimur, aliquid deter-

minatum, ut peccatum Petri nō
existat cras, talisque determina-
tio requiritur ad falsitatem prio-
ris propositionis; neque nūc da-
tur aliquid determinatum, ut
peccatum Petri existat cras, talis
que determinatio requiritur ad
falsitatem posterioris. Vide dicta
ad reliquias obiectiones.

21 Obijcies sextò. Copu-
latiua hæc est determinatē fallia:
neque Petrus peccabit cras, neque
non peccabit cras. Nec etiam
enim est, peccatum crastinum fo-
re, vel non fore. Constatque ex
Arist. i. de interpret. cap. 9 dicē-
te: Nec quod neutrū verū est di-
cere, contingit ut quod neque erit
neque non erit. Post multaque cō-
cludit: Oporteret enim, neque fieri
nauale bellum, neque non fieri.
Tunc sic, ea copulatiua est deter-
minatē falla: ergo ciuius contra-
dictoria determinatē vera, nem-
pe hæc: vel Petrus peccabit cras;
vel non. At quauis propositio di-
sūnctiua vera est ratione vnius
categoricæ, quæ determinatē,
& ideo sim sit determinatē vera,
ut patet ex Dialectica: ergo deter-
minatē vera est hæc: Petrus pec-
cabit cras; vel si maius hæc: Petrus
non peccabit cras. At qualibet ha-
harum est de futuro contingentē
ergo propositio de futuro con-
tingente determinatē vera est.
Concessio antecedente, & con-
sequentia, distinguo minorem
subiunctam. Quæuis disūnctiua
vera est ratione vnius categori-

ex, &c. vel, ratione necessitatis, vt non sint simul falsæ cathegoricæ, circa quas versatur disiunctio, concedo minorem; præcisæ ratione vnius cathegoricæ, quæ sit pro tunc determinatè vera, nego minorem; & similiter nego consequentiam. Itaque disiunctiuæ hæc: Petrus peccabit cras, vel non peccabit cras, cū sit necessariæ veritatis vera est ante veritatem contingentem cuiusvis cathegoricæ scorsim, ac determinatè sumptæ. Ratio est, nā eo ipso, quod detur nunc necessitas, vt Petrus peccet; vel non peccet cras, talis propositio disiunctiuæ habet nunc oppositio nem cum falsitate sui, per quam oppositionem nunc existentem constituitur sufficienter vera, vt constat ex disp. 10. cap. vlt. Talis autem necessitas nunc existens, vt Petrus peccet cras, vel non peccet cras, datur priori ad hanc determinatam veritatem contingentem: Petrus peccabit cras; & etiam ad hanc, Petrus non peccabit cras. Quod enim simpliciter, & absolutè necessarium est, præcedit ad omne simpliciter, & absolutè contingens: maximè, in nostra sententia, quæ constituit in prædicatis necessaria Dei omne necessarium simpliciter. Qua propter bene stat, illam disiunctiuam, Petrus peccabit cras, vel non peccabit cras, esse nunc determinatè veram ratione prædictæ necessitatis; &

neutram ex prædictis cathegoricis in præcitione, de qua loquimur, esse nunc determinatè veram, eo quod attentis, quæ nunc datur, neutra habeat oppositio nem cum falsitate.

22. Sed vrgebis; iuxta regulas dialecticæ, propositio disiunctiuæ, quam vocant determinatam, in eo distinguitur à disiuncta, quam vocant indeterminatam, quod disiuncta exponitur per descensum disiungentem terminos, & non requirentem ad sui veritatem aliquam cathegoricam determinatè veram: at disiunctiuæ exponitur per descensum disiungentem propositiones, requirentemque cathegoricam aliquam determinatè veram. Sic propositio hæc: *Equus requiritur ad equitandum, exponitur sic; vel hic equus, vel hic equus, & sic in alijs requiritur ad equitandum,* quod ad sui veritatem non requirit aliquem equum determinatè, & singillatim acceptum ad equitandum requiri; sed impossibilem esse equitationē sine equo. At propositio hæc disiunctiuæ: *Aliquis homo currit, exponitur sic; vel hic homo currit, vel hic homo currit; & similiter in ceteris.* Quod ad sui veritatem requirit aliquem hominem determinatè, & singillatim acceptum currere: ergo si hæc propositio, *Petrus peccabit cras, vel non peccabit cras,* nunc vera est in vi disiunctiuæ altera ex ca the-

thegeticis , quas includit , erit nunc determinatè vera.

23 Respondeo. Ut proposi-
tio disiunctiuæ , etiam in vi disi-
unctiuæ , vt condistinctæ à dis-
iuncta sit nunc determinatè ve-
ra , non semper , & quacumque
præcisione facta requiritur ali-
quam cathegoricam ex his , quas
includit esse nunc determinatè
veram ; sed sufficit , quod illa dis-
iunctiuæ habeat nunc veritatem
cum eo connexam , quod non
sint nunc simul falsæ , quælibet
ex cathegoricis , quas includit.
Itaque propositio hæc : Petrus
peccabit cras , vel non peccabit
cras , est nunc determinatè ve-
ra , quia nunc est determinatè
pugnans cum falsitate tui , ra-
tione necessitatis nunc existen-
tis , quod Petrus peccet ; vel
non peccet cras. Secundo , ve-
ritas huius disiunctiuæ conne-
xa est cum eo , quod non sint
istæ duæ simul falsæ * Petrus
peccabit cras. Petrus non pec-
cabit cras. * Quia veritas eius
disiunctiuæ excludit , quod cras
simul deficiant peccatum Pe-
tri , & negatio talis peccati ,
prout necesse erat ad hoc , vt
essent simul falsæ. Tertio. Dicta
sufficiunt , vt ea propositio disi-
unctiuæ sit vera in vi disiun-
ctiuæ , vt condistinctæ à dis-
iuncta : nam veritas disiunctæ
permittit , vt simul sint falsæ
propositiones omnes determi-
nanties subiectum , quod inde-

termiuatè supponebat. Sic fal-
sæ simul sunt omnes istæ : *Hic*
equus requiritur ad equitandum;
Hic equus requiritur ad equitan-
dum, &c. Tandem. Veritas illius
propositionis disiunctiuæ : *Pe-*
trus peccabit cras ; vel non pec-
cabit cras , tametsi inferat præ-
dictas cathegoricas , non esse
nunc simul falsas ; non tamen
infert , aliquam illarum seorsim
sumptam esse nunc determina-
tè veram : quia neque infert esse
nunc peccatum crastinum ; ne-
que esse nunc negationem re-
mouentem peccatum à die cra-
stino , neque esse nunc aliquid
determinatum ad existentiam
peccati crastini ; neque esse nunc
aliquid determinatum ad existen-
tiæ prædictæ negationis.

24 Obijcies septimo plura
exempla , quibus ostendi vide-
tur , posse denominationem
præsentem constitui per aliquid
non præsens . Primum exem-
plum est , quia duratio hodier-
na nunc denominatur prior cra-
stina : duratio enim hodierna ali-
quando denominatur sic prior ;
non autem cras , quia iam tunc
præteriit : ergo nunc At nunc ni-
hil habet de præsenti , quo prior
constituatur ; prior enim consti-
tuitur ab eo , quod succedat di-
ratio crastina , quæ non incedit
nunc ; sed postea. ¶ Huic ex eplo
respondeo , durationem hodier-
nam esse priorē duratione crastinæ
denominationemque prioris

phy.

physicè sumptam in esse rei non est nunc; sed partim nunc, partimque postea; denominatio nem autem prioris in esse veri dari nunc. Prima pars responsio nis explicatur: quia cum duratio hodierna sit illa, ad quam luc cedit crastina, est illa, quæ prior est duratione crastina. Secunda pars explicatur: quia denominatio prioris in esse rei stat in eo, quod nunc existat duratio hodierna, idque datur hodie; & existat postea duratio crastina, idque datur cras. Recolantur, si placet, quæ diximus circa futuritionem disp. 10. Tertia pars explicatur ex dictis eadem disp. quia predicta denominatio prioris in esse veri consistit in eis durationibus, quatenus unam esse post aliam cognoscitur iudicio vero: atque id nunc cognoscitur à Deo, & ab alijs cognoscentibus, quæ in suo iudicio se conforment cum iudicio Dei. Similē solutionē fere omnibus alijs exemplis facile applicabimus.

25. Secundum exemplum est; quia Pater creatus denominatur nunc Pater ratione generationis nunc præteritus. Domus hæc denominatur nunc antiqua, non præcisè à duratione, quam nunc habet; sed à præteritis, quas ha buit: sicut homovita functus denominatur nunc præteritus, nō præcisè, quia nunc nō duret; sed etiam ex durationibus antec edentibus ipsius, quæ præterierunt,

Hæc tribus exemplis eodem modo respödetur, nimirū, Patrē creatum, hanc domū, hominē vita functū nō habere nunc denominations Patris, antiquæ, & præteriti sumptas in esse rei. Nam ille sic sumptæ consistunt in aggregatis ex entitate Patris, & generationis: ex entitate domus durantis nunc, & durationibus præteritis: ex nō duratione talis hominis nunc, & ipsius durationibus præteritis: & hæc aggregata non existunt nunc physicè in se ipsis. Quia tamen existunt in mente Dei serissimè iudicantis talia aggregata dari, partim in tali, & partim in tali alia differētia temporis, ideo Pater creatus, hæc domus, hic homo vita functa denominatur nūc de præsenti, sūptis denominationib⁹ in esse veri, Pater. Antiqua. Præteritus. 26. Alia exēpla sunt. Quia peccator denominatur nunc odio diuino dignus à peccato præterito non condonato. Petrus remuneratione dignus à merito præterito non cōpenſato. Obligatus à lege præterita non reuocata, & à voto præterito nō relaxato. Imago Christi infantis denominatur nunc bona ab accidentibus præteritis infantibus Christi cōfentaneis imagini. Quibus exēplis respondeo. Id quod, peccatore, hominē merentem subditū obligatū, voulē oblitū, denominat nūc tales (sūptis denominationib⁹ in esse veri) sūptis pecca-

peccatum præteritum non condonatum, meritum præteritū, lex, & votum; non ut existentia physice in se ipsis, cùm sic non existant nunc; sed, ut moraliter, & intentionaliter existentia in mente Dei verissimè iudicantis peccatum in tali differentia temporis esse commissum, & nondum esse condonatum, similiusque in alijs. Vbi notare est aliud esse, quod peccatorem denominat odio dignum, merentem dignum præmio, subditum & videntem obligatos. Et aliud existentia, qua tales denominationes exhibent nunc. Quid denominat, est peccatum, meritū, lex, & votum; non tamen denominant secundum existentiam physicanam in se ipsis iam præteritam; sed secundum existentiam moralem, & intentionalem præsentem. ¶ Explicatur in causa finali: vbi aliud est, id quod est finis eligendi pharmacum propter sanitatem, talisque finis est ipsa sanitas, & aliud existentia, per quam sanitas causat finaliter sumptionem pharmaci: eaque existentia non est physica sanitatis, & à sanitate indistincta; sed distincta, & intentionalis identificata cum intentione sanitatis. Similiter, quod peccatorem denominat odio dignū, est ipsum peccatum præteritum, & nondum condonatum. At existentia quam habet in statu denominandi hominē habitualiter pec-

catorē, est moralis, & intentionalis in mente Dei verissimè iudicatis tale peccatum esse commissum, & nondum condonatum. Idem proportionatè dicendum est in alijs exemplis: sicut imaginem Christi infantis denominati nunc (denominatione sumpta in esse veri) bonam imaginem Christi infantis, sumitur ab accidentibus præteritis Christi consentientibus tali iconi, nō prout existentibus nunc physicè in se; sed in mente diuina clarissimè vidente prædicta accidentia in infancia Christi.

27 Ultimum exemplum est. Quia, mobile denominatur nūc determinatum ad acquirendam per motum præsentiam in hoc spatio præ illo ex præterita præsens in spatio immediate propinquo: cui exemplo similiter respondeo, denominationem determinati, vt in hoc spatio acquirat præsentiam, si nunc mouetur, sumptam in esse rei, non dari adæquate nunc; sed partim nūc; partim antea. Nam, sic determinatum esse, si loquamur in esse rei, stat in eo, quod hoc mobile nunc existat, idque datur nunc, affectumque sit immediate ante præsentia spatiij immediati, idque datur antea. Denominatio tamen sic determinata sumpta in esse veri datur nunc, quia nunc verè iudicatur à Deo, nunc existere tale mobile, eaque præsentia affectū esse immedia-

tè antea. Fixum ergo maneat. Quod nunc per se ipsum aliquid præstat esse nunc præsens secundum suum esse physicum. Quod si non præstet aliqd , quatenus in se ipso est ; sed quatenus est in alio statu sibi extrinseco morali , intentionali , vel virtuali , præsens erit talis status.

28 Pro complemento disputat. petes. Quid sentiendum sit de propositionibus vniuersalibus de futuro contingente? Significauit satis Aristot. L. C. capit. 8. determinatè falsas esse, quem plures sequuntur. Pater Arrubal disputat. 40. capit. 4. sensit , Aristotel. idem iudicasse de vniuersalibus , ac de singularibus de futuro contingente. Ferendum esse idem iudicium, probatur sic . Nam si ex nunc est determinatè falsa hæc propoſitio: *Omnis homo peccabit cras*: Cum liceat sic descendere : *Ergo hic homo peccabit cras*, & *hic homo*, &c. Similiterque in alijs, determinatè falsa erit hæc copulatiua : ergo determinati ve- ra hæc disiunctiua contradicens: *Vel hic homo*, nempe *Petrus*, *non peccabit cras*, *vel hic homo*, nempe *Paulus*, *non peccabit cras*. Cum ergo , iuxta regulas dialectica, disiunctiua hæc nequeat esse vera , quin aliqua ex cathegoricis, quibus conflatur sit determinate vera , certè cum tales cathegoricæ sint propositione-

nes singulares de futuro contingenti , tales propositiones singulares erunt determinatè veræ. ¶ Explicatur idem in vniuersalibus negatiuis. Si enim ex nunc est determinatè falsa hæc negatiua: *Nullus homo peccabit cras*: ergo cum liceat sic descendere : *Ergo neque hic homo*, nempe *Petrus*, *peccabit cras*, *neque hic homo*, nempe *Paulus*, *peccabit cras*, &c. Iam nunc erit determinatè falsa hæc copulatiua : ac per consequens determinatè falsa erit aliqua propositio singularis de futuro contingenti , ex illis propositionibus , quibus talis copulatiua cōponitur.

29 Probabile tamen est cum Philosopho , iam nunc esse determinatè falsas prædictas vniuersales de futuro contingenti contingentia æquabili , vel quasi æquabili ad utrumvis oppositorum. Probabile in quam est, iam nunc esse determinatè falsas has propositiones: *Omnis homo constituendus cras equaliter indifferens ad peccandum*, & *non peccandum peccabit*. Ponimus plurimos homines constitudos esse sic indifferentes: *Nullus ex his hominibus peccabit cras*. Ratio mihi est. Nam omnis aliquid enuntians , eo ipso enuntiat , saltem implicitè , non esse necessitatem moralem , ut talis enuntiatio non conformatur cum obiecto . Nam , im-

T pilci-

plicitè saltem , sentit se dicere verum , & consequenter non esse fundementum adeo conne-xum cum negatione diceari ve-
rum , vt nullus homo rationis compos indicare posset stante eo fundamento tale dictum es-
se verum , cumque moralis ne-
cessitas stet in eo fundamento , enuntiat , implicitè saltem , non dari talem necessitatē mo-
ralem : ergo prædictæ vniuersales sunt nunc determinatē falsæ . Probo consequentiam . Qui nunc enuntiat omnem illū hominem æqualiter indifferentem ad utramque , peccaturum esse cras , simul dicit implicitè , non esse necessitatē moralem , vt aliis , vel aliis , vel aliis ipsorum non peccet in eo casu . Deinde , qui nunc enuntiat , nullum ex illis peccatu-
rum esse cras , simul enuntiat , non dari necessitatē moralem , vt aliis , vel aliis ipso-
rum peccet cras , dato casu talis indifferentia . At ex nunc talsum est , non dari tales ne-
cessitates morales : quia nunc , & semper necesse est , vt possit pluribus hominibus æqualiter indifferentibus ad peccan-
dum , & non peccandum , non omnes uniformiter se derer-
minent ; sed alij ad peccandum ; & alij ad oppositum : ergo præ-
dictæ vniuersales iam nunc sunt determinatē falsæ .

30 Vnde fit primo , hanc

propositionem respicientē plu-
rimos homines constituantos
cras æqualiter indifferentes ad
peccandum , & oppositum , &
de illis sic enuntiantem . Quilibet horum peccabit cras , reddit
re hanc sensum : Quilibet illo-
rum peccabit cras , & non est ne-
cessitas moralis oppositi , nempe ,
vt vel aliis , vel alius ex illis non
peccet . Quo fit , sic descensum
faciendum ab illa : Hie homo ,
nempe Petrus , peccabit cras , &
hic , nempe Paulus , peccabit cras ,
& sic in alijs , & non datur præ-
dicta necessitas . Qua propter hec
copulatiua erit determinatē fal-
sa ; & disiunctiua contradicto-
riæ determinatē vera ; talis au-
tem disiunctiua est hæc ; Vel
Petrus non peccabit cras , vel Pa-
lus non peccabit cras , & sic in
alijs ; vel datur prædicta moralis-
necessitas . Hæc autem disiunctiua
est determinatē vera , ex
determinatione veritatis huius
cathegoricæ : Datur prædicta
necessitas moralis . Non autem
ex determinata veritate alte-
rius ex cathegoricis , quas inclu-
dit , quæ sunt propositiones
singulares de futuro contingenti . Vnde patet ad obiectio-
nem primam ex num . 28 . qj Fit
similiter secundo , hanc propo-
sitionem respicientem eosdem
homines pro subiecto , & de illis
sic enuntiantem : Nullus ho-
rum peccabit cras , esse determi-
natē falsam ; quia reddit hunc
sen.

sensum: Nullus horum peccabit eras, neque datur necessitas moralis oppositi. Ex qua propositione sic descendendum est; Ergo neque Petrus peccabit, neque Paulus similiter, & sic in alijs, neque datur necessitas moralis oppositi; nempe necessitas, ut alius, vel alias ex illis peccet eras. Hæc autem copulatiua determinatè falsificatur, quia datur prædicta necessitas; disiunctiva autem ipsi cōtradiceas est determinatè vera. Est enim ista; vel Petrus peccabit eras, vel Paulus similiter, & sic in alijs, vel datur necessitas moralis, ut alius, vel alias peccet eras. Hæc autem disiunctiva est determinatè vera, quia prædicta necessitas datur. Vnde patet ad secundam obiectionem ex n. 28.

DISPVT. XIII.

De modis, & medijs, quibus Deus cognoscit futura contingentia absoluta.

Probata est huius cognitionis existentia: explicandus superest cognoscendi modus.
(::)

CAPVT I.

Placita Theologorum.

I **S**cientiam diuinā de futuris contingentibus determinatè veram esse sumitur, tum ex modo infallibili ferendi iudicium de ipsis, tum ex medijs quibus innititur diuina mēs, ut tale iudicium ferat. Examinemus hunc modum, & media. Duplicis generis sunt, quæ possint excogitari: alia creata, & increata alia. Circa media creata prima intentio est, Deū cognoscere futura libera in ipsa voluntate creata super comprehensionē à Deo. Sic Pater Molina hic artic. 13. disputat. 14. & 15. & in concordia disputatione 49. quem sequuntur Pater Becanus cap. 10. quæstione 7. & quidam Recentiores, cui sententiæ reliqui omnes Theologi ex Thomistarum, Scotistarum, Societatisque Scholis refragantur. ¶ Secunda sententia est, Deum cognoscere futura libera in suis causis proximis, quatenus physicè prædeterminatis ad ipsa per creatam præmotionem essentialiter connexam cum eis euentibus, & quantum ad suam existentiam à voluntate nostra incutabilem. Sic censem Bañez hic art. 13. dub. 1. Alvarez de auxilijs

T 2 lib.

sibī. 12. disputat. 12. Machini. disput. 32. Cornejo hic disput. 2. dub. 8. & communiter omnes Thomistæ RR. ¶ Tertia sententia est Bellarm. lib. 4. de grat. & lib. arbitr. docentis, ut probabile, Deum in nostra voluntate videre nostros actus futuros, quatenus perfectè cognoscit omnem propensionem, totum ingenium nostrum, omnia, quæ in singulis deliberationibus possunt illi occurtere, quidque congruentius, & aptius sit, ut nostrum animum moueat. Consonant Durandus distinct. 38. quæst. 2. Argentinas dist. 40. artic. 2. & Pater Granad. disput. 4. sect. 4. Quatenus sit in voluntate moraliter determinata ad actum, cognoscere Deum certitudine metaphysicè infallibili euentum ad quem moraliter determinatur. ¶ Quarta sententia est Pat. Valent. 1. part. quæst. 14. artic. 13. punct. 3. Rainaud. in disciplina morali. Ferdinandi Salazar tom. de Concept. Coninch. de sacram. quæstion. 77. artic. 1. Albert. in Coroll. & nouissime Francisc. de Lugo disputat. 32. capit. 4. & 5. nolentis tamen numer. 26. plenum assensum præbere: nempe Deum cognoscere actum liberè futurum in applicatione prævia voluntatis ad ipsum, per quam voluntas liberè se determinat ag illum, quia obinde realiter,

& physicè immutetur; sed ad summum virtualiter, & moraliter. ¶ Quinta sententia est, quam, ut probabilem tuetur Bellarm. libr. 4. de grat. & lib. arbitr. capit. 16. nempe Deum cognoscere nostros actus libere futuros, in motione, & applicatione diuina, per quam voluntas creata mouetur, & applicatur ad ipsos dependenter à prævia determinatione negativa ipsius voluntatis creatæ sicut sententia moueri à Deo, siue non resistentis motioni diuinæ.

2. Circa media existentia in Deo. Prima sententia est, Deum cognoscere futura in essentia sua, posito decreto tanquam conditione, ut in essentia cognoscantur. Sic sentit Pater Dadius Ruiz disputat. 24. & 25. loquens de scientia actus liberi absolute futuri, & disputatione 73. loquens de actu libero sub conditione futuro. Cornejo 1. part. quæstion. 14. artic. 13. disputatione 2. dub. 6. Magister Felix, de scientia capit. 5. difficult. 3. pro se afferens Scotum, Rada, Fabr. Smi sing. Pilof. & alios. ¶ Secunda sententia est; Deum cognoscere futura in idæis ipsorum. Refertur pro hac sententia D. Thom. hic articul. 13. ubi Cajetanus, & Bañez, Diuus Bonaventura in 1. distinctione 39. artic. 2. quæstione 3.

Ale-

Aleensis 1. part. question. 23. meinb. 3. art. 4. Albarez de auxilijs, lib. 2. disput. 14. P. Molin. disp. 15. At quia Cajet. Aluarez, & alij R.R. putant Deum non cognoscere futura in idæis nudi sumptis; sed ut applicatis per decretum efficax, eorum sententia recidit in mox referendam de decreto: ut bene Pater Suar. lib. 1. de scientia futurorum cap. 4. num. 9. At futura non cognosci à Deo in Idæis ipsorum censet P. Suarez. citatus, & cum illo communiter authores nostri sequentes Scotum, quem refert, & sequitur cum omnibus Scotistis Magist. Felix supra, diffic. 4. num. 2. ubi, præter Scotum, Rada, Fabr. Smisig. Pilot. Cordua, refert Durandum, & Nominales.

3 Tertia sententia est, Deum cognoscere nostros actus liberos futuros in decreto efficaci sua voluntatis. Ea ramen sententia multiplex est: Nam alij volunt cuncta futura libera cognosci in decreto antecedenti, & efficaci, quod ipsa præfinita siue quoad omnes circumstanrias, vt præfinit actus bonos, siue quoad omnia physica, vt præfinit malos: & hi authores constituant hoc decretum ita antecedens, & independens ab omnilibero vsu voluntatis creatæ, vt sit prouersus ineuitabile, quoad sui existentiam à voluntate creata. Sic in præsenti Ca-

ieten. Bañez, Albeda, Nazarius, Zumel, Martin. Cornejo, Carmell. Salmant. Marcos Serra, Ioan. à S. Th. Aluarez lib. 2. de auxilijs, disput. 1. Ledesm. disput. de scientia futurorum, dñb. 3. Gaspar Ram. relect. 2. de infallibilitate cognitionis diuinæ, & communiter nouiores Thomistæ. Pro quibus stant plures Scotistæ. ¶ Alij volunt hoc decretum non esse adeo antecedens, & independens ab usu libertatis creatæ; sed vel dependens à nostro consensu libero saltem cōditionatè præuso per scientiam medium; vel non antecedens, sed purè concordans nostrum consensum absolutum. Ita plures perdocti Scotistæ, quos retulimus disputat. 9. de prædestinatione. capit. 1. Tandem alij volunt, non omnes actus liberos efficaciter esse præfinitos à Deo, sed solum bonos; & neque hos omnes, sed solum supernaturales; & aliquos forte naturales honestos; eosque præfinitos esse per prædefinitionem efficacem dependentem à scientia conditionata consensus. Cæterum, qui præsiniti sunt, cognoscuntur in eis prædefinitionibus. Ita Authores, quos retuli disputatione 12. de prædestinatione cap. 1.

4 Tandem alij negant, Deum cognoscere futura libera in prædefinitione efficaci ipsorum,

tanquam in medio conexo cū
ipius; ita Pater Vazquez disput.
63. cap. 2. Pater Herice tractat.
1. disput. 6. cap. 3. Pater Alar-
con tractat. 2. disput. 2. cap. 6.
& communiter discipuli Patris
Vazquez: qui tamen decretum
ciuium, quo futura exequitio-
ni mandantur, vocat causam
remotam cognitionis futurorū,
quatenus, eo ipso quod tali de-
creto exequitioni mandentur
futura pro tali differentia tem-
poris, non possunt, non existe-
re pro eo tempore: cumque di-
uinus intuitus non possit, non
terminari, ad omne illud, quod
pro aliqua differentia temporis
existit, sit planè prædictum de-
cretum aliquo modo causam es-
se saltem remotam, ut Deus fu-
tura cognoseat: & in hoc vlti-
mo, nullū re ipsa potest esse dis-
cendum.

CAPVT II.

Nostra scientia.

Aspero primò. Nul-
lum medium indiffe-
rens ad consensum, & dissensum,
quantumcumque super-
comprehendatur est medium in
quo cognito demonstratur Deo
consensus futurus præ dissensiū,
tametsi re ipsa consensus præ
dissensiū futurus sit. Ratio est.
Nam, vt egregiè Franciscus
Aquinas innumeris mīhi nomi-

nibus commendandus in opere
aureo de scientia media: Quo
magis Deus media indifferētia
ad consensum, & dissensum
comprehendat, magis depre-
hendet ad utrumlibet versatilia,
& ineptiora, vt consensum
montrant præ dissensiū. Nam,
in indifferenti, quatenus indif-
ferenti ad opposita, nequit unū
præ alio discerni: neque indif-
ferens, vt sic indifferens ad op-
posita, potest esse ratio idonea,
præsertim diuinæ menti, vt al-
terius, potius quam alterius exi-
stentia præbeat assensum. Sed
hic non moror. Nam hæc veri-
tas clare conuincit eidem
argumentis, quibus disputat. 8.
cap. 4. à num. 32. ostendimus,
omnipotentiam, si semel abso-
luta ponatur à possibilitate crea-
turarum, non posse, quatenus
sic absolutam, esse nec iū
objectioni, ut Deus ei possi-
bilitati absentiat. Quo sit sen-
tentiam, quæ videtur esse Pa-
tris Molina, nempe Deum in
voluntate creata, tanquam in
medio supercomprehendo cog-
notcere quid ea voluntas factu-
ra sit, esse fallam. ¶ Dixi, que
videtur esse Patris Molina. Non
enim est certa, sapientissimū
hunc Doctorem voluntie mediū
objectioni cognoscēdi nostros
actus liberos esse nostrum abi-
trium. Tuni quia P. Beccanus 1.
p. tract. 1. cap. 10. quest. 5. seque-
tur, & explicat hanc sententiam,
non

non quia nostrum arbitrium sit medium obiectuum cognoscendi tales actus; sed quia diuini acuminis infinita perfectio postulat nostrum arbitrium ita pertingere, ut certò noscat, quid ageret. Tum quia eodem modo Patrē Molinā intelligit eruditissimus noster Fastol. 1. p. q. 14. dub. 9. num. 464. Tum quia P. Lessius fidelissimus Molinā sectator de grat. efficaci cap. 16. citat Patrē Molinam pro sententia affirmāte Deum in se ipsis videre hos actus liberos.

6. Et quidem supercomprehensio arbitrij creati, cui P. Molina insistit, non probat in eo arbitrio creato, tanquam in medio, & ratione obiectua cognoscendi, discerni à Deo, ad quid tale arbitrium se determinaturam sit. Non enim supercomprehensio præstat, quod in medio, ubi discerni nequit vñū præ alio, discernatur vñū præalio: creatū autē arbitriū, ut indifferens ad opposita, mediū est, in quo nequit vñū præ alio discerni. Ad summū ergo supercōprehensio creati arbitrij petit, quod non solum cognoscatur, que cognosci possunt ex vi plenissime, ac perfectissimè penetrādi ipsū; sed etiā quodcūque ab ipso fiet; non tamē, quod hoc cognoscatur in ipsa entitate arbitrij, tanquam in medio, & ratione cognoscendi; sed, vel in ipsa rei veritate; vel in alijs medijs ostend-

dentibus talēm cūtentū præ-alio proditurū esse ab arbitrio.

7. Fit secundò, falsam esse sententiā Bellarm. & Gran. qui, vel semper; vel quandoq; saltē patant, Deū metaphysica certitudine discernere cōlensum libere saturū voluntatis creati in cumulo circūstatiarū physicè præ-currentiū determinationē voluntatis, inducentiūque moralē necessitatē cōsētiēdi. Velenum talis cumulus metaphysicè pugnat cum dissensu, vel nō? Si primū, certe talis cumulus, vel necessitatē metaphysicani affert consentiēdi, proindeq; pugnabit cum libertate cōlensus, & consequenter non erit aptū mediū ad discernendū consensum liberū; vel nullā affert necessitatem antecedentē etiam moralē consentiēdilibere. Quod enim metaphysicè connectitur cum consensu, si est omnino antecedens usum libertatis necessitatē metaphysicam affert; nullam autē, si consequens est. Si talis cumulus nō pugnat metaphysicè cum dissensu, certe, cum non aliter reddat certam existentiam consensus, quam ratione oppositio-nis cum dissensu, reddet illā moraliter certam, non physicè, aut metaphysicè. Quare licet in eo cumulo fundari posset Deus, ut certò iudicet certum esse moraliter voluntatem consensurā; non tamen, ut absolutē iudicet consensuram esse. Tum quia,

Deus esset alioqui, licet non moraliter; physicè tamen, aut metaphysicè, obnoxius deceptioni, ex vi fundamenti obiecti, & in quo ducitur ad ferendum iudicium de existentia consensus. Tum quia Deo, solum est fundamentum iudicandi veritatem aliquam, quod omnimo, dam certitudinem etiam metaphysicam eius veritatis inducit, aliudque fundamentum debile est, ut innatur in illo tanta cognitio. De quo disp. 8. cap. 4. num. 33. vide tract. de prædestinatione, disp. 17. cap. 2. ubi hanc opinionem latius impugnauit, fundamentumque illius euerti.

8. Fit tertio. In diuinis idæis nude sumptis nō discerni à Deo, quid determinatè futurum erit. Nam diuina idæa, secundum varias opiniones stat, vel in essentia diuina, propter à creaturis imitabili, vel in scientia monstrante creature factibiles, vel in ipsis creaturis factibus, ut repræsentatis per tales scientiam. At hæc omnia indifferentia sunt, ut tales, vel tales creature sint, vel non sint determinatè futuræ: ergo non sunt media obiectiva, ut Deus discernat quid determinatè futurum sit. Quapropter vidit optimè D. Thom. quæst. 6. de veritat. artic. 6. Idæas existere in Deo respectu etiam pure possibilium; neque obstat idem D. Thom. question. 2. de vo-

ritat. artic. 6. ubi loquendo de cognitione diuina, ait: Si loquamur de cognitione ex parte cognoscendi, sic cognoscit res in idæa, scilicet per idæam, quæ est similitudo omnium, & accidentaliū, & essentialium. Non, in quam, obstat, nam satis explicat S. Doctor se non velle idæas se tenere ex parte obiecti cogniti ducentis Deum ad cognoscendum, quænam res existant pro sua temporis differentia, sed se tenere ex parte Dei cognoscantis, tanquam representationem, quæ adæquate repræsentat quicquid essentiale, & accidentale dari potest ex parte idæati. Neque obstat idem D. Thom. hic artic. 13. ubi ait, Omnia quæ sunt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia. Non solum ea ratione qua habet rationes rerum apud se præsentes, &c. Nam sensus est, non solum Deum repræsentare omnia, ut possibilia per representationem ipsi Deo intrinsecam circa omnia prædicata possibiliū; sed etiā repræsentare clarissime omnia ut existentia, vel non existentia pro tali, vel tali differentia temporis. Vide Auerham hic fest. 18. in fin.

9. Asero secundo, media quæ metaphysicè, & ab intrinseco sic cum actu voluntatis connectūtur, ut nequeat voluntas existentiam ipsorum vitare, non sunt media, in quibus Deo demostretur existentia libera actus; sed po-

potius cum ipsis actus libertate pugnant: Hanc assertionem defendit tota societas, cui tam adnata est; vt P. Alphonsus Deza, à quo primores nostri Magistri dicerunt, non solum sententia amplectatur; sed etiam in manuscrip. de scientia qæst. 14. artic. 13. fin. eodem argumento probet quo P. Molina, & omnes nostri cum ipso. Probatur breuiter id, de quo partim tract. de prædictis diis, 9. cap. 1. & fusissimè tract. de concordia diuinorum actuum cum libertate creata, quem publicæ luci paramus. Existentia talium mediorū pugnat cum vera potestate omittere amorem: ergo cum vera libertate ad amandum: Consequētia patet; & antecedens probatur; positis eis medijs non est potestas ad ponendam omissionem amoris prout coniunctam cum carentia illorum: ergo neque ad omissionem amoris secundum se. Hæc consequentia probatur, quia ea omission secundum suam essentiam, est diuisa ab amore, ac proinde à medijs cōnexis essentialiter cum amore, quod est secundum suam essentiam esse coniunctam cum carentia talium mediorum. Unde, qui nequit eam ponere, vt ita coniunctam; nequit eam ponere secundum suam essentiam. Antecedens videtur euident, quia deficiente uno extremo, nulla tibi est vera potestas ad po-

nendum aliud, vt coniunctum cum ipso, nisi præstare possis, quod tale extreum existat. At positis eis medijs deficit carentia ipsorum, quin præstare possis quod existat eorum carentia. Nam alioqui iam posses illorum existētiā pro tua libertate euitare. Ergo nihil poteris ponere, vt coniunctum cum ea carentia. Et quidem ex vi nullius principij habes modo veram potestatem liberam imprimendi aliam Pilato, quia talis impresio est essentialiter coniuncta cum existentia Pilati, qui neque nunc existit, neque facere potes quod existat. At disensus non est minus essentialiter cōiunctus cum carentia medijs cōneci cum cōfensi, & neque talis carētia existit, neque facere potes, quod existat: ergo posito tali medio ex vi nullius principij habes verā potestatem ad disensem.

10. Explicatur primò. Vera potestas libera ad aliquod exercitium importat, vel exclusiō nem impedimenti pugnantis cum eo exercitio, vel vim exclusiōnem talis impedimenti. Unde libertas ad peccandum mortaliter importat, vel exclusiōnem iustitiæ pugnantis essentia liter cum peccato mortali; vel vim exclusiōnem iustitiæ. Quomodo enim eris liber ad eam actionem, à cuius exercitio impeditis per impedimentū, quod excludere non potes? At me diūm

dium cum cōsensu connexum,
& cum disensu pugnans est im-
pedimentum ad disensem, cum
nequeat componi cum disen-
su: ergo cum per te libertas ad
disensem non importet exclu-
sionem eius medijs, necesse est
importet vim exclusuam illius.
¶ Explicatur secundò, vt omittam plurima. Nam potestas, vt
non existat consensus, est potes-
tas, vt nulli coexistat, vt patet:
ergo est potestas ad hoc, vt non
coexistat cum prædictis medijs;
ac proinde, ad hoc vt non co-
existat talia media cum consen-
su; sed talia media non coexiste-
re cum consenu, est vel talia
media non existere, vel exis-
tere cum carentia cōsensus. Cum
igitur potestas ad non consen-
tiendum, non sit vt talia media
existant cum carentia consen-
sus, quod omnino implicat, pa-
tet esse potestatem, vt non exis-
tant ea media. Hec tetigisse suf-
ficiat, de quibus fusissimè locis
citat.

11 Hinc fit primò, Deum nō
cognoscere futura libera in de-
creto efficaci, prout à nouiori-
bus Thomistis, & quibusdam
Scotistis ponitur. Nam, ab illis
ita defenditur, vt sit ab intrin-
seco connexū infallibiliter cum
consentu; & non sit euitabile
quoad suam existētiā, pro no-
stra libertate. At huiusmodi de-
cretum tam abest, vt sit mediū
idoneum ad discernendum in

ipso consensu liberum, quod
potius cum ipsius libertate pug-
net. Ergo. Fit secundò, Deum nō
posse cognoscere effectus libe-
ros, vt determinatē futuros in
volūtate creata, vt ad ipsos præ-
determinata à Deo. Nam hæc
prædeterminatio, quām nouio-
res Thomistæ defendunt, est im-
pulsus voluntati impressus ante-
cedenter ad existentiam sui cō-
sensus, essentialiter connexus cū
consensu, & ineritabilis quoad
sui existentiam pro libertate vo-
luntatis: & iam vidimus, omnia
qua sint huius generis pugnare
cum libertate consensus. Et qui-
dem pro hac parte stare D. Tho.
multis argumentis efficacibus
probaui tract. de auxilijs, proba-
turus iterum tract. cit. de con-
cord. manifestisq; authoritatib.
S. Doctoris probari fatetur Ra-
phael de Auera (est. 17. concl. 2.
plural loca citans, & pro eadem
afferens veritatem Capreol. His-
pal. Caiet. Ferrar. & alios tam
Thomistas, quām reliquos Theo-
logos.

12 Nunc breui sufficiat vñ;
vel alterum locum attingere. In
hac i.p. quæst. 23. art. 6. ait: Sed
non omnia qua prouidentia sub-
duntur necessaria sunt. Sed quædā
contingenter eueniunt secundum
conditionem causarum proximaru,
quas ad tales effectus diuina prou-
identia ordinauit, & tamen prouid-
antie ordo est infallibilis. Vbi
expendo, ideo adnotatum esse à

D

D. Tho. prouidentia ordinem infalibilem esse, non obstante contingentia causarum proximarum, quia difficillimum est compone-re diuinam prouidentiam con-sequi infallibiliter effectum, & ad consequuntionē preparare cau-sas proximas indifferentes ad ef-fectum, & negationem effectus. At hęc difficultas prorsus cessa-ret, si praparatis aliquibus cau-sis proximis huius conditionis, adiungatur alia causa proxima, vel conditio praevia, quomodo-libet loqui placat, non indiffe-rens ad effectum, & carentiam effectus, sed natura sua conne-xam essentialiter cum effectu: ergo talem causam, vel condi-tionem praeiam non agnouit D. Tho. Videndus rursus in pri-mo dist. 38. art. 2. in corp. ad 2. ad 5. & 6. vbi ait: *Cursus fortis secundum quod est in potentia tan-tum, non erat subiectibilis certitu-dini diuine scientie. Si enim Deus vidisset ipsam causam, & non vi-disset immediate effectum in esse suo, nunquam potuisset ipsum cire.* Vbi nota, non inuenire D. Tho. medium in quo certo sciature ef-fectus liber independenter ab eo, quod immeiatē in suo esse sciatur: ergo secundum D. Th. in nullo praevio ad effectum ip-se effectus liber scitur indepen-denter ab eo quod in se ipso immeiatē, vel absolutē, vel con-ditionatē saltem sciatur.

13. Neque obstat D. Th. Tum

hic art. 13. dicens; Deum cog-noscere omnia contingentia, no-solum prout sunt in suis causis; sed etiam prout unumquodque eorum est actu in se ipso. Tum 2. 2. quæst. 171. artic. 6. vbi ait: *Deus intuetur effectus contingentes futuros, ut sunt in suis causis determinatis.* Tum primò con-tra Gent. capit. 67. num. 13. *Ex causa contingenti completa, si non impediatur certitudinaliter posse cognosci effectum.* Non obest in primo loco, nam tantum vult, non solùm Deum cognoscere effectus contingentes, quatenus in suis causis habent possibilitatē ut sint; sed etiam, quatenus in se ipsis habent actualiter esse. Non in secundo loco, vbi non ait: *in suis causis determinatis, ut transcribit Alvarez, sed præcisè in suis causis:* Ideoque sensus est in suis causis cognoscere possibilitatē ipsorum, siveque cognoscere certō, & infallibiliter ex parte a-ctus, quod ex talibus causis sic, vel sic dispositis possit prudēter coniici talē, vel talem euentum fore sequendum. Non in tertio loco, vbi teste Ferrara 1. contra gent. cap. 67. Loquitur S. Do-ctor de causis naturalibꝫ, quæ ab effectus causatione possunt im-pediri (ideoque vocantur causæ contingentes) superuenientibus alijs potentioribꝫ. Sic saxe, quod deorsum descendere nititur, im-pediri potest fortiori vi detentū. Sensus ergo S. D. est, has causas à for-

fortioribus non impeditas fundare physicam certitudinem de subseguitione effectus. Mitti plura, quæ magnam partem tractatum, quos citauimus occupat.

CAP. III.

Concluditur explicatio nostræ sententiae circa cognitionem Dei mediatam futurorum contingentium.

14 **A**sso tertio. Admitte da non est applicatio prævia voluntatis ad amorem liberum, quam post Val. & alios protegit Franciscus de Lugo. Probatur. Tum quia inutiliter ponitur, ut supereretur difficultas de cognitione diuina futuri liberi. Quia eandem difficultatem patiuntur aduersarij in ea applicatione nostræ voluntati libera: an Deus cognoscat illâ in se ipsa, an in suo decreto, vel in alijs me dijs? Tum quia talis applicatio non est actus voluntatis distinctus ab ipsa voluntate. Deinde non identificatur cum ipsa voluntate. Non primum, quia aliquin ad eam applicationem prærequitetur alia, & sic sine fine. Non secundum, quia voluntas non est separabilis ab identificato secum, est autem separabilis ab applicatione libera ad amorem. Item hæc est defectibilis pro arbitrio voluntatis; secus voluntas ipsa. Præterea, applicatio

libera voluntatis ad malum, est peccatum; secus facultas volendi. Quæ prædicata si in creatis non sint satis ad distinctionem realem, quæ sufficient? Tum quia per illam applicationem, & determinationem, qua voluntas applicat, & determinat se ad amorem, amat ipsum amorem: si enim per aliquod prærium ad amorem se libere determinare ad amorem, non est amare amorem, quid erit hunc amare? Considera amorem reflexum amoris, & nullo titulo inuenies esse amorem amoris, quo talis applicatio non sit amoris amor. Si ergo voluntas per prædicatum secum identificatum amat amorem, nullo præcedente determinatio prævio; cur similiter non amabit obiectum decretum? Tum quia indifferentia, quasi passiva voluntatis, ut denominetur, vel applicata ad amore, vel ad odium, determinatur immediate ad applicationem ad amorem per ipsam applicationem, non per aliquod prærium se habens ex parte indifferentia passiva: ergo similiter indifferentia activa determinari poterit per ipsum exercitium attingandi.

15 Obijcit Franciscus de Lugo (apud quem videri posunt pro nostra sententia nonnulla alia, à quibus impedite se expedire) i. Clementem Romanum lib. 3. recognitionum, duni definit liberum arbitrium, est sensus

fus animi habens virtutem, qua spolit ad quos velit actus inclinari: ergo non solum ad obiectum per amorem ipsius inclinatur, sed ad ipsos actus per applicacionem praeuiam ad ipsos 2. opponit D. Tho. cap. 3. de malo art. 2. potentem in homine dispositio nem quandam ad recipiendum influxum Dei, & iuxta illam produci actu bonum, vel malum. Et q. 1. de malo, art. 3. dicit non vti regula rationis praetelligi in voluntate ante inordinata electio nem: ergo ante hanc intelligitur voluntas se determinans ad illam per non usum conformem regulam rationis, ut probabile vi sum est Bellarmino l. c. Tertio, ex Coninch. voluntas creata efficit amore, potiusquam odium, quia se liberè applicat ad amore præ odio, non autem contra liberè se applicat ad amorem, quia hunc elicit: ergo antequam hunc eliciat intelligitur se liberè applicare ad illum. Quartò causa necessaria indifferens ad agendum diuersimodè, nempè intē sius, vel remissius, determinatur ad agendum hoc modo præ illo, ex præuis circumstantijs extrinsecis, v. g. ex propinquiori, vel distantiori praesentia passi: ergo cum causa libera differat à necessaria, quod illa ab intrinseco per suam libertatem se determinat ad operandum hoc, præ illo modo, certè præuiè determinabitur ab intrinseco ob suam

libertatem, sicut causa necessaria præuiè determinatur ab extrinseco.

16. Quinto. Voluntas eliciens amorem non se exercet, quatenus est actua odij, sed quatenus actua amoris: ergo, ut priori potius, quam posteriori modo se exerceat, assignanda est ex parte actus primi applicatio ad amorem præ odio. Sexto, omnipotentia diuina indifferens ad producendum, & non producendum hominem, non potest adhuc diuinitus determinari ad productionem, nisi ex parte actus primi præcurrat libera voluntatio productionis: ergo voluntas creata indifferens ad producendum, & non producendum amorem, nequit determinari ad productionem, nisi ex parte actus primi præcurrat libera determinatio, & applicatio ad amorem: quia veritas antecedentis descendere solum potest, ex eo quod semper verum est à principio actiue indifferenti procedere non posse determinatam actionem, quin præcedat ex parte actus primi determinatio ad ipsam. Nā, vt causa efficiens eliciat hanc actionem præ illa, necessarium est detur ex parte causæ talis actionis ratio aliqua eliciendi hanc præ illa. Cū igitur ea ratio se teneat ex parte causæ, se tenebit ex parte præcedentis ad hanc actionem: ergo, ut nostra voluntas eliciat amorem præ odio,

nes-

necessarium est, detur præuiè ad productionē amoris ratio determinans ad eliciendū amorē præ odio. Ultimò; nā, vt Deus cum nostra voluntate concurrat ad amorē præ odio, debet aliquid præuidere ex parte voluntatis, quo moueatur, vt ad amorem, potius, quā ad odiū cōcurrat. Hoc autē solum esse potest præ via detarninatio, & applicatio nostra voluntatis ad amorem præ odio. Ergo, &c.

17 Hæc argimēta non sunt firma. Ad primum dicendum primò. Potest eodem modo probari voluntatem inclinari ad amorem per amorem amoris, si-
cut ad obiectum per amorem obiecti. Quod negare debet Re-
centior iste, ne perugeatur ex
num. 14. Secundo respondeo ex
dictis tract. de act. hum. disp. 2.
per ipsum exercitium amandi
immediatè liberum inclinari vo-
luntatem, & ad obiectum, & ad
amorem ipsum liberum; diffi-
cultates autem contra hanc af-
fertionem soluimus ibi. ¶ Ad
secundum ex B. Tho. respōdeo,
S. D. tantum ostendit Deū con-
currere ad nostras actiones libe-
ras, prout nostrum arbitrium
vult, & eligit, nempe intense, vel
remissione amando, vel odio habē-
do, prout arbitriū eligit intēsi-
nem, remissionem, amorē, vel
odium: nec quidem per electio-
nem præuiā, & distinctā ab ipso
exercitio, & actu secundo liberi-

arbitrij; sed per iđentificatā cum illo, vt ibi explicui. Ad eum fere modum, quo habitus charitatis influit in actū prout volūtas eli-
git: & quia actus, vt electio sui
intelligitur quodāmodo à nobis
tanquā prior se, vt electio, & fa-
cto; ideo talis electio dicitur à D.
Th. dispositio ad actū. Ad aliud
respondeo, non tam plenè asse-
rens, quām suspicans id, de quo
distero tract. de peccatis: D. Th.
fortan velle ante inordinatā ele-
ctionē sumptā pro termino pro-
ducto, & prædicto physica perfe-
ctione profecta à Deo præire a-
ctionem quamdā defectiuā volū-
tatis creatæ, nullius physicæ per-
fectionis procedentē, seu quasi
procedentē à nera libertate de-
fectibili; quæ quidein actio tatis
aptè ob nullitatē perfectionis,
terminis potius remotiuis per-
fectionis, vt non usus regulari-
rationis, quam positiuis exprimi-
tur. Hæc tertigis sit satis.

18 Ad tertium, cōcessio antece-
dente, cōtinguo cōsequens. An-
tere ipsa, vel ratione noītra, con-
cedo, re ipsa tantū, nego. Dupli-
citer se determinare potest volū-
tas ad exercitū amandi. Primum,
per actū realiter priorē, vt acci-
dit in amore efficaciter impera-
to, & tūc determinatio, & appli-
catio ad exercitū amādi præce-
dit realiter ad illā. Secundò, per
ipsum exercitū amādi, quod sic
immediata determinatio volū-
tatis ad ipsum, & tunc eiusmodi

excer

exercitiū ob aequualētiā ad duplē actū, alterū determinan-
tem, & alterū determinatum, est
prius ratione prout priori actui
aequaleat se ipso prout aequialē-
te posteriori. Ad quartum, sicut
causa libera, iuxta aduertarios
potest se determinare ad applica-
tionē liberā ad amorē per ipsam
applicationem, scelulo alio præ-
vio, ita etiā per exercitiū amandi,
præsertim cum ægerimē percipi-
piatur, quomodo se determinet
præuiē ad amorē, & nō per aliū
amorē reflexū, ut dixi num. 14.
Quovia sterne retur insuitō pro-
greñui. Quare discrimē cause ne-
cessariæ, & liberæ est, quod illa
præuiē ad sua actionē determi-
natur ab extrinseco ad operadū;
hæc verò (loquendo in creatis)
ab intrinseco se determinat ele-
ctiuē persuam actionem, ut dixi
disp. 1. de actibus.

19 Ad quintū, transmiso ante-
cedenti, negatur cōsequentia.
Nā satis est se determinet per ip-
sum exercitiū amandi, ut nuper
dixi. Ad sextū: Actiones procedē-
tes ab omnipotētia diuina sunt
Deo perfectissimē liberæ: cōse-
quēter per electionē diuinā voli-
tæ, ac determinatæ, cumq; iplæ
nō sint electiones, & volitiones
diuine, ut patet tract. de volū-
tate, eligūtur, ac determinantur
per electionē ab ipsis distinctam.
Patet autē electionē distinctā ab
actione, & determinantē potē-
riam executricē ad ipsa in præ-

currere ad eamdem (si nō h̄i) hanc
præcedētia obliter volūtas autē
creata per ipsum exercitiū aman-
di, potest ipsum determinare, &
eligere, ut expiicui l. c. vnde nō
est admittēda determinatio præ-
via. Quocirca non est vniuersē
verū, quod adducitur in proba-
tionē cōsequentiae. Ad septimū;
vt causa actionis necessariq; idest
nō exerceuntis immediatē princi-
piū liberū, eliciat eam actionē
præcedit ratio eliciendi cōnexa-
cum elicientia, & ad eam deter-
minans. At vt fluat actio exer-
cens immediatē principiū liberū
v. g. exercitiū amandi præcedit
ratio eliciendi incōne xā cum eli-
cientia, & eam præcisē tuadens,
qualis est bonitas apparet in ob-
iecto, & amore. At octauū. Co-
currit Deus ad amorē præ odio,
nō quia autē quam liberē offerat
cōcursum ad amorē videat ali-
quid ex parte volūtatis creatæ,
vt illū offerat ad amorē, & simi-
le nō videat, vt offerat ad odiū;
sed quia indifferēter offerens ad
vtramlibet, & sua se libertate fa-
ciens determinabilē ab arbitrio
creato, ad quā partē maluerit il-
lud, determinatur ad hoc vt cō-
currat ad amorē, non quidē de-
terminarione prævia ad cōcur-
sum in actu secundo, sed comi-
tate: ad eum modum, quo habi-
tus charitatis determinatur à no-
stra voluntate, vt concurrat ad
actū charitatis; de quo satis tract.
de prædest. disp. 9. & 10.

20. Affero quintò. Prædeterminatio negatiua, quam adstruxit Bellarminus non est vniuersaliter ad admittēda. Probatur. Nā vēl est possibilis pura omissione immediatē libera, vēl non est possibilis, ut ego probabilius cētui tract. de actib⁹. Si nō est possibilis: ergo libera determinatio negatiua ad actum amoris ponitur medio actu voluntatis, ex quo ineuitabiliter infertur, cum autem huic non præcurrat alia determinatio libera negatiua, ne procedamus sine fine, plane sicut determinatio voluntatis incipit ab exercitio positivo inducente determinationem negatiuam ad amorem Dei, ita seclusa determinatione negatiua, incipere poterit ab ipso exercitio amandi Deum. Si autem est possibilis pura omissione immediatē libera (prout requiritur ut subsistat hæc sententia, quæ proinde contra se habet omnes difficultates in puram omissionē immediatē liberam) ergo non resistentia libera voluntatis, siue voluntatis permisso, per quam se finit moueri ad eliciendū amorem connexa cum exercitio amandi, est ipsum exercitium amandi, ac proinde non determinatio prævia negatiua. Probo cōsequentiam.

21. Ea permisso voluntatis connexa cum exercitio amandi nō est præcisè exclusio affectuū positiuorum aduersantiū amo-

ri. Nam his exclusis potest in hac sententia omitti amor: ergo est ulterius exclusio omittendi productionem amoris: sed hoc est re ipsa producere amorem, sicut excludere tenebras est re ipsa producere lucem: ergo, &c. Neque dicas excludi omissionem producendi amorem per aliam purā parentiam huius omissionis. Quia primis parentiarū conceptibus aduerteris, quartū munus non est aliud non esse excludere, sed esse posituum removere. Mitto plura, de quibus alibi, quia nihil ad rem præsentem refert impossibilitatem, vel non existentiam eius determinationis negatiuae persuadere. Tum quia licet sit possibilis determinatio negatiua præcedēs ad productionem amoris, non tamen necessaria. Nam vt voluntas potest immediatē liberē te determinare ad eam determinationē sine alia prævia, ita ad productionem amoris, in quo casu, mediū Deo monstrans productionem liberam amoris, non erit prævia determinatio. Tum quia difficultates eisdem vrgent in modo, quo Deus cognoscit præviā illam determinationem nobis liberam, & quo cognoscit productionem liberam amoris. Si enim illam cognoscit præcisè inse ipsa, dic idem de hac. Si in alijs medijs, ea, quæ pro illa monstranda assignentur, assigna pro hac.

22 Affero sextò. Plurima sunt, in quibus Deus cognoscit actus liberè futuros, tanquam in medijs demonstratiuis. Probatur. Nam hoc non est aliud, seclusis vocibus, quam Deum videre plura, ut infallibiliter cōnexa etiam metaphysicè cum actibus liberè futuris. At plurima videt, ut eo modo connexa: Ergo. Minor probatur. Nam primò, scientiam visionis ipsius Dei, de actibus liberè futuris videt Deus ut connexam metaphysicè cum ipsis. Secūdò: videt Deus ut cōnexum cum consensu liberè futuro hoc aggregatum: Si existat talis vocatio, dabitur liberè consensus, & existit talis vocatio. Ter tio, videt Deus, ut sic connexum cum actu bono liberè futuro de cretum comitans affectiuè efficax requisitum ad existentiam talis actus, quod latè defendi tract. de prædest. disp. 10. Quartò, præfinitiones etiam inten- tiuas dependenter à scientia me dia, quas ibidem protexi disp. 12, demum respectu peccati futuri videt Deus, ut metaphysi- cè connexara cum ipso permis- sione in, si sumatur secundùm totum quod inuoluit, nimirum secundum decretum dandi ho- mini potestatem proximam ad peccatum, & evitatem pec- cati, decretumque negandi omnia auxilia efficacia ad evitandum peccatum, coniunctim sum- tum cum scientia, quod, nega-

tis cōsideri auxilijs, cōmitteretur pec- catum. Contra hanc assertio- nem, nihil est, quod non solui- mus, partim tract. de prædest. defendantes hæc decreta: par- tim in hoc tract. agentes de me- dijs, in quibus Deus, veritates a- lias cognoscit.

23 Displacet tamen, quod ex P. Ruiz, & alijs retulimus cap. 1. nempè solam essentiam Dei esse motuum obiectum cognitionis diuinæ de liberis e- uentibus, positis tanquam con- ditionibus; non tanquam parti- bus essentiaib[us] motiui, præal- signatis modijs. Displacet, inquā, quia sicut ad asserendum veri- tati conclusionis, non est totum motuum vna præmissa separa- bilis à veritate conclusionis, ad- iecta præcise alia præmissa, tan- quam conditione, sed motiuum est vtraq[ue] præmissa simul sumpta, quia hoc aggregatum (non vna tantum præmissa) est, quod inseparabiliter connectitur cum veritate conclusionis; ita motiuum, ut Deus iudicet, quod da- retur noster consensus, non est sola essentia diuina, adiecta præ- cise tanquam condicione, posi- tione talium mediorum: quia nunquam sola essentia diuina est inseparabilis ab ea veritate; sed complexum ex ipsa essen- tia Dei, & illis medijs.

[...]

CAPUT III.

An Deus cognoscat in se ipsis futura libera.

24. **M**edia omnia, quae connectuntur essentialiter cum actibus liberis, talia sunt, ut supponant, vel quasi supponant aliter, quam in ipsis medijs cognosci sufficienter a Deo praedictos actus liberos, vel tanquam absolutè futuros; vel taliter tanquam futuros conditionate. Si enim cognoscat Deus in sua scientia visionis actuum libero-rū reflexe, vel quasi reflexe cognita tales actū liberos, certe, iam hic supponitur per talē scientiam prout directe terminatam ad ipsos praescindendo ab illa re, flexione, cognitos esse sufficienter, vel in se ipsis; vel in alijs medijs. Si autem Deus cognoscat tales ad liberos in decretis cōnexis essentialiter cum ipsis, cum hæc decreta praesuppositam habent; vel saltem comitantem scientiam conditionatam, per quā Deus independenter ab eis decretis cognoscat actus liberos futuros esse sub hypothesi talium mediorum, indifferentium, sit Deum aliter quam in praedictis medijs primario, vel quasi primario cognoscere liberos actus, ad quod respexisse videtur D. Th. (cui nihil imperium) citatus cap. 2. dicens, quod Deus nū-

quam potuisset scire effectum liberum, nisi ipsum vidisset in se ipso immediate. Quærimus ergo. Num Deus praecincendo ab eo quod in se ipso cognoscat existere praedicata cōnexa infalibiliter cum actibus libere futuris, sufficiēter determinatus sit, ut ipsos ab æterno infallibiliter cognoscat, ex eo præcise quod illi exerceantur in sua differētia temporis, supposita infinita intellectualitate ipsius Dei. Quibus terminis praelens quantum proponenda est, ut inutiles de nomine lites refescantur. Agimus nunc de futuris absolutis, atque de conditionatis in seqq.

25. Et quidem, certum est ex disp. 3. praedictos actus liberos, creatos non esse obiectum formale physice motuum diuinæ visionis intuentis ipsos. Nam, ad obiectum physice in otium exiguius ibi vel cognitionem causare; vel intrinsecè conslitare: neutrū inquit competit praedictis actibus relatè ad visionem diuinam: quam obrem, difficultas est in tensu explicato num. 24. An Deus cognoscat in se ipsis eos actus? Negant notiores Thomistæ relati cap. 1. Atfrinat P. Ruiz disp. 29. sect. 1. qui pro se adducit num. 4. & 5. Scot. Fabr. O. Kam. Gabr. Star. Vazq Mol. Valen Fonseca. Læsi. Albertin. Beccan. & alios. Adde P. Arrub. disp. 43. cap. 3. P. Arriaga disp. 20. sect. 4. P. Martin disp. 1. sect. 1. P. Ri-

P. Rihas disp. 5. de sc̄ientia c. 7. P. Frācisc. de Lugo disp. 29. cap. 3. n. 7. & communiter Doctores Societ. Quibus libenter subscribo.

26 Probatur. Eo praeclaris, quod intellectualitas diuina sit infinita, & Petrus cras peccet, Deus est determinatus ad iudicandum ab aeterno Petrum peccare cras: ergo talis determinatio non importat formaliter medium praesens cum peccato conexum, quod va cogitum, debeat ducere Deum ad iudicandum tale iudicium. Consequētia constat, & antecedens probatur multipliciter. Primo, nam illis praeclaris intellectis, non est imprimatur determinatum ex parte obiecti, ut eius tale iudicium ferat ab aeterno. Non ex parte principij: ergo ex nulla parte: & consequenter, illis praeclaris intellectis, diuina mens determinata erit, ut tale iudicium ferat ab aeterno. Nam infinitus intellectualis, ex nulla parte impeditus ad actum, habet aetiam. Prima pars antecedentis patet. Nam, ut Deus dicat ab aeterno, Petrum cras peccare, nihil aliud requiritur ex parte obiecti, quam Petrum peccare cras. Secunda pars probatur. Nam eo ipso, quod intellectualitas Dei sit simpliciter infinita non completeur ex parte principij ab obiecto creato, sed ex se plenissimam habet sufficientiam ad intelligentendum, non dato in rebus impedimento ex parte obiecti: ergo hoc impedimento non da-

to (ut non dati vidimus) eo precise, quod intellectualitas Dei sit simpliciter infinita, nullum est impedimentum ex parte principij.

27 Secundum, eo precisely quod Deus aeternus, sit infinitè intellectualis, habet necessitatē disiunctiū, ut habeat ab aeterno, vel notitiam, qua cognoscat Petrum peccare cras, vel qua cognoscat Petrum non peccare cras: ergo hac necessitate præsupposita, determinatus sufficienter est, ut cognoscat Petrum peccare cras, ex eo praeclaris, quod Petrus peccet cras. Antecedens est certum, nam ex illis praeclaris prædicatis, Deus est necessitatus, ut ab aeterno non ignoret, quid eveniet in tempore: evenierique, vel Petrum peccare cras; vel cras non peccare. Consequētia probatur. Nam, qui necessitatus est, ut ab aeterno habeat alterum ex daobus, determinatus est, ut ab aeterno habeat alterum determinatum præ altero, eo praeclaris, quod impeditur sit, ut habeat alterum. Sed Deus est necessitatus, ut ab aeterno iudicet Petrum peccare cras; vel iudicet, non peccare cras: & eo praeclaris, quod Petrus cras peccet, eti impeditur, ut ab aeterno, iudicet, Petrum non peccare cras. Nam, eo praeclaris, quod Petrus peccet cras, nequit existere ab aeterno cognitione infallibilis, cuiusmodi est diuina, dicens, Petrum non peccare cras: ergo posita prædicta necessitate disiunctum ex

parte Dei , determinatus suffi-
cienter est , vt cognoscat Petru
peccare cras , ex eo præcisè quòd
Petrus peccet cras . Vbi diligēter
nota , Petrum peccare cras , præ-
ciso quolibet alio , non solum cū
eo pugnare , quod cras detur no-
titia infallibilis , ita assérēs Petrus
non peccat cras , sed etiā cum eo ,
quod detur ab æternō talis no-
titia infallibilis . Nā alioquin posset
simul esse verū , & Petru peccare
cras , & ab æternō existere no-
titiam infallibilē dicentē , non pec-
care cras , quod est chymericū .

28 Tertiō . Confirmatur
idem ex ingeniosis R.R. mihi gra-
tissimis . Demus Deum , nō ex-
istente albedine , imprimere fa-
cultati visiuæ speciem claram il-
lius . Tunc sic . Non minus intel-
lectus diuinus propter suam ple-
nissiniam infinitatem comple-
tissimus est , quantum de se est ,
sine obiecti creati iuuamine , vt
cognoscat Petrum peccare cras ;
quā in assignato casu facultas vi-
siua completa est , vt albedinem
videat . At , in assignato casu , po-
tentia visiuæ completa est , vt
nunc non existēte albedine , al-
bedinem videat , tametsi per vi-
sionem fallacem , quia deficit al-
bedinis existentia , quæ ex parte
obiecti requiritur , vt ea visio
non sit fallax : ergo diuina mens
ab æternō completa est , vt ab
æternō videat Petrum peccare
cras : & quidem visione verissi-
ma , quia non deficit cras pecca-

ti existentia , quæ ex parte obie-
cti requiritur , vt ab æternō præ-
dicta visio euadat vera . ¶ Quar-
tō ex eisdem arguo cōsideratio-
ne , quam benē tetigit Cardina-
lis Bellarminus lib . 4. de grat . &
lib . arb . capit . 5. Nam in sacra
scriptura dicitur , Deū scrutari
renes , & corda , & inuestigare
semitas nostras : ex quo , & alijs
scripturæ locis , & ex ipso lumi-
ne naturæ cunctis insitum est ,
difficilius esse cognoscere futu-
ra , quām præsentia , mirabilius-
que esse diuinū acumen in cog-
nitione illorum , quām istorum .
At non ita mirabilius est diuinū
acumen , si Deus præcisè cognos-
ceret futura ex vi habendi sibi
præsentissimum medium obie-
ctuum connexum essentialiter
cum ipsis ; & ea nō cognosceret
alio modo præscidente ab eo
medio præsente . Nam vt prudē-
ter rem perpēdenti manifestum
est , tam facile , parumque mira-
bile est , cognoscere futura in
medio de præsenti existente , ac
de præsenti essentialiter cōnexo
cum futuris , quām benē cog-
noscere hoc medium , ac proin-
de , quām cognoscere præsens :
ergo acumini Dei concedenda
est futurorum notitia , præscin-
dendo ab eo , quòd videat sibi
præsens mediū essentialiter cō-
nexum cum ipsis . Effugia , quæ
parari possunt ijs probationibus ,
præcluduntur solutione argu-
mentorum , quæ iam olīcio .

29 Primo igitur oppones. Praescindendo à medijs diuinis connexis cum futuris contingētibus creatis, deficit cognitioni diuinæ obiectum formale, propter quod iudicium ferat de talibus obiectis: ergo est impedimentum ad talem cognitionē, si non ex parte obiecti materialis; saltem, ex parte obiecti formalis. Antecedens probatur. Nam obiecta creata nequeunt esse obiectum formale diuinæ cognitionis: nam cognitio pendet, specificatur, & accipit suum esse ab obiecto formaliter: nullaque cognitio diuina potest dependere, specificari, & accipere suum esse ab obiecto creato. Deinde obiectum formale iudicij circa futura contingentia nequit esse prædicatum diuinum inconnexum cum futuris: ergo præcito hoc prædicato, deficit obiectū formale prædictæ cognitionis diuinæ. Respondeo. Potest obiectum creatum esse obiectum formale intentionaliter motivum diuinæ cognitionis, iicet non physicè motivum, ut vidimus disp. 3. & disp. 9. cap. 1. ex quo loco constat, obiectum formale creatum intentionaliter motivum, nullā ex imperfectionibus, quas contendit argumentum, cognitioni diuinæ refundere.

30 Obijcies secundō. Quando diuina notitia euadere nequit infallibilis, & vera, nequit

existere, quippe diuina notitia est essentialiter infallibilis. At notitia diuina de peccato craſtino euadere nequit infallibilis ab aeterno, si præscindamus ab eo, quod tunc existat aliquid conexum cum peccato craſtino: ergo in hac præcisione impedita est, ut ab aeterno existat. Minor probatur. Quia notitia non est vera quando neque est obiectū, quo per illam affirmatur, neque aliud connexum cum tali obiecto. At non existit ab aeterno obiectum, quod per illam affirmatur, nempe peccatum craſtinum, neque existit ab aeterno aliquid conexum cum eo peccato, si præscindamus ab existentia ab aeterno talis connexi: ergo in hac præcisione nequit euadere ab aeterno infallibilis. Cætera constant, præter maiorem; quæ tamē vera est, iuxta doctrinam disp. præcedentis. ¶ Cœcessa maiori huius discursus ad minorem dicitur, aliud esse, prædictam notitiam, non posse ab aeterno infallibilem euadere, præciso omni existente ab aeterno conexo cum peccato craſtino; & aliud non posse infallibilem euadere præscindendo ab eo, quod tale conexum sit medium obiectuum; in quo peccatum craſtinum cognoscatur. Primū est verum: quia prædicta notitia nequit ab aeterno infallibilis euadere, nisi detur ab aeterno ipsius notitiae infallibilitas, quæ quidem connexa est cum pec-

peccato crastino. Secundum est falsum: Nam, ut ab aeterno scientia diuina de peccato crastino et adat infallibilis, satis est, quod ex parte peccati crastini, non detur in rebus impedimentatum talis infallibilitatis; & quod ex parte intellectus diuini detur completissima sufficientia, & determinatio, ut non datur impedimento ex parte peccati crastini, se exerceat per notitiam diuinam essentialiter infallibilem. Cum igitur nostra sententia solum sit, Deum esse sufficienter determinatum, ut ab aeterno cognoscatur infallibili cognitione peccatum crastinum, eo ipso quod ab aeterno Deus existit, infinito praeditus aeternitate, deturque peccatum crastinum: & hoc verificari, licet praescindamus ab eo, quod in medio praesenti cognito discernat Deus tale peccatum extitum esse cras, patet. Hanc objectionem non pugnare contra nos.

31. Obiectio tertio. Actus, praesertim bonus, libere futurus non potest existere, nisi Deo discernente, saltem per decretum comitans, existentiam ipsius, ut diximus disp. 10. de praedictis ergo nequit cognosci a Deo, ut existens in sua differentia temporis, nisi dependenter a decreto diuino: ergo talis actus, nequit in se ipso cognosci a Deo, sed in decreto. Concessis primo antecedente, & consequentia, nega-

tur, secunda. Nam aliud est non posse Deum cognoscere talem actum in ipsomet actu, quin simul eadem cognitione realiter loquendo, cognoscatur ipsum aculum in suo decreto; & aliud non posse cognoscere talem actum in ipsomet actu; sed solum in decreto. Primum arbitror verum, nam eo ipso quod cognoscatur existere talem actum, qui sine decreto comitante conexo cum ipso actu nequit existere, cognoscit tale decretum, ut conexum cum actu, ideoque cognoscit actum in decreto. Secundum est falsum: quia sic cognoscit existere talem actum pro sua differentia temporis, ut intellecta praeceps huiusmodi existentia actus, & infinito aeternitate Dei, et si praescindamus ab eo quod Deus cognoscatur tale decretum, sufficiens determinatio detur, ut cognoscatur Deus talem actum existere pro sua differentia temporis: nihilque aliud re ipsa subest his verbis: *Cognoscere actum in se ipso.*

32. Obiectio quartio. Nequit ab aeterno dari denominatio ex parte Dei, nisi detur ab aeterno, quod essentialiter includitur in ea denominatione, praesertim, si vera sunt dicta disp. 12. At non datur ab aeterno peccatum crastinum: ergo tale peccatum non constituit Deum ab aeterno determinatum ad notitiam eius peccati. Confirmatur; vel ratione pecca-

peccati crastini, resultat in Deo
denominatio præcisè determi-
nati cras ad intuitionē eius pec-
cati; vel etiam denominatio de-
terminati ab æterno ad eam in-
tuitionem? Si primum; ergo ra-
tionē peccati crastini, non qui-
dem ab æterno; sed cras, intue-
bitur Deus peccatum crastinū.
Quomodo enim ab æterno in-
tuebitur, & non præcisè cras,
rationē illius, per quod reddi-
tur determinatus cras præci-
se ad intuitionē, & non ab
æterno? Si secundum; peto vi-
terius, an ea denominatio ab æ-
terno existens in Deo, nimirum
determinati ab æterno ad intui-
tionem peccati, distinguatur
adæquate ab ipso peccato, vel
non? Si distinguatur, non erit
peccatum ratio formalis, yndē
sumitur ea denominatio; sed a-
liquid aliud existens ab æterno;
si non distinguatur: ergo in ipsa
duratione æterna, ubi talis deno-
minatio datur, necesse est, detur
ipsum peccatum, quippè necesse
est dari partem essentialiter in-
clusam in toto, in ea duratione,
in qua datur totum.

33 Ad argumentum respon-
deo, concessio toto syllogismo.
Neque enim dico, peccatum cra-
stinum constituere Deum deter-
minatum ab æterno ad intuitionē
peccati crastini. Dico tamen,
peccatum crastinum pro sua dif-
ferentia temporis constituere
Deum determinatum, non so-

lum ad hoc, ut in tali differentia
temporis illud iactetur; sed erit
ad hoc, ut intuenda sit illud ab æ-
terno. Nam, eo ipso quod pe-
ccatum crastinum existat in sua
differentia temporis, datur in ta-
li temporis differe ntia impedi-
mentū, quoniam inus Deus ab æter-
no dicat, Petrum non peccare
cras, idemque est tunc dari tale
impedimentū, ac dari tunc de-
terminationē, vt Deus ab æter-
no dicat, Petrum peccare cras:
quippè Deus ex sua intellectua-
litate infinita necessitatē haberet
ab æterno dicendi unū, vel alterū,
vt supra dicebamus. ¶ Hinc
ad confirmationē respódeo: ra-
tionē peccati crastini, neq; præ-
cise constituit Deū determinatum
cras ad intuendū cras ipsum pec-
catū, neq; determinatum ab æter-
no ad intuendū ab æterno; sed de-
terminatum cras ad intuendū ab
æterno, vt nuper vidimus.

34 Obijcies quinto. Quod ra-
tionē alterius à te distincti iunat,
vt aliquid aliud existat in tali du-
ratione, præfens est in tali dura-
tione, licet nō ratione sui forma-
liter, bene tamē virtualiter, vel
moraliter ratione alterius. Sic fa-
lus desiderata, quæ nunc non est
præfens in te ipsa, & nunc mouet
ad sui desideriū ratione notitia
repræsentantis bonitatem ip-
sius, præfens est nunc in ea no-
titia, virtute cuius mouet ad
desiderium. Sic præterita fa-
cinora militis, quæ iam non

sunt physice praesentia, & tamē nunc mouent Principe ad remunerationem, sicut nodō præsentia in memoria Regis, vi cuius exerceatur modo voluntas remunerandi: ergo similiter, quod ratione sui iuuat, vt aliquid aliud sit in tali, vel tali duratione, est ratione sui praesens in tali duratione. At per nos peccatum crastinum ratione sui ieuat, vt habeat Deus ab æterno intuitiōnem terminatam ad ipsum: ergo peccatum crastinum existit ab æterno. ¶ Confirmatur. Nequit causa per suam entitatem effectum efficere, si per suā entitatem sit quoad durationem per se dimīta ab effectu, pureque posterior eodem. Nam, quis non videat cum lumine rationis manifeste pugnare calorem esse nunc ab igne purè fumero? Ergo nihil potest per se ipsum esse ratio determinans, vt aliud non existat, si per se ipsum sit quoad durationem mere diuisum ab illius existentia nunc, merèque posteriorius eodem. Si igitur peccatum crastinum non sit praesens ab æterno, nullatenus poterit per se ipsum esse ratio, vt ea intuitio ab æterno existat. Sola prior consequentia, quæ difficilis est, vindetur satis vrgens à paritate, quā sic pressius explicō. Sicut calorem existere nunc per causalitatem ignis entitatię, ac physice sumpti dicit entitatē ignis exer-

ceri nunc in causando calorem; ita intuitionem peccati exire ab æterno, per determinationē peccati entitatię, ac physicę sumpti, dicit entitatem peccati exerceri ab æterno in determinanda intuitione sui. Sed illud primum imperceptibile est, sine esse physico ignis pro nunc: ergo secundum impeccabile est sine esse physico peccati ab æterno.

35 Confirmatur secundò à priori. Nam, quod non existit in una duratione, perinde se habet, vt per se ipsum nihil iuuet ad existentiam alterius in ea duratione, ac si nullatenus existaret in rerum natura. Sic ignis non existens nunc, perinde se habet, vt per se ipsum nihil iuuet ad existentiam caloris nunc, ac si nullatenus existaret in rerum natura. Idem dicio de applicatione ignis ad passionē frictę dispositum requisita per se ipsum ad combustionem; idemque apparebit re intime perspecta in alijs exemplis. Ratio autem sumitur ex num superiori, quia nunc existere aliquid per adiutorium alterius, est hoc alterum nunc præstare aliquid conducens, vt illud existat nunc, quod implicat, quia existat nunc, quod nunc per se ipsum eam functionem exercet. Si ergo peccatum crastinum non existit praesens ab æterno, perinde se habebit, vt ni-

hil per se ipsum iuuat ad existentiam eius intuitionis ab æterno, ac si nunquam existeret in rerum natura. Cum igitur nūquām existens in rerum natura, nihil conferret per se ipsum ad existentiam eius intuitionis ab æterno, nihil similiter conferret non existens ab æterno.

36 Ad argumentum respondeo. Potest dupliciter aliquid, vel ratione sui; vel alterius iuuare ad hoc, vt aliud existat *nunc*, v. g. Primo, per modum nunc positivè causantis existentiæ alterius: & quod ita iuuat requirit existentiam physicam *nunc* sui, vel alterius, in cuius virtute causat: est enim per se notum, non causare *nunc* positivè, nisi *nunc* existens. Secundo, per modum remouentis, quod prohiberet existere nunc illud alterū: & quod ita iuuat ad hoc, vt alterum existat *nunc*, non est opus existere nunc. Tum quia peccatum Anti-Christi, quod non existit *nunc*; sed postea, iuuat hoc modo ad hoc, vt *nunc* credam actu infallibili fidei diuinæ, Anti-Christum postea peccaturū. Nam, Anti-Christum peccare postea, remouet non peccare ipsum postea, quod impedimento esset, ad infallibiliter nunc credendum, peccaturū esse postea. Tum quia nihil vetat aliquid, vt postea existens, esse conditionē requisitam, vt alterum existat *nunc*, & consequenter postea re-

mouens sui non esse, remouet postea quod impedimento esset, vt illud alterum existeret *nunc*. Quoniam igitur, peccatum cras existens, iuuat per se ipsum ab æterno, non quidē per modum positivè causantis existentiæ ab æterno talis intuitionis; sed per modum remouentis cras eius peccati non esse, quod impedimento esset, vt Deus ab æterno intueretur cras existere tale peccatum, idcirco tali genere iuuamine conductus ad hoc, vt ab æterno Deus habeat eam intationem, vt non requiratur existere ab æterno tale peccatum; sed sufficiat existere cras. Hinc ad primam confirmationē, confessio antecedente, negatur consequentia. Discremen est, quia repugnat existere aliquid causatum *nunc* positivè ab altero non existente *nunc*: nam implicitorum est accipere *nunc* esse a nō habente esse *nunc*. At nō repugnat aliquid *nunc* existere, subato postea impedimento, vt existat *nunc*: & quia peccatum crastinum, non per causationem; sed hoc secundo modo iuuat, ad hoc, vt ab æterno Deus intueratur ipsum, ideo ex tali iuuamine non infertur existere ab æterno.

37 Ad secundam confirmationē respondeo verum esse antecedens loquendo: de iuuamine per modum positivè causantis *nunc*, non vero loquendo de iuu-

iuuamine per modū postea remouentis impedimentū ad hoc vt alterum existat nunc. Nam quod hoc modo iuuat, nō iuuat faciendo nunc aliquid per se ipsum, sed iuuat remouēdo, quod esset impedimentum ad hoc, vt alterum existeret nunc; & iam vidimus hoc iuuandi genus non arguere nunc existeret, quod tali modo auxiliatur.

DISPVT. XIV.

De presentia futurorum in aeternitate Dei.

IN hac disp. Angelico praeceptore duce, discedam à modo loquendi nouiorum Thomistarū. An discedam re ipsa? Certè non ausim affirmare, vel negare. Dum enim attentius ipsorum scripta in præsenti lego (fateor ingenij mei tarditatē) iam vnius; iam alterius mentis esse mihi videntur. In seq. disp. doринам D. Thomæ. D. August. & aliorum PP. (sanè verissimā, & acutissimam) & quoad rem ipsam, & quoad modum loquendi liberter amplectar. Et quidē, nullo ex nostris authoribus aliqua, prout à nobis explicabitur, discrepantibus quoad rem ipsam, & non paucis conuenientibus, etiam quicad loquendi modum.

CAPVT I.

Placita Theologorum.

IConstatissimum omnibus est futura non coexistere physicè Deo ab aeterno per coexistentiā ad totā aeternitatem Dei ad aquatē sumptā, quatenus existētē in omni duracione successiva. Tū quia ex 1. Genesi. omnia creata incepserunt. At contra inceptionē est coexistere cuilibet durationi, cui potest coexistere aeternitas. Tum quia futura essent futura, vt supponitur; & non essent futura: nō enim est futurum, quod semper est; sed quod non est nunc; & est postea. Secundo, tanquam certissimum ex fide supponunt, huius etiā temporis, Thomistæ, futura nō coexistere physicè ab aeterno Deo, quatenus existentia in sua propria, & ad aquata mensura temporis. Nā, vt existunt ab aeterno, nō incipiunt, vt patet ex terminis. At fide certissimum est incipere, vt constat ex 1. Genesi. In principio creauit Deus, &c. ergo saltem non existunt ab aeterno, prout existentia in sua propria, & ad aquata mensura temporis. Quod igitur in dubium vertitur, (testatibus ipsis nouiorib' Thomistis) est, an futura contingentia tunc primò coexistere incipiatur aeternitati Dei, quando incipiunt existere in sua propria temporis mensura; an vero ab eter-

no

no physicè coexistant aeternitati Dei, non in propria duratione, sed in aeternitate, ut in mensura inadæquatà, & super excedere, id est, non solù coplectente propriâ illam durationē, in qua Petrus v.g. existit; sed reliquas omnes durationes. Hoc secundum cœsent Ricard. Ferrar. Caïet. Bañez. Zum. Ripa. Nazarius. Nauar. Ledetiu. Albeld. Cornejo, quos citant, & sequuntur Diſcalc. Carmel. disp. 8. omitto DD Societ. qui putantur huic sententia suffragari, quos cōmemorabimus disp. seq. ¶ Primū illud tenet P. Valent. in præsenti, punct. 5. P. Suar. lib. 1. de scientia fututorum cap. 7. P. Vazq. disp. 64. cap. 3. P. Arrub. disp. 41. cap. 4. P. Recan. cap. 10. q. 10. P. Herice tract. 1. disp. 6. cap. 4. P. Alarcon tract. 2. disp. 2. cap. 8. P. Merac. tract. de Deo, disp. 24. P. Fassol. hic dubit. 3. P. Mōz̄us in select. P. Gaspar Hurtado Franc. Amico. Martinon. Ribas, & cōmuniter DD. Societ. Apud quos Alensis. Bonauen. Ægid. Aureol. Scot. Durand. & Nominales cū suis Scholis. Qui omnes censem futura nō esse præsentia Deo ab aeterno physicè; sed tantū obiectuè, id est, ab aeterno cognita, non minus clare à Deo, quam si ab aeterno præsentia forent.

2. Tertio loco annumerādus mihi est P. Ruiz disp. 28. de sciētia. sect. 8. vbi ait futura esse præsentia Deo, quatenus pro priori

ad scientiā visionis habent futuritionē realiter præsentē Deo, ratione cuius sunt proximè apta ut cognoscantur secundum esse, quod in tempore habebunt in se ipsis. Quartò Ioannes à S. Th. 1. p. q. 10. §. Nihilominus; vbi affirmat aeternitatē non mensurare immediatè res creatas, supponendo ipsis passiuè productas, & mutatas in le ipsis; sed præcise mensurare illas, quatenus continentur in actione diuina existēte ab aeterno intra Deū: hac enim actio iuxta illum est ipsa aeterna volitio Dei, habēs tēporalē effectū, qui denominatur extrinsecè productus in actu secundo, quatenus dicitur terminus actioris actualiter existētis; quo pacto denominatur etiā extrinsecè existens.

CAPUT II.

Duplex assertio nostræ sententie.

3. **A**ssero primò. Futura cōtingentia non cōexistit physicè Deo ab aeterno. Probatur primò ex D. Aug. serm. 11. de Verb. Apost. vbi ait: *Hab. et Deus electos apud se ipsum, nō in natura sua; sed in præscientia sua:* ergo licet ab aeterno sint Deo præsentes obiectuè, nēpe quoad ipsorum clarā prænotionē; non tamē physicè, nēpe quoad suā naturā. Rursus, lib. 4. de Genes. ad litt. capi. 18. ait: *Res antiquam fierent, erant, & non erant: erant in Dei scientia, non erant in sua natura:* Ergo negat.

negat præsentiam physicam rerum in seipsis, antequam fiant; & cōcedit præsentiam obiectum in cognitione Dei. Omitto plures PP. qui videri possunt apud nos D. Thom. Idemque confirmo sic cum ipsis. Nihil ab æterno coexistit alteri, nisi ab æterno existat. At nulla creatura existit ab æterno physice; nam, ut optimè D. Tho. infra, quæst.

61. art. 2. *Solus Deus est ab æterno: hoc enim fides catholica indubitanter tenet, & omne contrarium est, sicut hereticum refutandum:* ergo nulla creatura coexistit physicè Deo ab æterno. Maior constat: sicut enim coexistentia inuoluit existentiam; ita coexistentia physica ab æterno, inuoluit existentiam physicam ab æterno.

4 Respondent Thomistæ, creaturam non existere ab æterno in aeternitate, tanquam in mensura propria, & adæquata sui: nō enim coexistit aeternitati, prout adæquate complectenti omnia tempora; existere tamen ab æterno in aeternitate, tanquam in mensura aliena, & excedente, quia præsens est creatura toti aeternitati Dei, non tamen totaliter prout ambienti omnia tempora. Sed contra, quia vel creatura existens ab æterno in aeternitate, vt in mensura aliena habet conceptum verum, & proprium existentis ab æterno, vel destruitur iste conceptus per additum illud, vt

in mensura aliena? Si hoc est nostrum intentum. Si secundum, sicut de homine albo potest absolute, & sine addito dici esse hominem, quia hoc non tollitur per album, ita similiter poterit absolute, & sine addito dici creaturem existere ab æterno, quod per fidem non licet, iuxta D. Thom. cit. ¶ Secundo, si ob aliquā ratione creaturæ existeret ab æterno in aeternitate Dei, certè quia coexistunt toti aeternitati Dei, de cuius essentiali ratione est existere ab æterno. Sed hæc ratio nulla est: ergo nulla ratione existunt ab æterno. Probatur minor. De ratione aeternitatis diuinæ est, nulli temporibus deesse, vt fatentur Thomistæ; & tamè creaturæ, quamvis coexistant toti aeternitati intrinsecæ Dei, plurimis tamè temporibus desunt: ergo licet de ratione aeternitatis diuinæ sit existere ab æterno, creaturæque coexistant toti aeternitati intrinsecæ Dei, non inde bene infertur existere ab æterno.

5 Tertiò. Sicut aeternitas diuina est essentialiter ab æterno existens, & nō incipiens; ita duratio hodierna est essentialiter incipiens. Deinde, sicut creatura coexistit aeternitati Dei, tanquam durationi alienæ excedenti, quia talis duratio protenditur ultra durationem Dei; ita Deus coexistit durationi hodiernæ, tanquam durationi diminutæ Dei;

quia

quia talis duratio contrahitur. citra propriam durationē Dei, nimirum eternitatem. Sed Deus coexistens huic durationi diminutę, non habet duplē rationem, aliam incipientis in duratione diminuta aliena, aliā existentis ab aeterno in duratione propria: ergo creatura coexistēs eternitati Dei, non habebit duplē rationem, aliam existentis ab aeterno in duratione aliena, & aliam incipientis in duratione propria. Consequentia videtur certa, maiisque constat ex ipsa propositione terminorū. Minor non negabitur à Thomistis, nam aliqui non magis proprie creaturæ coexisterent Deo physicē ab aeterno, quam Deus physicē incipiat esse hodie.

¶ Quartò, quia iuxta communem viuum existere ab aeterno, si propriè sumatur, vocibusque pro tuo libito non abutaris, excludit inceptionē, ideoq; Thomistæ, ut vidimus num. 1. nolūt creaturas existere ab aeterno in sua propria duratione, quia prout existunt ab aeterno non incipiunt; & prout existentes in sua propria duratione incipiunt: ergo existere ab aeterno est existere nō deficiendo pro anterioribus, anterioribus, & anterioribus durationibus in infinitum. At creaturæ incipientes hodie deficiūt anterioribus durationibus: ergo propriè loquēdo cōpetere nequit ipsis existere ab aeterno.

5. Quintò. Creaturæ prout in propria duratione nullo modo existunt ab aeterno: ergo creatura secundum se nullo modo existunt ab aeterno. Antecedens conceditur à Thomistis, quia creaturæ prout existentes ab aeterno non incipiunt; & prout in propria duratione incipiūt. Cōsequētia probatur. Non minus eternitas infinita Dei simul ex parte sua complectitur omnes durationes futuras, quam omnes creaturas in suis durationibus existētes. Nam aliqui iam aliquid esset futurum in tempore, & non physicē præsens apud Deum ab aeterno, quod negant Thomistæ. At quia simul ex parte sua complectitur eternitas creaturas futuras, ideo dicunt Thomistæ existere illas ab aeterno in eternitate: ergo etiā propriæ durationes futuræ creaturarū existent ab aeterno in eternitate. Cum igitur res prout in propria duratione, nihil aliud importet quā se ipsam, & propriam suam durationem, planè fit, rem prout in propria duratione existere ab aeterno in eternitate.

5. Respondent, ipsam propriā durationem futurorum, Deo coexistere ab aeterno pro *nunc* eternitatis; non vero pro omni *nunc* nostri temporis: Ex his vero non sequitur futura coexistere Deo ab aeterno in sua propria duratione. Ad hoc enim necesse erat.

erat, propriam durationem non solum esse extreum mensuratum ab aeternitate, sicut alia futura; sed etiam esse mensuram coexistentię creaturarū ad Deū, quod propria duratio creaturarum non habet ab aeterno. Sed contra est, nam iuxta hanc solutionem non poterit esse verum, creaturas adhuc secundum propriam durationē incipere simpliciter, & aeternas non esse. Arguo sic. Omne subiectum, quod in *nunc* aeternitatis mensuratur ab aeterno in aeternitate, existit ab aeterno in *nunc* aeternitatis iuxta hos authores. At ipsa duratio *crastina* Petri, pervos, est subiectū quod in *nunc* aeternitatis mensuratur ab aeterno in aeternitate: ergo ipsa duratio *crastina* Petri existit ab aeterno in *nunc* aeternitatis. Tūc sic infero: ergo licet nō aeternitas; sed dies *crastinus* sit spatium in ordine ad quod duratio *crastina* exercet rationē mensuræ, durationisque constituentis Petrum durantem *eras*; tamen ipsa duratio *crastina* Petri non incipit simpliciter, proindeque Petrus, non incipit simpliciter adhuc, quoad propriam durationē. Subillatio patet, illationēq; probō. Quod ab aeterno existit in aliquo *nunc*, nō incipit postea existere simpliciter, quamvis nō aeterna duratio, sed duratio postea adueniens sit illa in ordine ad quam, præstat aetiquam effectum formalem. At

pervos, ipsa duratio *crastina* Petri existit ab aeterno in *nunc* aeternitatis: ergo postea in spatio *crastino*, non incipit existere simpliciter duratio *crastina*, quamvis spatium *crastinum* sit illud in ordine, ad quod præstat effectum formalem constituendi Petrum durantem *eras*.

8 Explicatur. Frequēs est Thomistis defendere, creationē adiuvam, per quam Angelus creature hodie v. g. consilere in aeterna volitione efficaci Dei, quā licet existat ab aeterno; non tamē constituit Angelū *creatum* ab aeterno; sed *creatum* hodie. At prædicta volitio, quia existit ab aeterno in alio *nunc* distincto ab spatio hodierno nō incipit hodie existere simpliciter, quamvis spatiū hodiernum sit primum; vel potius unicum in ordine, ad quod exhibet Angelo formalē effectū creationis: ergo quia propria duratio Petri existit ab aeterno in aeternitatis *nunc* distincto ab spatio *crastino*, nō incipiet *eras* existere simpliciter, quamvis spatium *crastinum* sit primum, vel unicum in ordine, ad quod Petro præstat effectum formalem durantis *eras*.

9 Sextō sicut aeternitas est existere aeternū Dei; ita immensitas existere inmensum. Sed creature existens Compluti, & penetrata localiter cum immensitate Dei, non existit immensè, sed determinato loco cōclusa: erga

ergo creatura existens hodie, & penetrata duratiue cum aeternitate Dei non existit aeternè; sed in duratione respectu ipsius non aeterna. Respondent Thomista cum Albeldi, discrimen esse. Nam immensitas est solum extrema coexistens creaturarū ad Deum; non ratio continendi creaturas: non enim ista dicuntur existere in immensitate Dei. At aeternitas, non solum est extremitas coexistentes; sed etiam mensura, in qua contineatur creature, in illa physice coexistentes Deo. Et ideo, quia nondum existit in propria duratione quod nos, coexistunt Deo ab aeterno in aeternitate, tanquam in mensura superiori, in qua continentur. Sed hanc solutionem puras voces continere nostri authores non imminero iudicare videntur. Nam aeternitatem continere duratiue creature, præcisè est aeternitatem correspondere durationibus ipsarum. At immensitas correpondet ipsarum vocationibus: ergo sicut illa continet ipsas temporaliter; illa localiter. Deinde, quicquid sit de vocibus. Vel creature coexistētia cum immensitate penetrata localiter cum creatura, infert creaturem esse in loco immensè; vel non. Primum conceditis esse falsum, & si verū esset, ex cogitatione frustra disparitates: si secundum: ergo sicut stat creaturem coexistere immensitati pe-

ntrata localiter cum creatura; & non existere immente; ita etiā habbit creaturā coexistere aeternitati penetrata duratiue cum ipsa creatura; & hanc non existeat ab aeterno.

10. Affero secundò. Futura contingētia non coexistunt physice Deo semper. Suadetur conclusio sicut præcedēt. Tum quia, quod coexistit aliui sēper, existit semper. At creature nō existit semper, sed aliquādo existunt; & aliquando nō. Tū quia stat creature coexistere aeternitati existēti semper; & ipsas ideo nō existere sēper, quia aeternitas nō est semper ipsarū; sed præcisè sēper huius ergo ex coexistētia creature cū aeternitate sempiterna nō lequitur ipsarū existētia semper. Antecedens probatur, quia stat creature coexistere immensitatē existēti vbiq; & ipsas nō existēt vbiq; ex eo quod immensitas non sit vbiq; ipsarū, sed sui: ergo similiter &c. Ratio à priori: quia bene stat rē sibi tributre aliquā effēctū formalē; & illū non tributre coexistētibus cū ipsa. Unde aeternitas intrinseca ei sibi tribuit, nō vero creaturis coexistētibus cū ipsa, formalē esse. Itū durandi ab aeterno, semperque in aeternitate, tanquam in propria duratione. Solutiones harū rationum, & impugnationes solutionum cædem sunt, ac tradi- tæ in assertione præced.

11. Contra has assertiones obij.

objiciuntur primo plura testimonia D. Thom. nam primò 1. p. quæst. 14. art. 13. in corp. ait *Vnde omnia, quæ sunt in tempore sunt Deo ab æterno præsentia. Non solum ea ratione, qua habet ratios rerum apud se præsentes, &c.* Sed quia eius intuitus fertur ab æterno super omnia, prout sunt in sua præsentialitate. Secùdò, nam 1. contra Gent. capit. 66. ait: *Quicquid in quacumque parte temporis est, coexistit ab æterno, quasi præsens eidem. Tertiò quia in 2. sent. distinct. 7. quæst. 2. artic. 2. in corp. agens de futuris, ait: Vnde eorū præcognitio solius Dei est, cui ab æterno præsentia sunt.* ¶ Ad primum testimonium respondeo; D. Thom. ibi solum asserere futura Deo esse ab æterno præsentia obiectuè: Agit enim de præsentia, quam illis formaliter dat intuitus Dei, prout fertur ad illa, ut in suo tempore existunt. Neque vrgent iuniores Thomistæ dicentes D. Thom. ibi colligere Deum ab æterno intueri futura, ut præsentia, quia præsentia sunt aternitati, ideoq; iuxta D. Thom. hęc physica præsentia supponitur ad illam obiectuam, quam diuinus intuitus dat. Respondeo namque D. Thom. inferre quidem Deum intueri ab æterno futura ut præsentia. Non quia futura sint ab æterno physicè præsentia Deo, sed quia cognitio diuina æterna est per aternitatem, quæ cum

tota simul existat, ambit totum tempus. Quam rationem optimam esse, videbimus disputat. 16.

12 Ad secundum testimonium respondeo, corruptum esse ab Albelda, qui 1. part. disp. 43. sect. 3. num. 46. legit, coexistit ab æterno, vbi D. Thom. ait, coexistit æterno. Tametsi autem falsum sit, quicquid datur in tempore coexistere Deo ab æterno, quasi præsens eidem; tamen disp. 15. constabit verum esse Deo æterno coexistere, quasi præsens eidem, eo quod aternitas Dei duratio est intrinsecè indistans ab unoquoque tempore. Quin imò D. Thom. fauet ibi nobis, dum inferius ait: *Quicquid igitur per totum decursum temporis agitur, diuinus intellectus in tota sua aeternitate intuetur quasi presens, nec tamen quod quadam parte temporis agitur, semper fuit existens.* Vbi nota, D. Thom. absolute, & sineulla restrictione asserere Deum in tota sua aeternitate intueri futurum ut præsens; & sine nulla restrictione negare existere semper: ergo tam verum est sine distinctione aliena, vel propriæ, adæquatæ, vel superexcedentis mensuræ non existere creature ab æterno, & semper, quam absolute verum est, Deum in tota sua aeternitate intueri illas, ut præsentes. Ad tertium D. Thontū contendit Deo ab æterno creature esse præsentes in præcognitione.

nitione diuina, non quia futura
sint ab æterno præsentia in se ip-
sis, sed quia Deus ab æterno ha-
bet durationem æternam, quæ
præsens ipsius est, etiam non exi-
stentibus ab æterno, ut dice-
mus L.C.

13 Obijcies secundò. Futura
coexistunt æternitati diuinæ: er-
go toti, cū sit indiuisibilis. Coe-
xistere autem toti æternitati, est
existere ab æterno. Confirmatur,
quia existere ab æterno, est exi-
stere in duratione, non habente
principiū, neq; finem. At futura
existunt in æternitate, quæ talis
duratio est. Confirmatur secun-
dò, quia existit futura ab illo in-
stanti, cui sunt præsentia. At sunt
prætentia instanti æternitatis: er-
go existunt ab instanti eternitatis.
Confirmatur tertio, coexistunt
æternitati prout habenti suā na-
turam. At eius natura est semper
existere: ergo coexistunt illi, vt
sempre existenti, quod est exis-
tere semper, & ab æterno. Confir-
matur quartò, res coexistentes
diei hodierno existunt hodie: er-
go futura coexistētia æternitati
existunt ab æterno: Isdē in argu-
mētis probabis existere semper.
Sed hæc probant absolutè, & si-
ne restrictione, res creatas exis-
tere semper, & ab æterno: hoc e-
nim est consequens, quod infer-
runt. Vnde patet nimis probare.
Ad argumentū respondeo, exis-
tere ab æterno creaturam, non
est præcisè coexistere toti æter-

nati intrinsecè Dei; sed durare
per durationem, quæ sit æterni-
tas creaturæ. Simile inuenies in
ordine ad locū in creaturis coe-
xistentibus toti immensitatī.

14 Ad primam confirmatio-
nem. Existere ab æterno non est
coexistere durationi non habēti
principiū, & finē; sed durare per
durationē, non habentē initiū,
quod procul est à creaturis; sicut
existere immensè est præsentari
per præsētiā, quæ sit immēsita,
non præcisè penetrari cū illa. Ad
secundā: rem existere ab aliquo
instanti, non est præcisè esse illi
præsentē, sed inde incipere, iam
creaturæ non incipiunt ab æter-
nitate. Nam cum æternitas non
sit duratio, per quā ipse durat;
neque est prima ipsarū duratio,
prout necesse erat ad hoc, vt ab
illa inciperet. Ad tertiam. Futu-
ra coexistunt æternitati Dei, vt
existēti semper intrinsecè; id est,
vt de se intrinsecè nulli tempori
deficienti, idque est de natura
æternitatis: Inde autem non sit
futura existere ab æterno. Non
tamen coexistunt æternitati, vt
existenti semper extrinsecè, id
est, vt eo existenti huic tempori,
alij antecedenti, & alij in infini-
tum, ac deniq; omni. Hoc autē
non est de natura æternitatis, ad
quam nō pertinet exteriora tē-
poralabi. Ad Quartam, res coe-
xistens diei hodierno, existit ho-
die, quia ex tali coexistētia fit
durare per durationem quæ est

hodierna, orans enim duratio penetrata cum die hodierno dura iuè, est duratio hodierna. Restamen coexistens aeternitati, non eo ipso existit aeternaliter, quia ex ea coexistentia, non sit dura- re per durationem aeternam, sed per durationem penetratam du- ratiue cum aeternitate, quæ non ideo est aeternitas, sicut non est immensitas omnis praesentia ubi- catione penetrata cum immensi- tate. De quo iterum infra.

15. Obijcies secundo. Quod existit ita, ut non habeat nunc in quo existat; & nunc in quo non existat, existit semper. Creaturæ autem existunt in aeternitate, quin ibi sit nunc in quo existant; & nunc in quo non existant, cum aeterni- tas sit indivisibilis: ergo ibi semper existunt. Sed cur non probas similiter rem existentem in hoc instanti indivisibili, nostri tempo- ris existere ibi se. nper. Respon- deo, sicut ego non existo in im- mensitate ubique, quia adhuc non sufficit penetrari ubicatione cum illa, & in ea non esse aliud, cum quod penetrer; & aliad cum quo, non; sed ulterius requiritur, quod extra illam non sit aliud locus, in quo sum praesens; & alias in quo non; ita propter eadem propor- tionalem rationem non exi- sto in aeternitate sem- per. Alia oppor- tunius in- fra.

CAPUT III.

Nonnullæ questiones ad presens institutum pertinentes di- rimunchr.

16 Q Væres primò. An dura- tiones creatæ inter se distantes sint in aeternitate Dei si- mul? Dico primò. Durationes creatæ inter se sunt simul dura- tione in tertio aeternitatis diui- na. Probatur: quia sicut inter se sunt simul, quæ inter se non distat; ita etiæ in tertio aeternitatis diui- na, à quibus hæc non distat. Hec autem non distat à duratione ho- dierna, & crastinav. g. inter se di- stantibus. Quia ut patebit ex di- cendis, ita durat Deus per suam intrinsecam aeternitatē, ut hæc omni diei, quæ existit, existit, vel existeret, sit praesens. Itaque sicut personalitates diuinæ inter se di- stant, & dicuntur indistinctæ in ter- tio diuinæ essentiaz, quia hæc iden- tificatur cum illis; ita durationes inter se distantes dici poterunt simultaneæ in tertio aeternitatis diuinæ, quæ simul est cum ipsis. Et sicut praesentia Madritensis, & Complutensis inter se expeneta- tæ, penetrantur ubicatione in im- mensitate Dei indistante loca- liter ab ipsis, ita similiter in or- dine duratio in durationibus inter se distantibus cum ter- tio aeternitatis diuinæ compa- ratis.

37 Dic

17 Dico secundò. Quamvis prædictæ durationes cum hoc addito in tertio sint simul in æternitate diuina; non tamen absolute. Ratio est. Quia duratio hodierna, & crastina non existunt in æternitate, sine suis essentijs. Ipsarum autem essentia est, quod inter se comparatae non sunt simul absolute; sed constituedo ordinem prioris, & posterioris. Confirmatur. Personalitates diuinæ non sunt in essentia diuina, tanquam simpliciter indistinctæ: quia de ipsarum ratione est simpliciter distinguiri. Similiter præsentia Cöplutensis, & Madritensis non sunt in immensitate diuina, tanquam simpliciter penetratae; quia de sua ratione dicūt expenetrationē: ergo pariter in re nostra. Itaque sicut essentia diuina idētificatur cum personis fine dispensio distinctionis simpliciter inter ipsas: & immensitas diuina penetratur cū prædictis præsentij, seruata impenetratione ipsarum; ita æternitas indistans est à prædictis durationibus, ipsarum distantia persistente.

18 Obijcies. Quæ sunt simul duratione cum tertio, sunt simul duratione inter se. At duratio hodierna, & crastina sunt simul duratione in tertio æternitatis: ergo inter se. Instantias contra obiectiōnē habes num. præced. Respondeo veram esse majorē, quādo tertium propter suam li-

mitationem, non potest esse duratiūè penetratum cum duratiūè distantibus; secus alias. At æternitas diuina propter suā infinitatem penetratur duratiūè, cum duratiūè distantibus; sicut immēritas penetratur vbiacitue cum præsentij localiter distatiibus. Quid re bene inspecta, non est aliud, quā neq; æternitatē, & durationē in hodiernam; neque æternitatem, & durationē crastinam confitituere ordinem prioris, & posterioris, quem tantum constituunt duratio hodierna, & crastina; de quo infra.

19 Obijcies secundò. Ea esse inter se simul duratione, quæ sunt præsentia eidem indiuisibili durationi. At duratio hodierna, & crastina præentes sunt eidem indiuisibili æternitati Dei. Resp. vt obiectiōni præcedenti, maiorem esse fallam, quando ea indiuisibilis duratio propter suā infinitatē penetratur cum durationibus distantibus; & veram, quando nequit ita penetrari. Primumq; habet æternitas diuina. Simile est in immensitate.

20 Obijcies tertio ex Abuensi. In æternitate indiuisibili Dei non est prius, & posterius: ergo in æternitate in intrinseca Dei, nō prius existit duratio hodierna, quam crastina: ergo cum existant in ea æternitate, existent simul. Ex nostris probationibus instantiae in promptu erunt. Respondeo. Tales durationes

non existunt prius, & posterius in æternitate ex parte æternitatis; bene tamen ex parte sui. Primum, quia in ipsa æternitate nō est vna duratio prior, cui respondeat duratio hodierna; & alia posterior, cui respondeat crastina, ne aliquia diuina æternitas diuilibilis sit Secundum, quia in æternitate existunt seruata ipsorum essentia, haec autem est habere prioritatem, & posterioritatem ex parte sui.

21. Quæres secundo. An futura prius duratione existant in æternitate Dei, quam in propria duratione? Nostra conclusio negans est contra PP. Dominicanos. Quibus non solum reliqui ex nostris; sed etia in aduersantur P. Granado supra sec. 2. num. 16. defendens contra Narrete, Patrem Molina, qui nostram conclusionem tuetur 1. part. quæst. 14. art. 13. disput. 13. §. Ad quintum argumentum disp. 14. §. Secunda concl. In concord. disp. 46. concl. 2. quare prorsus n. elatet, quo fundamento dixit Fr. Ioan. à Sancto Thom. 1. part. quæst. 14. disputatione 19. artic. 4. §. Secundo suppono fine, quod videatur Molina varie loquitus. Nam semper constantissimè affirmat, quod dixit D. Tho. nempe ordinem æternitatis ad durationes creatas esse praesentis ad præsens, non ad præteritum, vel futurum ipsi æternitati: Quod verissimum es-

se, videbimus postea. Nunquam tamen cōcedit, quod nunquam concessit D. Thom. sed soli Dominicani noui, nempe prius res creatas esse præentes in æternitate, quam in propria duratione.

22. Probatur primo ex his, quæ Dominicani concedunt, & abolutè negari non possunt. Nam res creatæ non possunt, prius existere in æternitate, quam in propria duratione, nisi ratione durationis præcedentis ad propriam durationem. At in nulla duratione existunt præcedente ad propriam: ergo. Probatur minor. Ea duratio non est æternitas secundum se: nam hec secundum se sumpta non est prior duratione creata: aliqui duratio creata non præsens; sed futura est æternitati secundum se, quod in sequentibus videbimus esse fallum. Deinde talis duratio non est æternitas, ut coexistens durationi præcedenti ad durationem Anti-Christi. Nam hic non existit in æternitate prout coexistenti ciui modi durationi antecedenti, ut patet: ergo res creatæ in nulla duratione existunt præcedente ad propriam. ¶ Secundo. Mundus incœpit initio nostri temporis: ergo non existit prius in æternitate. Non enim incipit, quod ante existit; sed quod ante non existit. Confirmatur. Non existit mundus antequam creetur
à Deo.

à Deo. Cum igitur non fuerit creatus ante nostrum tēpus; sed in principio illius ex 1. Gene. neque fuit prius existens; ac proinde, neque coexistens æternitati. Dicunt non existere res creatas in propria duratione, & adæquata ante existentiam in tempore; secus in mensura aliena, & excedente æternitatis ambientis omne tempus. Sed contra est: ergo sicut cras non incipio existere; sed existere cras, quia ad durationem crastinam præcedo existens hodie: ita res creatæ nō incipient in tempore quoad existentiam absolutam; sed quoad existentiam in tempore; quia præcedunt existentes in æternitate, quoad illud enim incipiunt, quod antecedenter non existit; antecedenter autem datur in æternitate existentia abso-luta: ergo nō incipiunt quoad hanc. Secundo: quia rem creatam existere in æternitate, tanquam in mensura excedente, dicit duo: scilicet rem creatam existere in mensura, sibi propria, & adæquata: & rursus in alia ampliori complectente propriā, & adæquatam, vñteriusque alias. Sic me esse in hoc gymnasio, tanquam in mensura locali excedente, dicit me existere in aliqua parte gymnasij, vt in loco mihi adæquato: rursusque gymnasium, præter cum locum adæquatum ambire alia spatia. Sic dixit Aristoteli. 4. Physicor.

capit. 2. text. 14. res inferiores esse sub cœlo, quia sunt in proprio loco, qui sub cœlo est. At prædicta duo non antecedunt; sed includunt existentiam mei in propria, & adæquata mensura: ergo ante hanc non existo in æternitate, vt in mensura excedente.

23. Respondent, existentiam rei in mensura aliena superexcedente, & limitata inuolueret existentiam eius rei in mensura propria, & adæquata comprehensa ab aliena. At verò si mensura aliena, & excedens sit infinita, necesse non est ad hoc, vt res existat in tali mensura aliena, quod prius, vel simili existat in propria duratione sumpta, prout in se ipso; bene tanten, quod existat in tali propria duratione, prout in superiori contenta: creaturæque omnes productæ sunt ab æterno in propria duratione sumpta, non vt in se ipso; sed vt contenta in æternitate. Percipio solutionis voces, rem tamen non calleo. Rogo: vel continentia propriæ durationis Petri in æternitate est omnino indistincta ab ipsa æternitate: sicut continentia creaturarum in omnipotentia est omnino indistincta ab ipsa omnipotentia; vel talis continentia præter entitatem æternitatis claudit propriam duracionem Petri, vt condistinctam ab æternitate? Si primum; licet

duratio Petri non sit futura, sed in se possibilis continebitur ab aeterno in aeternitate. Nam ipsa aeternitatis entitas non exposit creaturas in sua duratione propria durare. Si secundum: ergo talis continentia claudit, praedictam propriam durationem Petri, ut in se ipsa. Patet: Claudit illam, ut condistinctam ab aeternitate. Sed non aliter est ita distincta, nisi in se ipsa, & secundum se ipsam: ergo.

24. Vrgeo. Sicut hunc diem finitum tanquam mensuram superexcedentem complecti hanc horam nonam, nequit esse aliud, quam existere tanquam mensuram ampliorem hora nona; & hanc existere, ut measuram cōtractiorem in hac die continent; ita aeternitatem infinitam. Dei cōplete durationem propriam Petri, nequit esse aliud, quam existere, tanquam mensuram ampliore duratione propria Petri; & hanc existere, ut mensuram contractiorem, quæ in aeternitate continetur. At hec non est contractior duratio, quam aeternitas secundum esse extrinsecum ab aeternitate indistinctum, quod habet in aeternitate; sed in se ipsa, & secundum sui esse intrinsecum: sicut creatura non est finita secundum esse extrinsecum indistinctum ab omnipotentia, quod in hac habet; sed in se ipsa, secundum sui esse intrinsecum: ergo

quantumvis aeternitas sit infinita mensura; tamen continentia in aeternitate durationis propriæ Petri, potius quam alterius durationis pure possibilis claudit necessariò durationem propriam Petri sumptam, in se ipsa secundum esse sui intrinsecum. Vrgeo secundò. Nam alio modo sequeretur aliquid disinctum à Deo existere, ut in propria duratione antecedenter ad omne tempus, quod dici non potest. Probatur sequela: Anticipata durationis Anti-Christi in aeternitate distinguitur à prædicatis diuinis. Quia si indistincta est à prædicatis diuinis, certe, cum Anti-Christus ab aeterno solùm sit præsens iuxta Thomistas, quoad tales anticipatam durationem, fiet, nihil creatum; sed sola prædicata diuina præsentia Deo esse ab aeterno: quod nullus negat. At propria durationis antecedentia est antecedens ad omne tempus: sicut enim duratio hodierna non habet aliam propriam durationem, quam se ipsam, ut essentiajliter simultaneam cum hodierna die; ita duratio anticipata ad omne tempus nequit aliam habere durationem propriam, quam se ipsam, ut essentiajliter ante vertentem omne tempus: ergo iam aliquid à Deo disinctum existit, ut in propria duratione antecedenter ad omne tempus.

Obij:

25 Obijcies primò. Anti-Christus hodie cognoscitur intuitiuè à Deo , quando autem ita cōgnoscitur est præsens æternitati: ergo hodie est præsens: ergo antequam existat in suo tempore. Secundo, Deus existit hodie ratione suæ æternitatis: ergo Anti-Christus ratione co-existentiæ cum illa existit hodie: ergo priusquam in suo tempore. Tertiò, quod existit in dura-tione antecedente ad propriam, existit antequam existat in propria. At Anti-Christus existit in æternitate Dei , quæ est duratio antecedens ad proprium tem-pus Anti-Christi : ergo. Quarto æternitas diuina titulo infinita-tis in ratione durationis debet semper , & ante omne tempus habere quod semel habet in hac ratione. At pro tempore Anti-Christi æternitas diuina est ipsi præsens: ergo ante omne tem-pus. ¶ Ad primum dicemus disp. 16. Ad secundum respon-deo concedo antecedens, & ne-go consequentiam, quia æterni-tas non est existere sempiternè cuiuscumque coexistentis ipsi, sed solius Dei , cui per identita-tē inest. Simile est in immēsita-te. Ad tertium æternitas , vt vi-debimus disp. 15. si sumatur se-cundum se, non antecedit ante-cedentia distantia à parte ante, vt cōdistincta à præsentia ad tē-pus Anti-Christi; sed præcisè sic antecedit, vt coniuncta cum ex-

trinseco tēpore priori. Quia ergo Anti-Christus coexistit illi secū-dū se sumpta; nō verò illi vt cō-iuncte cū extrinseco tēpore priori, ideo nō infertur Anti-Christu existere prius quā in proprio tēpore. Ad quartū. Instatia immē-sitatis semper r viget. Responsio est. In quolibet tempore habet æternitas, quod pertinet ad per-fectionē ipsius intrinsecā. Nō sic pertinet coexistentia ipsius cum duratione Anti-Christi, prout in-uoluens hanc durationē : nā hac sublata, manet æternitatis intri-neca perfectio, ad quam præcisè pertinet esse durationem ab in-trinseco repugnantem distantia ab alijs durationibus extrinsecis, vt explico disp. 15.

26 Quæres tertio. An futura prius natura existat in æternitate Dei , quā in duratione propriā Pars negariua mihi est vera cō-tra vnum , vel alterum asserten-tem, res creatas prius natura exi-stere, quam tales, vel tales du-ra-tionem propriam suscipiant, & pro eo priori procedere à Deo vt æterno, atque ideo co-e-xisterere æternitati Dei. Sed no-stra sententia probatur primò. Nam res creatæ ante propriam suam durationem non existunt de præsenti per propriam du-ra-tionem, vt patet; neq; per du-ra-tionem æternitatis; quia hæc nō creatures, sed Deū reddit durā-tē: alioquin creaturæ æternaliter durarēt, qui est effectus formalis

Aeternitatis diuinae: ergo ante propriam durationem non coexistunt praesentialiter aeternitatibus Dei, quippe ad hoc requiritur existere de praesenti. Sed fortasse singes aeternitatem prolibito Dei posse reddere creaturas ita durantes, ut nec minus, nec plus durent, quam durarent per durationem propriam. At quod si de hoc, quod non facile percipitur, non placet contendere. Tantum enim animus est, creature non coexistere aeternitati prius natura quam suscipiant effectum formalem durandi finito modo; unde cumque id proueniat.

27 Secundo: creature per processionem a Deo immensae non sunt praesentes localiter ante propriam praesentiam; ne aliquin sint ubique ratione immensitatis, ut dicebat ubiquista damnata humanitate Christi esse ubique per immensitatem: ergo per processionem a Deo aeterno non sunt duratione praesentes ante propriam durationem. Tertio: ipsis durationes creatae in nullo signo existunt in se, antequam in propria duratione: nam ipsis sunt propriam duratio sui; ergo non est uniuersaliter verum entia creatae prius existere in aeternitate, quam in se ipsis. Id est inuenies in omnibus illis, quae intrinsecè important propriam durationem sui, neque in conseruatione rerum, continuatione meriti, & id genere alijs. Denique cum prius tempore, quare ex-

existat in propria duratione Deus intueatur ipsas; certe si ad hoc opportuna esset aliqua praesentia ipsarum in eternitate precedens ad propriam durationem, excogitanda esset praecedens tempore; non praecise natura.

28 Quares quartò. An futura sint Deo praesentia ab aeterno ratione futuritionis ab aeterno Deo praesentis, distinctaque a praedicatis diuinis, ut volebat Did. Ruiz? Respōdeo negatiū. Primo, quia futuratio Petri distincta a Deo dicit duo. Primum non existere Petrum nunc. Secundum, existere cras, ut vidi mus disp. i o. Haec duo non existunt ab aeterno, siquidē non existit ab aeterno existentia crastina Petri. Primum illud, neque Petrum non existere nunc esto ab aeterno existat, certe cum sit indifferens, ut Petrus existat, & non existat cras, non potest determinari Deum, ut ab aeterno videat Petrum tanquam existente cras. Secundo. De futuritione crastina Petri, aut verificatur quod existit actualiter ab aeterno, vel tantum, quod possea erit. Si hoc, non est ab aeterno praesens, sed futura. Si illud, existit ab aeterno actualiter aliquid aliud praeter Deum. Tertio, iuxta hanc sententiā non aliter futura erunt physicè praesentia Deo, quam nobis. Quid videtur esse contra Sanctos i P. Nam quoad futuritionē aeternā Deo, & nobis sunt praे-

præsentia; quoad præsentia autem postea venturam, neq; Deo; neque nobis præsentia sunt.

29 Quæres quinto. An præsentia æternitatis Dei ad futura, quam D. Th. cum alijs PP. adstruxit, cōstituatur bene in æterna prætentia productionis rerū identificata com decreto Dei, vt voluit Ioan. à S. Th? Respondeo negatiuē: Primo: quia illis futuris coexistit de præsenti æternitas Dei; quibus nequit mutabiliter coexistere; quandoque coexistens illis, & quandoque non. Sed secundum hunc authorem nequit æternitas mutabiliter coexistere durationib; fluentibus, non solum prout in decreto, sed secundum se sumptissim; ergo illis secundum se sumptissim; coexistit de præsenti. Secundo. Creaturæ prout in omnipotencia sunt iuxta D. Th. ipsa creatrix essentia Dei præcise: ergo prout in decreto ipsum decretum. Si ergo æternitas coexistit de præsenti creaturis tantum, ut in decreto; coexistet de præsenti suis tantum decretis, quod quis negat; non futuris prout distinctis à decreto. Tertio, quia per se, quæ complectitur æternitas, siue tanquam mensura superior, siue tanquam æqualis ita simul possidet; vt non sit de præsenti possidens aliud, & aliud possitura; sed omnia possidens: complectitur autem tanquam mensura superior quamvis duratione.

creatam secundum se sumptim; ergo quamlibet de præsenti possidet. Quartò. Futura sunt præsentia aeternaliter Deo per se, quatenus terminat diuinum intuitum. At illum terminant, nō solum secundum esse, quod habent in decreto; sed etiam secundum esse, quod habent in se: ergo secundum hoc esse sunt aeternaliter præsentia Deo. Quinto: ea futura sunt præsentia in æternitate secundum quod terminant hanc cognitionem diuinam existunt, non hanc existent, vt infra constabit ex PP. & D. Th. Atque ut ibidem constabit, illam cognitionem terminant secundum suum esse: Ergo. Sexto, illa ipsa, quæ nobis sunt futura non cognoscunt PP. & D. Th. futura Deo, sed præsentia. Res autem creandas, non quidem prout in decreto, sed secundum suum esse sunt nobis futurae.

DISPUT. XV.

*De præsentia diuinæ æternitatis
ad creaturas in tempore
futuras.*

Sicut potest dupliciter intelligi, me Compluti existentem fieri proximum Madritu; vel quia ego præsentiam acquiram, qua Madridi præsens fiam; vel quia Madridum (singatur hoc) yes.

veniat ad me , sic dupliciter intelligi potest creaturas futuras esse ab æterno præsentes æternitati Dei. Primo ex eo quod ipsæ præsentiam habeant æternitatis , per quam ab æterno existant indistanter à Deo. Secundò , quia Deus æternitatem habeat , per quam ab æterno existat indistater ab ipsis. Videlicet disput. 14. primam præsentiam negandam esse creaturis: quia creaturas ab æterno habere durationem , per quam ab æterno existant indistater à Deo , imbibit , vel supponit ipsis ab æterno existere , quod falsum esse iam constituit . Videndum modò num Deo concedenda sit posterior illa præsentia.

CAP. L

Explicata controvèrsia, præferatur sententia affirmans.

I. **A**d intelligentiam difficultatis. Noto primò Durare stat dupliciter. Primò radicaliter. Secundò formaliter. Durare radicaliter stat in illo ex quo , vel absolute ; vel certis conditionibus positis resultat forma , vel formalitas , qua res ultimo , & complete constituitur durans. Sic quemadmodum decretum efficax Dei de existentia Petri est radicalis existentia illius , quia resul-

tat ex illo forma ; vel formalitas , per quam Petrus constituitur existens ; ita decretum efficax Dei de existentia Petri pro tali , vel tali temporis mentara est duratio radicalis Petri , quia resultat ex eo decreto forma , vel formalitas , per quam Petrus constituitur existens in tali tempore , quod in idem reddit , ac durans. ¶ Noto secundò. Durare in hoc nunc hodierno , v. g. loquendo formaliter , ut sic , & in vniuersum , non est coexistere alij extremo distincto , quod sit nunc hodiernum . Nam ipsa duratio hodierna se ipsa præscindendo à coexistentia cum alio extremo , quod sit duratio hodierna , durat hodie : sicut vbiatio Romana se ipsa præscindendo ab alia vbiicatione Romana , cui coexistat , est vbiicata Romæ , quidquid nos durationes , & vbiicationes imaginemur respectuè ad quædam spatia localia , vel temporalia , quæ tamen , secluso nostro imperfeto concipiendi modo , non sunt distincta ab ipsis vbiicationibus , & durationibus , vt explicuimus in physic. Nam: *Hic* , *ibi* , *Nunc* , *Cras* , non sunt aliquid distinctum , cui se ipsis affigantur vbiicationes , & durationes ; sed essentiales differentiae diuersarum vbiicationum , & durationum identificatae cum ipsis.

2. Obseruo tertio. Quamvis vocationum, ac duracionum differentiae, ut in metaphysicis diximus, non sint exacte definibiles terminis definito clarioribus: (sicut enim explicare contendas ipsum, *Hic, Nunc, &c.* nihil inuenies, quod in hos ipsos terminos, synonimos, vel non clariiores non recidat), tamen formalis duratio hodierna, v.g. consistit in illa forma, vel quasi forma, per quam res excludit ultimum, & completere temporalem distantiam ab omnibus existentibus hodie, adeo, ut habeat quidquid ultimo, completereque requiratur ex parte ipsius, ut intellectualia, quae hodie existunt, possint potius de ipsa affirmare. hoc modo affirmandi de praesenti: *Existit*, quam his modis affirmandi de præterito, & futuro, *Exitit*: sed non existit. Non existit; sed existet. Quorum vberior declaratio esset confusio propter rationem indicatam. ¶ Obseruo quartum. Iuxta nostram, & hoc tempore satis communem opinionem, considerando durationem formalem creaturarum in formis quibusdam ipsis intrinsecis essentialiter sibi succedentibus: ita ut Petrum durare nunc sit forma quædam intrinseca Petro, per quam Petrus, modo dicto, completere, & formaliter excludit distantiam temporalem ab omnibus existen-

tibus nunc: similiterque dura-re cras sit forma essentialiter aequiens post durationem nunc, per quam formam, Petrus complete, & formaliter excludat distantiam temporalem ab existentibus cras, adeo, ut Petrus prout affectus ea forma, non possit: cum existentibus cras, prout sic sumptis ordine alium temporale constitueret, quam praesentis ad praesens.

3. Quod si fingerentur in Petro formæ istæ non sibi succedentes; sed potius identificatae, proindeque simul existentes, non est dubium, quod Petrus simul haberet rationem formalem, qua completere, & ultimatè distantiam temporalem excluderet ab existentibus nunc, & cras, adeo, ut ex vi illius formæ habeat Petrus completere quidquid requiratur, ut intellectualia nunc existentia possint vere de ipso dicere: *Existit*; habeatque similiter sine necessitate alicuius alterius superadditi rationem formalem omnem requisitam, ex vi cuius etiam intellectualia cras existentia possint dicere vere: *Existit*. Praesens ergo difficultas est, an hoc, quod in Petro putabitur similitate existimatum, sit verum in Deo, nemirum, Deum per intrinsecum æternitatis attributum ita durare, ut talis intrinseca perfectio sibi simul idemtificet omnes differentias formales sibi.

di, vel durandi, adeò, ut æternitas intrinseca Dei sit *Heri* formalis, *Hodie* formale, *Cras* formale, &c: ne in pè duratio excludens completissimè distantiam temporalē ab unoquoque, quod existat *Heri*, & similiter quod existat *Hodie*, & similiter *Cras*, proindeque sit æternitas ex parte Dei ultimum, & completestissimum fundamētū, ut quodlibet intellectuale pro qua cumque differētia temporis existat, possit verissime de Deo modo enuntiandi, qui sit essentialiter affirmatio de præsenti dicere; existit.

4 Porro, si modo dicto constituantur æternitas Dei. Demum obseruandum est, discrimen, quod versatur in hac sententia inter durationem diuinam, quā ipsa tuetur, & durationem diuinam, quā in alia sententia excoigitatur, vel excogitari posset. Nam iuxta hanc aliam sententiam, Deum formaliter durare hodie, constituitur per aggregatum ex diuina entitate, & hodie extrinseco Dei, vel reali, vel imaginario; similiterq; durare *cras*, perendie, &c. At iuxta priorem sententiam, Deum durare hodie, non solum radicaliter, sed etiam formaliter, ponitur præcisè in intrinseca perfectione diuinæ æternitatis, adeò, ut extrinseca tempora labentia non le habeant tanquam partes constituentes Deum in ratione du-

rantis formaliter *Hodie*, *Cras*, &c. sed præcisè tanquam extrema à quidus Deus (aliunde ex suis intrinsecis complectus in ratione semper durantis) liter.

est omnino indistans tempora-

Vnde iuxta hanc sententiam Deus in ratione suæ æternitatis præcisè, non minus complete, & formaliter excludit sui distantiam ab hodierna die, quam iuxta sententiam oppositam, eam distantiam excludit ratione coexistētiæ cum hodierna die, hanc ipsam hodiernam diem intrinsecè claudentis. Deinde iuxta hanc sententiam, non minus Deus ratione suæ intrinseca æternitatis præcisè sumptæ habet completestissimum fundamentum, ut verificetur hæc propositio forma ta ab intellectibus hodie existentibus *Deus existit*, & non solum extitit, aut extiturus est, quā iuxta oppositam sententiam datur tale fundamentum ratione coexistentiæ coalescentis ex entitate Dei, & hodierna die. *Deo* extrinseca. Vnde fit iuxta vnam sententiam, durationem Dei esse unicam singularem, semper fixam, & stantem secum identificantem omnes differentias formales durandi, nihilque Deum constituens Deum durantem labile esse, quamuis labantur extrinseca, quibus Deus aliunde adæquatè durans, adest præstantialiter; ideoque anni Dei, ut sic

loquar, semper stant, duratio diuina nunquam est minor, vel maior, eo quod pauciores, vel plures dies anterioribus superuenient. At iuxta alia sententiam, duratio non quidem radicalis; sed formalis Dei, multiplex est, & alia post alias. Nam via est aggregatum ex Deo, & extrinseco die hodierno, qua iam transiit cras, & aduenit alia cōfūtens in aggregato ex Deo, & extrinseco die crastino, & sic in cæteris, vnde anni Dei non semper fixè stant, sed labuntur. Fitque Deus in dies antiquior, & annosior. Hæc ita latè explicui. Nam, post affirmatiua in sententiam, iam diu à nobis traditam, desiderarunt non pauci, statum controuersiæ plenius, & luculentius à nobis exponi.

6. Quibus positis. Nostra sententia in hac vnica propositione, ex qua plures aliae colliguntur, itat. Aeterintas intrinseca Dei est diuina duratio formalis sibi simul identificans differentias omnes formales durandi, per quam Deus completere, & formaliter excludit distantiam in ordine durandi ab unaquaque duratione Deo ipsi extrinseca. Suadetur primo conclusio, quia videtur latè significari a. puci sacram scrip. Psal. 102. 28. ibi: *Et sicut operiorum mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipse es, & anni tui non deficiunt.* Vbi satis innuitur, annos,

Dei non mutari de die in diem, nunquamque deficere, quia sunt idei cum Deo, semperq; Deus persistat. Secundo PP. videntur eamdem conclusionem clarissimè exprimere. Videantur latè apud P. Ruiz disp. 18. sect. 5. & 6. Nunc breui. Fauent primò. quantum afferant nihil Deo præteritum, aut futurum esse; sed omnia præsentia. Id quod propriè loquendo eatenus dumtaxat verificari potest, quatenus Deus durat per durationem, quæ formaliter excludit distantiam Dei in ordine durandi ab omnibus rebus, quantumcumque inter se distantibus.

7. Videantur Ambros. lib. 1. de fide ad Gratian. cap. 7. sub initium Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 7. post medium lib. 13. quæst. 17. de cognitione verævitè cap. 31. Gregor. Magnus lib. 2. moral. cap. 14. lib initium alias cap. 20. lib. 4. Moral. cap. 32. alias 27. ad illud lob. 3. *Cum Regibus, & Consulibus terre* lib. 32. cap. 5 circa m:diū. Ansel. in prosolog. cap. 20. Petrus Damian. Epist. 4. de omnipot. cap. 7. & seq. capit. 8. Isidorus lib. 1 de suinmo bono cap. 8. Nemesius lib. de natura hominis cap. 44. quod est penultimum § 3. fine Marius Victor. initio libri primi Cosmopœiæ.

8. Claudant agmen Boetius: §. de Consolatione, prosa 6. ibi: *Nihil nouum Deo est, aut recens,*

coram Deo præsentia non transcurit,
fixa sunt, sunt sutura, nō sperantur,
omnia sunt simul, etiam uobis suc-
cessiva, &c. Prosp. Epigram. 41.

Vtque locis præsens simul est

Deus omnibus unus

Sic rerum metas secum habet
& numeros.

Nec serum, aut properum sibi
sunt in ordine rerum
Cui cuncta assistunt acta, &
genda simul.

Respondent. Hæc omnia acci-
pienda esse non quatenus æter-
nitas Dei formaliter excludat
physicam distantiam à futuris;
sed quatenus futura sunt obie-
ctu in mente Dei præsentia.
Item ideo nihil dicitur præteri-
tum, aut futurum Deo, quia tan-
ta claritate omnia noscit, ac si
physicè haberet præsentia. Non
placet. Tum, quia totius PP. lo-
quutos in materia doctrinali, nō
in sensu proprio; sed tropologi-
co duriu culum est. Tum, quia
sæpè colligunt (saltè à posterio-
ri) ex modo, quo diuinus intelle-
ctus ea videt, æternitatem Dei
esse præsentem ipsis: ergo du-
plex admittitur præsentia, alia
objiectua in intellectu, alia realis
æternitatis ad ipsa. Tum quia
sæpè non reddit pro ratione
modi cognoscendi futura, vix
intellectus infinitam; sed infinitum
æternitatis ambitum: ergo
non tam sermo est de præsentia
intentionali in intellectu, quam
de physico quasi contactu æter-

nitatis. Tum quia Prosper par-
tatem sumit ab imminutate
cum omnibus locis physicè pe-
netrata, quæ non esset paritas
digna Prospero, si non esset ater-
nitas cum omnibus temporibus
physicè penetrata in ordine du-
randi. Postea addemus alia.

¶ Fauent secundò. PP. vbi
dicunt, Deum videre futura tan-
quam præsentia, negantes tutu-
rorum præscientiam, solum
que concedentes præsentiu sci-
tiam. Videatur celebris locus
Aug. lib. 2. ad Simplician quæst.
2. quem adducimus disput. 26.
vbi magni nobis sus erit. Gre-
gor. Magnus lib. 20. moral. cap.
23. alias 24. ad illud Iob. 30.
Mutatus est mihi in crudelem.
Boetius lib. 5. de consol. pro-
fa. 6. Anselmus de casu dia-
boli capit. 21. inter principium,
& medium. De concord. præ-
scientia cum libert. capit. 1. cir-
ca medium, & capit. 2. in pro-
folog. capit. 20. Isidor. lib. 1.
sent. siue de summo bono cap.
6. Petrus Damian. Epist. 4. de
omnipotentia capit. 7. Hono-
rius Augustodunensi. lib. de præ-
destin. & lib. arbit. Guaricus
Abbas ferm. 1. in solemnitate
Sancti Benedicti. ¶ Dices cum
P. Vazq. disput. 64. præscien-
tiam, quæ Deo negatur, esse il-
lam, quæ miscet imperfectio-
nes nostræ præscientiæ, quæ est
obscura præsensio eventuum,
quos futuros esse coniçimus.

Sed

Sed contra est. Tum quia similiter posset negari præsentium scientia: nostra enim præsentium scientia mille scatet imperfectionibus. Tum quia ratio August. l. c. 2. ad Simplic. probat non intelligere Deum futuram quam futura respectu lui.

10. Tum quia mysteria supernaturalia simili, ac futura obscuritate noscimus; tamen neque per somnum negatur Deo illorum scientia. Tum quia negatur præscientia Deo, quia modo, quo futura sunt posteriora nobis, Deus est illis simultaneus; non autem ideo sunt nobis posteriores, quia cognoscuntur obscure; sed quia succedunt ad nostram durationem: ergo nec Deus præsens est illis, quia clare cognoscit; sed quia durationem habet instantem ab ipsis. Tum quia satius esset concedere Deo præscientiam, quia propriam rationem præscientiae habet, quam negare, quia non habet obscuritatem, quae de ipsis ratione non est. Tum quia negant Deo præscientiam, non solum, quia suo intellectu clarissime conspicit omnia; sed etiam quia sua aeternitate præsenti similitudinis adest. Quare Anselmus explicans, quomodo cum hac præscientia Dei ad omnia constet præscientia, & prædestination, quas Paulus significavit, respondet optimè, quia scientia, &

prædestination, non secundum suam intrinsecam durationem; sed quatenus extrinsecè coexistunt vni temporis, prioritatem habent respectu existentium proteinpore lequenti. ¶ Vbi, ut occurras cuidam considerationi Dionisi Petavij, nota PP. dicunt: futura esse præsentia Deo, & quandoque dicunt: nobis futura præterita esse iam respectu Dei. Primum accipiendum est, quatenus Deus propriè per suam aeternitatem est ab omnibus indistans, Secundum accipiendum est minus propriè, quatenus futura semel præsentia Deo, ita sunt extra alea non eveniendi, ac si iam evenissent. PP. namq; cōstantissimū est futura non cōparari strictè, ut præterita, aeternitati Dei.

11. Denum longum est et pendere testimonia, quibus D. Th. facit nostra sententiae prout explicatur à nobis. Videatur i p. quæst. 14. art. 13. in 1. distin. 38, quæst. 1. art. 3. de verit. quæst. 2. art. 12. & quæst. 3. art. 12. de malo quæst. 6. art. 7. Item 1. p. q. 57. art. 3. 1. contragent. cap. 66. & 67. 2. 2. q. 17. art. 6. ad 2. lib. 1. periherm. lect. 14. colum. penul. Ex quibus breuitatis gratia quatuor expendo. Primo. In cognitione diuina futurorum comparata cum ipsis constituit D. Tho. ordinem præsentis ad præsens, ne Deus futura cognoscat, ut futura; sed ut præscientia. Si autem ea cognosceret, ut:

posteriora realiter cogitatione, nosceret ipsa tanquam futura: ergo semper duratio intrinseca cognitionis diuinæ est ab illis physicè indistans. Videatur quæst.
2. de verit. art. 12. Secundò. Negat futura esse Deo futura modo, quo concedit esse futura rei alteri, cui succedunt. Sed hæc res physicè est quoad durationē ab illis distans: ergo Deus est indistans. Tertiò. Ex æternitate diuinæ visionis infert illam esse præsentem futuris. Ex æternitate autem præsentia realis colligitur, sicut obiectua ex infinitate diuina mentis. Quartò: notavit eleganter, inde nali ci difficultatem benè concipiendi præsentiam diuinæ visionis cum futuris, quia vix possumus concipere Deum videre, nisi consignificantes has, vel illas temporis differentias, quibus coexistit visio; & alijs differentijs illarum futura sunt futura; alijs vero præsentia. Sed quid quæsto noceret hoc ad rectum conceptum efformandum, si ipsi durationi, per quam durat diuina visio futura essent physicè posteriora?

CAPVT II.

Relatis authoribus nostræ sententie, probatur rationibus.

12 **N**on refero pro nostra sententia PP. Dominicanos, & eorum lectatores. Nos

enim in verò, & propriò sensu nunquam concedimus futura durare ab æterno in æternitate, durareque prius quam durent in sua propria temporis differentia; sed tantum volumus, Deum semper, & ab æterno durationē habere, quæ per se ipsam intrinsecè est indistans ab omni differentia temporis: imò licet non identificata cum qualibet duratione materialiter sumpta; secum tamen identificans differentiam omnem fornialem cuiusvis durationis, nimirum rationē formalem durationis hodiernæ, crastinæ, &c. Idque cum eo recte stare contendimus, quod futura in nullo verò, & proprio sensu, vel ab æterno existant, vel prius existant quam in temporis propria differentia: cum tamen PP. Dominicani iudicent, ut clarius nouiores exprimunt, non benè cohærere Deum ab æterno videre per visionem habentem rationem intuitionis, futura cōtingentia, nisi in vero sensu ab æterno existant. Non diffiteor, ly ab æterno existere, vel satis obscurari distinctionibus mensuræ propriæ, & alienæ; intrinsecæ, & extrinsecæ: adæquatæ, & superexcedentis, vel ad impropositum sensum trahi, vel interdū sic explicari, vt difficulter discernas, quid, præter nostram sententiam, hæc verba tibi velint. Ideo diximus in anteloquio disput. 14. prædictos Authores, do-

ctis

Etis ipsorum scriptis attente le-
ctis iam sub vnius; iam sub alte-
rius sententiae luce nobis appar-
ere. Utinam sic se explicitent, vt
stanti viri pro nobis stent.

13. Clare tamen pro nobis stant
P. Molina hic disp. 13. coniun-
cta cum 14. P. Fonseca 6. me-
taphys. capit. 2. quæst. 4. sect. 2.
P. Granad. disput. 3. lect. 1. & 2.
P. Gil. de Dei æternitate cap. 15.
& seqq. P. Alphonsus Deza pri-
mus, meritissimèque primari-
us huius Collegij Complutens-
sis Mag. 1. p. quæst. 14. art. 13.
cuius elegantissima scripta in ar-
chiuio nostro, venerationis, &
utilitatis causa adseruata, grati-
simæ mihi lectionis non semel
fuerunt. P. Ripal. in manuscrip-
de scientia Dei. Tandem hæc sen-
tentia, licet quoad vnam, vel al-
teram ex nostris probationibus
minus sibi probata, postea pla-
cuit subtilissimo, & amicissimo
P. Antonio Bernaldo de Quiros
in nostro Collegio Pinciano pri-
mario Theologiæ professori, cu-
ius scripta Gallicis prælis iam co-
missa, luce publica, citissime, vt
spero, per magnum palestræ lit-
terariaæ emolumentum perfrue-
tur. Sed nostra sententia nihilo
melius, quam plena sui exposi-
tione persuadebitur, & quia fa-
cile est in æquiuoco laborare,
probationibus præmitto, indi-
stantiam vnius durationis ab alia
in ratione durandi, bifariam ac-
cipi posse. Primo, pro coexisten-

tia vnius durationis cùm alia ac-
cepta secundum suum esse reale.
Sic mea duratio hodierna realis
indistans est à duratione hodiernæ
realis mecum condurantis. Se-
cundò, pro sufficientia plena, &
completa ex parte vnius dura-
tionis in ratione durationis, vt
præcisè adueniente altera, tan-
quam extremo, cum quo prima
comparetur, fiat hæc (nullo sibi
addito intra rationem formale
durandi, per quod constituatur
durans) aduenienti præsens.

14. Hoc posteriori modo
mea duratio hodierna indistans
est à duratione hodierna, quam
posset habere, & non habet ho-
mo heri mortuus, quia ex una
parte, mea duratio hodierna per
se ipsam, & ego per illam, adeo
sufficienter, & completem sumus
hodie durantes, vt ad hunc effe-
ctum formalem complete ha-
bendum superflua sit alia dura-
tio hodierna hominis mortui
heri; & ex alia parte, ex eo præ-
cisè, quod adueniret talis dura-
tio hodierna, collituerent utra-
que in ratione durandi non aliud
ordinem, quā præsentis ad præ-
sens: non præsentis, & præteriti,
vel futuri. Primam indistantiam
vocabimus indistantiæ realis coex-
istentiæ. Secundam vocabimus cla-
ritatis gratia indistantiæ completae
sufficientiæ in ratione durandi
ad coexistendum cum altera, ex
eo præcisè, quod hæc adueniat,
quamuis ex tali aduentu nihil illi

accrescat cōstituens ipsam in ratione durantis hodie, v.g. &c.

15. Hinc præmitto secūdo, vt aliqua duratio secum identificet rationē formalē durationis hodiernæ, vel crastinæ, vel helterme &c. non est opus, vt sit duratio, quæ habeat indistantiā coexistētiæ realis cum alijs durationibus hodiernis, crastinis, &c. sed satis est, esse durationē, quæ ex sua intrinseca ratione dicat prædictā sufficientiam cōpletam ad durationem simul cum alijs, ipsis datis. Sicut enim mea duratio hodierna cōpletissime habet rationem formalē hodiernæ durationis independenter ab eo, quod detur duratio hodierna realis hominibus mortui, sic eam dē rationem formalem cōpletè habet independenter ab eo, quod aliæ durationes hodiernæ dētūr, vel non dentur. Vbi nota. Hæc indistantia sufficiētiæ complectæ in ratione durationis ad condurandum cum alijs coincidit cum præsentia, quam alij vocant ad spatiū imaginarium; non vero reale. Nam vt in physic. dicebā, præsentia durationis hodiernæ ad omne spatiū imaginariū hodiernum, non est aliud, quā meā hanc durationē hodiernam eius esse naturæ in ratione durationis hodiernæ, vt concepta qualibet alia hedie na duratione, concipiatur duratio, quæ cōparata cū mea duratione hodierna, nullū aliū, si ex illeret, posset cum ipsa

cōstituere ordinē in ratione durandi nisi præsentis & præsentis.

16. Certū est, Deū per suam æternitatē intrinsecān præcisē sumptam non habere indistantiā coexistentiæ realis cum mea duratione hodierna reali. Nō enim habet Deus per suam æternitatem præcisē sumptam, quod talis mea duratio realis existat: quippe totadiuina æternitas intrinsecē sumpta stare potest sine hac mea duratione reali. Quia propter, quod probādum nobis superest, hoc unum est, nem pē Deum per suam æternitatem præcisē sumptam habere in ratione durationis indistantiā cōpletæ sufficiētiæ, quam explicuimus, prout sufficit ad hoc, vt ea æternitas secum identificet plenam rationē formalē hodiernæ durationis diuinæ, crastinæ, &c. Probatur ergo primò. Æternitas intrinseca Dei est duratio summè perfecta simpliciter infinita: ergo enī duratio secum simul identificans eminent rationē formalē durandi nihil includentem, aut requirentem extra eum. Antecedens enī certū; & consequentia patet nam duratio summè perfecta debet semper habere omnem in ratione durandi perfectionem, quæ nullam imperfectionem dicit, nullamque potest imperfectionē dicere, quod nihil extra Deum sive claudit, sive requirit. Tunc sic. At ratio for-

malis duratiōnis hodiernae diuinæ, crastinæ, hesternæ, perendinæ, & sic in omnibus alijs exco-gitabilibus, sunt rationes forma-le durandi nihil extra Deū inclu-dentes, aut requirentes: ergo Dei æternitas semper, & simul sibi identificat cunctas has rationes formales.

17 Probatur minor, quæ so-lia difficultis est. Ratio formalis durationis hodiernæ diuinæ (idē dico de crastina, & reliquis) stat in eo, quod constitutus Deum ita completè durantem hodie, ut ad hunc effectum, vel quasi effectum formalem plenè consti-tuendum nihil aliud requiratur. At hoc modo constituere Deū durantem, nihil extra Deum in-cludit, aut requirit: ergo, &c. Minor probatur. Nam, ut Deus ita plenè constitutus durans ho-die, nihil aliud requiritur, quam æternitatem esse durationem, quæ in ratione durationis plenè Deo dat sufficientiam, ut si adueniat duratio hodierna crea-ta coexistat ipsi non aliud or-dinem in genere durandi cum illa, constituens, quam præsen-tis, & præsentis. At Deum sic constitutus, neque claudit, neque requirit advenire, & extra sta-tum possibilitatis poni duratio-nem hodiernam creatam, vel aliquid aliud extra Deum: ergo prædicta constitutio Dei in ratio-ne durantis hodie nihil claudit, aut requirit extra Deum.

18 Confirmatur primò parti-tate petita ex immensitate diuina, quam ex D. Prospero didici-mus. Diuina immensitas de se plenè, & completè est *Hic Dei, Illic Dei, & Vbi que Dei:* ergo diuina æternitas plenè, & comple-tè est *Hodie Dei, Cras Dei, Sem-per quo Dei.* Probo conseq-uentiam; ideo antecedens est ve-rum in immensitate Dei, quia per immensitatem habet Deus plenissimè in ratione vbi cari quidquid necesse est, vi adueniente quolibet *Vbi* creato cōstitutus Deus cum illo localiter ordinem penetrati cum penetrato; non vero distantis cum distante. Sed etiam Deus per suam intrinsecam æternitatem habet plenis-simè quidquid necesse est in ra-tione durantis, ut adueniente qualibet duratione creatâ, con-stitutus Deus cum illa duratione ordinem præsentis, & præsentis; non autē ordinem distantis à di-stante: ergo similiter consequēs est verum in attributo æternitatis. Id quod attinet ad æternitatē clarē explicatur ex duratio-nibus creatis: & quod pertinet ad immensitatem ex vbi catiobus creatis. ¶ Primū, quia duratio Petri hodierna inde-pendeat ab omni alia duratio-ne hodierna creatâ cōstituit Pe-trum plenè durantem forma-liter hodie ratione prædictæ suf-ficientiæ plenæ in ratione dura-tionis. Secundū, quia vbi-

catio Complutensis Petri plenè constituit Petrum præsentē formaliter Compluti independenter ab alia vocatione creata Cōplutensi, ratione prædictæ sufficiētiæ plenæ in ordine vocationis: ergo pariter æternitas, & im mensitas diuina cōstituent Deū formaliter præsentem, ac durā tem hic, illic, & vbique: hodie, cras, & semper, ratione sufficiētiæ plenæ, quam explicuimus: quamvis neque aliqua duratio creata, neque aliquid aliud creatum detur.

19. Aliam probationem efficacem nostræ sententiæ dabimus disp. 16. alias forsan daturi tract. de essentia, & attributis Dei, & quidem nostram sententiā quilibet amplectetur sine magno argumentorum strepitu tanquam digniorem Deo, qui difficultates contra illam exurgentis superare speret. Nam quis non videat iuxta nostram sententiam diuinæ æteritatis inexhaustam perfectionem prestantius, & mirabilius eluceat? Et quis non apprehendat magnam quamdam contra Del perfectionem indecentiam, in eo quod Deus de die in diem crescat, & ætate maior fiat instar rerum labilium & caducarum? Sed his omissis veniamus ad solutionem.

eorum, quæ pos-
sunt obijci.

CAPVT III.

Argumentorum solutio.

20. **S**oluimus aliqua disp. 14.

Nunc denuo in primis obijc̄ies. Deus semper habet suā intrinsecā æternitatem. At nō semper; sed cras tantum habet durare cras: ergo æternitas intrinseca Dei non est Deum dura re formaliter cras. Concessa maiori, distingo minorē. Si prepositio affirmet non habere Deū in qualibet duratione cui coexistat, durare cras: est falsa propositio; vera tamen est, si sensus sit, Deū nō durare cras prout coexistē formaliter cuilibet durationi. Itaq; Deus in qualibet duratione existens habet durare cras, quia in qualibet duratione existēs, habet suā intrinsecā æternitatē, cū qua identificatur ipsum Deū durare cras. Nō tamē Deus, ut cuilibet durationi coexistens durat cras. Nam ea reduplicatio significat per durationē diuinā nō solum durare cras existentiā Dei; sed etiā coexistentiā illius, cum qualibet duratione, quod patet esse falsum, quia coexistētia Dei cum duratione creata hodierna, quæ coexistētia claudit existētia durationis creatæ hodiernæ, nō durat cras, siquidē duratio crea ta hodierna nō durat cras; sic Cōphili habet Deus immensitatē, quæ est ipsius prætentia Romæ:

ta.

tamen Dei, ut coexistens cum
ubicatione Cöplutensi creatam non
adest Romæ, quia ubicatio crea-
ta Cöplutenlis non adest Romæ.

21 Obijcies secundo. Si Deus
haberet suam intrinsecam æterni-
tatem, & non duraret hodie, mi-
nus duraret, quam si duraret etiam
hodie: ergo æternitas intrinseca
præcisè sumpta non est plena, &
adæquata duratio Dei pro sem-
per. Respōdeo. Antecedens im-
plicat in adiecto, proindeq; par-
tem ut amique contradictionis
infert. Nam qua parte ponitur,
habere Deum æternitatē intrin-
secam, ponitur Deum durare
hodie. Nam æternitas Dei, sibi
identificat rationem durationis
hodiernæ. Deinde, qua parte po-
nitur Deū non durare hodie, tol-
litur æternitas intrinseca quoad
prædicatum durationis hodiernæ.
Indeque non mirum, quod
inferatur Deum minus durare,
quam si duraret etiam hodie.
Quod si sit hypothesis Deum ha-
bere suam intrinsecam æterni-
tatem; & non coexistere dura-
tioni hodiernæ reali; vel sermo
est hac duratione creata data in
rebus; vel non data? Si data, tol-
litur æternitas Dei intrinseca, de-
cuius ratione est coexistere tali
durationi semel in rebus data:
ex ablatione autem diuinæ ater-
nitatis quoad omnia, vel quoad
aliquid prædicatum, quid mirū
sequi, vel omnimodam ablatio-
nem, vel diminutionem aliquā

durationis Dei? Si sermo est, non
data in rebus ea duratione crea-
ta, non minuitur duratio diuina
ex eo, quod tali durationi non
coexistat realiter. Tum quia non
minuitur ex eo, quod non coexi-
stat realiter durationibus reali-
bus nunquam extituisse pure po-
sibilium, ut constat. Tum quia
magnitudo diuinæ durationis
metienda non est ex coexisten-
tia reali ad plures, vel pauciores
durationes creatas; sed ex ple-
niissima æternitatis intrinsecæ
sufficientia (quam alij vocant pre-
sentiam ad durationes imagi-
narias) ut nullo superaddito di-
uinæ æternitati, quo Deus con-
stituatur durans, habeat in ratio-
ne durandi quidquid requiritur,
ut nulli durationi semel data in
rebus desit, sicut simili modo
magnitudo immensitatis diu-
inæ pensanda est.

22 Obijcies tertio. Ex nostra
sententia sequitur, Deum non so-
lum esse præsentem durationi-
bus, & rebus creatis in aliqua dif-
ferentia temporis existentibus; sed
etiam pure possibilibus. At hoc
est absurdum, quia nullus est præ-
sens rei, quæ non habet esse; ergo
nostra sententia est falsa. Seque-
la probatur. Nam præsentia du-
rationua Dei consistit per nos in ple-
na sufficientia Dei in ratione du-
randi, quæ non est aliud, quam
Deū in hac ratione habere quid-
quid requiritur, ut nulli rei, vel
durationi semel existenti desit:

hoc autem Deo competit etiam respectu pure possibilium. Respondeo. Duo confunduntur hic. Aliud est ratio formalis durationis ab intrinseco hodiernæ, crastinæ, & sempiternæ; aliud autem præsentia ad durationem creatam, sive hodiernam, sive crastinam, & sic de alijs: & ad res in his durationibus existentibus. Primum identificatur adæquatè cum attributo intrinseco diuinæ æternitatis, consistitque in illa sufficientia de qua argumentum, quæ in Deo datur etiam respectuè ad durationes creatas possibles. Secundum, scilicet præsentia ad durationem creatam hodiernam, v. g. & ad rem creatam duratè per talem durationem, consistit in aggregato diuinæ æternitatis, & prædictæ durationis creatæ, reique darantis per illam, ut constituentium ordinem presentis, & presentis. Cum igitur tale aggregatum non detur in rebus, nisi dara in rebus duratione hodierna creata, requies durante per illam, sit diuinam æternitatem in solis existentibus pro aliqua differentia temporis esse presentem.

23 Obijcies quartò. Diuina immensitas in ordine loci non penetratur localiter cum locis, & vocationib⁹ futuris; sed cum præsentibus: ergo diuina æternitas non est duratù præsens durationib⁹ futuris; sed præsenti-

bus. Distinguo Antecedens. Divina imminensitas (loquor præcindendo ab eo quod duret per durationem æternitatis diuinæ) non penetratur localiter cum locis, & vocationibus futuris, penetratione locali, prout præcisa à temporali, nego antecedens; penetratione locali simul inuolente temporalem, concedo antecedens, & nego consequiam. Penetratio localis duarum vocationum prout à temporali penetratione præcisa, non est aliud, quam eas vocationes, sic dari in rebus, sive in simultaneis, sive in durationibus distantibus, vt nō sint vocationes constituentes spacia in ordine loci distantia. Sic vocatione, quam hodie in hac habeo, cathedra, & vocatione, quam ibidem habui heri, sunt localiter penetratae penetratione à temporali præcisa, quia tales vocationes non constituant spatia distantia; vel (vt alij loquuntur) non sunt affixæ spatijs distantibus. Hanc penetrationem habet imminensitas cum omni vocatione, sive nunc præsenti, sive postea futura. Penetratio localis prout includens temporalē, vel durationem, dicit tales vocationes non solum secundum se constitutere in ordine ad locum solam ordinem indistantium spatio locali; sed eas quantum durantes constitutere ordinem durationum indistantiū, quoad

quoad spatum durandi. Quo sit, diuinam immensitatem, prout durantem ipso æternitatis attributo, durare per durationem, per quam duratione penetratur cum vocationibus futuris; secus autem si sumatur immensitas præcisè secundum se abstrahendo ab æternitate per quam durans constituatur. Nam in hac præcisione non habet durationem, qua præsentibus, præteritis, & futuris vocationibus, non solum localiter; sed etiam temporaliter præsens sit.

24. Obijcies quintò. Si nostra sententia vera esset, sequentur duo. Primum, idem indiuibile instans coexistere dupli contradictrio. Nam idem indiuibile instans æternitatis coexistit omnibus, qua temporaliter accidunt. Contingit autem dari pro uno instanti Petrum; & pro alio carentiam Petri. Sequentur secundò. Dari infinitum in actu, quod reiecumus in physic. Sequela probatur. Nam infinitum in actu est multitudo infinita data in eodem instanti secundum se totam. At cogitationes, & durationes, quas salui, damnatique per totam æternitatem habebunt, est infinita, & aliunde secundum se totam datur in duratione æternitatis, qua præsens est omni futuro in tempore. Ergo. ¶ Ad primum respondeo (quidquid sit an exi-

stentia Petri, quæ datur in uno instanti nostri temporis, & carentia Petri, quæ datur in alio contradictrio opposantur (de quo alibi) non est inconueniens, quod idem instans entitatiæ indiuibile coexistat extremis secū esentialiter incompossibilibus. Nam ex incompossibilitate ipsorum inter se solum fit nō posse ipsa secum comparata constituere ordinem simultaneorum; non autem fit non posse aliud tertium, cum quolibet illorum constituere simultaneorum ordinem. Sic præsentia Romana Pontificis, meaque præsentia Complutensis non possunt secum constituere ordinem præsentiarum indistantium; bene tamen potest immensitas indiuisa Dei, cum qualibet ex his præsentibus constitueret ordinem præsentiarum indistantium, ut iam iterum diximus disput. 14. ¶ Ad secundam sequelam respondeo. infinitum in actu, quod forte implicitorum esse probatur, stat in eo quod infinitæ unitates secum coexistant; in eo autem quod, spectatis innumeris unitatibus, aliud tertium comparetur per relationem coexistentiæ cum qualibet illarum, nulla probabitur implicatio.

[...]

CAP. III.

Expediuntur plura quesita.

25. Quidam vobis primò. An sit verum futura nobis, non esse Deo futura; sed prælētia? Respondeo ex iam dictis veritatem esse. Quia homo, qui cras erit, ideo mihi est futurus, quia mea duratio hodierna, & duratio crastina talis hominis constituit ordinem prioris, & posterioris, ita ut mea sit prior, & alia sit posterior. Duratio tamen Dei non constituit talem ordinem cum duratione crastina hominis venturi; sed tales durationes constituant ordinem simultaneorum, ideoque Deo non est futurus talis homo. sed præsens. ¶ At quæres secundo. Siquidem æternitas Dei est duratio hodierna Dei, crastina, & sempiterna, an homo, qui cras erit, sit futurus Deo, ut duranti hodie præcise? Respondeo. Non est futurus Deo in hac præcisione; sed præcindens ab eo quod sit præsens, vel futurus. Ratio prioris partis est. Nam in ea præcisione non excluditur identitas realis durationis hodiernæ Dei cum ipsius duratione crastina; sed ab hac identitate præcinditur. Ad hoc autem, ut homo, qui cras erit, esset positivè futurus, & non præsens respectu Dei, ut duratio hodie, opus erat, ut duratio

hodierna Dei non esset realiter duratio crastina ipsius Dei, proindeque indistans à duratione crastina hominis, qui cras erit. Ratio posterioris partis est, quia in hac præcisione abstrahitur ab eo, quod curatio hodierna Dei sit etiam; vel non sit curatio crastina Dei. At si talis duratio hodierna non esset etiam crastina, homo, qui cras erit, esset Deo futurus, si autem talis hodierna duratio Dei sit etiam crastina talis homo non erit Deo futurus, sed præsens: igitur talis homo in ea consideratione præcindit ab eo, quod sit futurus, vel præsens Deo.

26. Quæres tertio. An saltem talis homo sit futurus Deo formaliter, ut coexistenti cum duratione hodierna creata? Respondeo affirmatiuè. Nam ad hoc præcise requiritur, eam coexistentiam non esse simul; sed prius quam talis homo, ut durans cras: At ea coexistentia est prior quam talis homo, ut durans cras, quia non datur adueniente duratio ne crastina, daturque pro duratione hodierna creata prior quam crastina: ergo, &c. Vide dicta cap. 3. ad 1. arg. ¶ Quæres quartò. Quomodo cum dictis constet Deum dure priusquam dentur creaturæ, proindeque prius quam dentur durationes creataræ reales? Ratio dubitandi quia duratio Dei, quæ prorsus identificatur cum æternitate intrinseca Dei

Dei non est duratio prior quam aliae durationes; sed cum omnibus simultanea. Respōdeo, Deū ex eo ipso in scripto dicitur omnis creaturā, quia duratio Dei tam ampla, & infinita est, ut quilibet duratione creata a signata, etiam prima illa, ex qua series durationum realium creatarum incepit, habeat sibi identificatā durationē essentialiter indistinctam ab alia duratione reali creatibili, ex qua posset incipere durationem creatarum series: eadēque proportionali ratione explicandū est, quomodo diuina futurorum præscientia, quæ ab aliquibus PP. dicitur potius scientia præsentium, quam præscientia futurorum, dicatur ab alijs PP. Imo à D. Paulo, præscientia. Videantur notata ex Anselm. cap. 2.

27 Quæres quintò. Quando duratio crastinæ, & creaturæ, quæ cras erunt, coexistant æternitati Dei? Sensu interrogationis intellecto, respōsio non erit difficultis. Sicut enim interrogare, ubi nam immensitas diuina, & ego sim? presentes localiter? est quærere, quas presentias locales habeamus, vi quarum quoad spatiū loci indistantes sumus; ita quærere, quando nam homo cras venturus, ipsius duratio crastinæ, & æternitas Dei coexistant? est quærere, quas durationes habent, vi quarum quoad spatiū durandi indistantes sint? Respō-

demus ergo quæstiōni. Quando æternitatis diuina esse durationem in qua datur quatenus est ex parte Dei talis coexistentia. Quando proprium durationis crastinæ creaturæ est duratio, in qua datur quatenus est ex parte hominis futuri cras, & durationis crastinæ eadem coexistentia; & tandem utrumque quando esse durationem, in qua talis coexistentia datur absolute ex omni parte. Ratio est. Nam aliquid dari in tali, vel tali duratione non est aliud, quam durare per durationem talis, vel talis differentiæ, v. g. dari hodie, durare per durationem hodiernam; dari cras, durare per crastinam, & sic in ceteris. At talis coexistentia, durat, quatenus est ex parte Dei per æternitatem intrinsecam Dei; durat, quatenus est ex parte creaturæ per durationem crastinæ creatam; duratque ex omni parte, id est, quatenus est ex parte utriusque, partim per æternitatem intrinsecam Dei, partimque per durationem crastinam creatam: ergo nostra responsio legitima est.

28 Hinc sit, cum præsentia diuina æternitatis ad durationē crastinam, non sit aliud, quam coexistentia diuina æternitatis cum duratione crastinæ, certè talis præsentia tunc solum datur, quando datur ea coexistentia: cum igitur haec non detur adæquatè ab aeterno; sed partim, id est, ex parte Dei, ab aeterno, & par-

partim, id est, ex parte creaturæ in nostri temporis differentia, consequens est præsentiam dictam non dari aequaliter ab æterno; sed partim ab æterno; partimq; in nostro tempore. Quo rursus sit, absolute, & simpliciter, solam præsentiam obiectuam in mente Dei habere creaturem ab æterno. Qua propter nostra sententia quoad rem ipsam connent cum Schola Scot. Durand. Nomin. & Societ. cum D. Tho, solumque discrepat à nouioribus Thomistis. Vnde iure optimo nullum ex nostris contra ipsam retuli. Fit præterea prædicam præsentiam esse ex parte æternam; & ex parte temporalis. Æternam secundum diuinum quod importat: temporalis, secundum creatum.

29 Fit quarto, ad questionem illam, an hæc præsentia incipiat, & desinet? Dicendum est, ex parte non incipere, nimisrum ex illa parte, qua æterna est; & similiter ex parte incipere, scilicet ex illa parte qua temporalis, & creata est: idemque dicendum est de desitione. Fit quinto resolutio illius questionis: An Deus successivè an simul coexistat durationibus successiuis creatis? Respondendum est, Deum habere in se simul durationem, quæ ordinem præsentis, & præsentiæ constituit cum duratione hodierna creata; & quæ similem ordinem constituit cum dura-

tione creatina creata. Cæterum, coexistentia Dei cum duratione hodierna creata, coexistentiaq; Dei cum duratione creatina crea ta sunt ex parte successiua: quia prima coexistentia claudit durationem hodiernam creatam, cui succedit duratio creatina crea ta, quam claudit posterior coexistentia.

30 Fit sexto, resolutio illius questionis. An admitti valeant istæ propositiones de præterito, & futuro. Petrus coextit aeternitati. Petrus coexistet aeternitati. Negat Molina, & alij communiter. Affirmat cum alijs Auerfa. Sed utrique facile rediguntur in concordiam. Nam si sensus sit, instans aeternitatis esse instans præteritionis, aut futuritionis coexistentiæ aeternitatis cum Petro, standum est negantibus eas propositiones. Nam iuxta eum sensum significanter, ita fuisse exercitam coexistentiam aeternitatis cum Petro, vel ita exercendam esse, ut iam præteritum, & elapsum, vel nondum adueniens fuerit instans aeternitatis, in quo vel fuit exercita, vel exercenda est ea coexistentia. At elapsum fuisse, vel nondum aduenisse, solum verificari potest de instanti labili, & momentaneo; non de fixo, & æterno. ¶ Si autem sensus sit, eam coexistentiam ex parte sumptam, nempe ex parte creati, quod inuoluit comparari posse,

posse, iam cum instantे, cui præterierit; iam cum instantе, cui nondum aduenierit, planum est, eas propositiones reddere sensum verum.

31 Demum sciendum est, quomodo cohæreat cum eo quod æternitas coexistat rei creatæ semel existenti, posse hanc rem absolute, & simpli- citer destrui, prout necessa- riò dicendum est contra Vvi- cleph, qui (referente, & re- sellente Vvaldensi liber 1. fi- dei capit. 6.) dixit, ea semper esse, quæ aliquando fuerunt. Ratio difficultatis est. Nam ex eo quod res nunc existens non existat postea, non tollitur, quod æternitas ei rei coexistat. Ut enim æternitas huic rei coe- xistat satis est, ut spectata æter- nitate successiva secundum to- tam suam amplitudinem, ta- lis res existat in aliquo instantē æternitatis successiæ: ergo ex eo, quod res nunc existens, non existat postea, non tolli- tur existere simpliciter: res e- nem, cui coexistit æternitas, est simpliciter existens. Res- pondeo. Ex eo quod Petrus existens nunc, non existat cras, non tollitur, quod æternitas coexistat ipsi, ut existentia nunc. Tollitur tamen, quod Petrus persevereret coexistens æternita- ti. Hoc autem sufficit, ut Pe- trus destruatur secundum suum

esse substantiale simpliciter, & secundum se sumptum. Tres istæ solutionis partes breviter explicantur scorsini.

32 Prima, quia cum non opponantur, Petrum cras non existere simpliciter; & existere simpliciter hodie, sit per non existere simpliciter cras non excludi existentiam simpliciter ab hodierna die, proindeque, neque excluditur, Deum coe- xistere Petro, ut existenti ho- die. Secunda. Nam: sicut, ut Petrus nunc existens perseuer- ret cras in existentia, requiri- tur existere cras; ita etiam, ut Petrus nunc æternitati coe- xistens persevereret cras in ea coe- xistentia, requiritur, ut ex coe- xistentia defur cras; quod im- potabile est, Petro non exi- stente cras. Tertia, quia Pe- trum destrui cras, secundum suum esse substantiale simplici- ter, & secundum se sumptum, non est aliud, quam, cum Pe- trus existat hodie, non perse- uerare cras ipsis esse substan- tiale simpliciter, & secundum se sumptum: hoc autem veri- ficatur eo ipso quod Pe-

trus, qui existit ho-
die, cras non
existat.

DISPVT. XVI.

Vsus eternitatis diuinæ ad cognitionem Dei circa futura contingentia.

Diximus disp. 15. diuinā æternitatem secum identificare simul differētias omnes formales durādi. Videamus, cuius vtilitatis, vel necessitatis sit talis æternitas ad cognitionem futurorum contingentium.

C A P V T . I.

Sententie Theol. priorque pars nostra sententiae.

I Prima sententia est, æternitatem Dei, prout habentem sibi ab æterno presentia illa, quæ nobis futura sunt, eo modo, quo nouiores Thomistæ præsentiam hanc defendunt, neque necessariam esse ad cognitionem diuinam futurorum; neque gratis admissam, sufficiens esse fundamentum ad talē cognitionem. Ita omnes, vel ferè omnes, quos retulimus disp. 15. cap. 2. pro sententia Thomistis nouis aduersante. ¶ Secunda sententia est, æternitatem, prout à nobis explicatam, sibi identificantem simul cunctas differētias formales durādi, nullatenus

esse per se, & formaliter necessariam ad diuinam cognitionem futurorum. Sic P. Molina disput. 14. concl. 2. P. Ripald. cit. disp. 15. Communisque est apud nos consentienter ad ipsorum principia. ¶ Tertia sententia est, æternitatem prout explicatam disputat. 15. necessariam esse, vt cognoscat Deus intuituè futura contingentia; non autem, vt ea cognoscat certò, & infallibiliter; abstractiuè tamen. Nam ad hoc, satis est in Deo dari decretū efficax infallibiliter ab intrinseco connexum cum eis futuris. Sic P. Fonseca, *supra*. Granad. *supra* disp. 4. Postulatque quodammodo pro hac sententia citari (licet illi de sua illa præsentia ab æterno; non de nostra partim æterna; & partim temporali loquantur) Ioann. à S. Thom. disp. 19. art. 4. R.R. Thomistæ post Caiet. ad hunc art. §. *Contra secundam conclusionem.*

2 Assero primò. Præsentia physica futurorum ab æterno in æternitate necessaria non est ad cognitionem diuinam futurorum. Patet ex dictis in superioribus. Nam, quod non datur, ea cognitione data, necessarium ad illam non est. Sed præsentia physica futurorum ab æterno in æternitate non datur, data diuina futurorum cognitione, immo talis præsentia impossibilis est, vt constat ex disp. 14. ergo necessaria non est ad prædictam cognitionem;

nem. ¶ Affero secundo, talis præsentia gratis admisiā non est vtilis, ex vi sua formaliter, vt cognoscat Deus futura eo modo, quo futura sunt. Probatur cōclūsio ex nostris Authoribus. Nam, talis præsentia viē est iuare ad notitiam diuinam futurorum, quatenas reddit futura præsentia Deo ab æterno. At nō reddit futura præsentia Deo ab æterno eo modo, quo sunt futura: ergo ex vi sua formaliter nō est vtilis, vt Deus cognoscat futura eo modo, quo futura sunt. Minor probatur. Nā futura sunt futura, non quidem prout præsentia sunt ab æterno in aliena mensura æternitatis: sunt enim futura, prout in uno tempore non sunt, & in alio sequenti incipiunt esse: Non autem incipiunt esse prout ab æterno sunt: ergo tātum sunt futura prout in propria mensura temporali exercētur. At, vt sic incipiunt, proinde que non sunt ab æterno præsentia: ergo dicta præsentia non reddit futura præsentia Deo ab æterno, eo modo, quo sunt futura. Iam vero, insufficiens esse, quod ex Thomistis responderi posset, constat ex disp. 14. cap. 2. a num. 5.

3. Affero tertio. Tametsi formaliter loquēdo præscindamus ab eo, quod æternitas Dei sit duratio formalis crastina v.g. ipsius Dei, poterit Deus ex nunc, & ex æternitate cognoscere certò, &

infallibiliter, quæ cras erunt, licet non cognitione, quæ ex proprio tendendi modo sit esentia. liter cognitio de præsenti (de quo 2. cap.) Probatur ex dictis disp. 13. cap. 4. Nam eo præcisè quod Deus sit ex nunc, & ab æterno infinitè intellectualis, & aliunde die crastino detur Petru existere, datur in rebus sufficien- tiā determinatio, vt Deus ex nunc, & ab æterno certò, & infallibiliter cognoscat existen- tiā Petri coniungi cum die cra- stino: At in hac præcisione, for- maliter loquendo, abstrahitur ab eo, quod duratio, quā Deus ha- bet nunc, ante, & ante in infinitum, sit duratio crastina Dei: ergo formaliter loquēdo præscin- dendo ab hoc, Deus est ex nunc, & ab æterno certò, & in- fallibiliter cognoscens, quæ cras evenient.

5. Rogabis. An in hac præci- sione prædicta notitia diuina ex nunc, & ab æterno existens sit intuitua rei, quæ venit cras? Negant Iuniiores Thomiste. Quia intuitio est obiecti tunc exitten- ti extra causas, quando talis in- tuitio exercetur. Quod probant primo ex D. Thom. quæst. 3. de de veritate artic. 3. illis verbis: Ad 8. dicendum, quod simplex no- titia dicitur, non ad excludendum respectum scientie ad scitum, qui inseparabiliter omnem scientiam comitatur, sed ad excludendum ad mixtionem eius, quod est extra ge-

*n*on *notitia*, sicut est existentia *re-*
rum, quam addit *scientia* *rationis*.
Secundo. *Scientia abstractiua ex*
sua ratione formalis abstrahit ab
actuali exercitio obiecti, quod
respicit, non exposcendo tale
exercitium: ergo intuitio non ab-
strahit ab actuali exercitio sui
obiecti; sed petit tale exercitiū.
Confirmatur. Nam in præciso-
ne nostræ conclusionis, Deus nō
cognoscit ab æterno creaturas,
vt iam tunc sibi physicè coex-
istentes; & in tempore cognoscit
illas, vt iam tunc sibi physicè coe-
xistentes. At hoc discrimen suf-
ficit, vt cognitio, quæ est in tem-
pore sit intuitiua; & non sit in-
tuitiua, quæ est ab æterno; ergo
in illa præcisione cognitio, quæ
nunc, & ab æterno existit de
euentu cras futuro, non est in-
tuitiua.

5 Tertiò. Notitia intuitiua
est notitia rei præsentis, ut præsen-
sis. At non rei præsentis intellé-
ctualiter, & obiectiuè præcisè: nā
etia res abstractiue cognitæ sunt
prælentes intentionaliter, & ob-
iectiuè: ergo rei physicè præsen-
ti. Confirmatur. Cognitio rei,
quæ nō est physicè prælens cog-
nitiori; sed futura, est cognitio
rei physicè absentis cognitioni,
proindeq; à cui existētia de præ-
senti exercita præscindit cognitio:
ergo comparatione talis rei
cognitio non habet rationē for-
malē intuitionis. Demū. Simili-
modo est de ratione intuitionis

terminari ad obiectū præsens, ac
de ratione gaudij terminari ad
obiectū possessum. At nō sufficit
gaudio terminari ad obiectum
possibiliter, præteritè, futurè; vel
tantū obiectiuè possessū; sed ne-
cessit est terminari ad obiectum
præsentialiter physicè possessum:
ergo similiter in intuitione.

6 Hac tamē argumenta parū
vrgēt. Ad primū ex B. Th. Resp.
mentē S. D. esse sciētiā simplicis
intelligentiæ in eo distinguere à
visione, quod illi non respōdeat
ex parte obiecti existentia rei, vt
actualiter exercita, siue in dura-
tione præsente, siue præterita, si-
ue futura, tali notitiæ; secus autē
visioni. Vide dicta disp. 8. n. 15.
Ex quo loco patet hoc sufficere
ad distinctionē, de qua D. Th. ab
intelligētia simplici quatenus ra-
li. Ad secūdū. Sciētia abstractiua
nō exigit ex vi claritatis, quā im-
portat, quod obiectū, de quo iu-
dicat actualiter existere, siue in
tempore sibi præsenti, siue præ-
terito, siue futuro, detur actualiter
in tempore, pro quo iudicat actua-
liter dari; at sciētia intuitiua po-
stulat ex vi claritatis, quā iudicat
obiectū existere, quod tale obie-
ctum in tempore existat, in quo à
sciētia iudicatur existere. Cur au-
tē hoc sufficiens discriminē nō sit
utriusq; sciētia in ratione exigē-
di statu existētialem sui obiecti?

7 Ad confirmationē respōderi
poterit, discriminē illud sufficere,
ut altera scientia sit obiecti præ-
sen-

sensitum ipsi scientia; & altera futura, non autem, ut altera sit intuitiva; & altera abstractiva. Nam ad hoc discrimen requiritur, quod scientia non praeceps differat materia. Liter, quoad tempus exerciti, sui obiecti; sed formaliter, quoad claritatem, quam exhibent menti de statu existentes alio obiecti pro aliquo differencia temporis. Sic aduersarij dicere tenentur, cognitionem, qua Deus ab eterno videt creaturas, ut existentes ab eterno in eternitate tanquam in aliena mensura; cognitionemque, qua Deus in tempore videt iam tunc creaturas existere in tempore, tanquam in propria mensura, non fortiori ex hac parte differim sufficiens, ut altera intuitiva sit; & altera abstractiva. ¶ Ad tertium (quidquid sit de autoritate talis definitionis) responderetur. Intuitio est notitia rei praesens, ut praesens physicè alicui tempori; non vero, necessario, ut praesens physicè ipsi cognitioni. Ita, cognition intuitiva, & abstractiva, satis in suis rationibus constituitur, ac differunt, ex eo, quod intuitio, ex vi claritatis attingendi obiectum, vel per species proprias, vel eminentiori modo (quod addiderim propter Deum cognoscendam obiecta sine principio, quod habeat ratione formalē speciei, iuxta dicta disputa.) postulat suum obiectum praesens esse alicui tempori; & non sic notitia abstractiva. Ex quo paret ad confirmationem. Nam, licet ea cog-

nitione sit rei cogniticni absentis, reisque, cuius praesentiam respectu ad ipsam cognitionem postulat ipsa cognitione: in quo sensu diei potest ea cognitione praescindere à praesentia obiecti respectu ad ipsum; tamen cum eo stat, quod ex vi praedictae claritatis non praescindat ab obiecti praesentia respectu ad tale, vel tale tempus, ideoque sit intuitio.

8 Ad quartum. Admissa, maiori, potest probabilissime negari minor. Potest enim percipi gaudium de re praeterita, & futura. Sic potest homo gaudere de meritis, quos cessit tempore anteriore, & qui revelationem haberet, quod post centum annos salutem eternam consequetur, gaudere potest de salute, ut existente post illum temporis tractu: homoque nequam latari potest de peccatisque iam ante commisit. Nec refert si dicas, in his casibus gaudium esse de praeteritione, & futuritione praetenibus; non de bonis praeteritis, vel futuris. Nam praeteritio bonorum, & malorum operum, duo dicit: & non existentia physica ipsorum nunc & existentia ante: homo autem, vel bonus, vel nequam non capiunt gaudium de non existentia physica nunc boni, vel malorum operis, sed de existentia ipsorum antea, patetque talem existentiam, esse praeteritam. Et quidem hi homines potius vellet, alias ex sua bonitate; & alias, ex sua nequitia, quod physicè persenseret

ad huc meritum, & demeritum. Simile est in futuritione salutis æternæ, quæ dicit, & eam non esse nunc, & esse postea: capitur autem gaudium, non de priori, ut constat; sed de posteriori, quod nō est præsens; sed futurum. Sed de his alibi fusc.

9 Quæstioni ergo propositæ num. 4. Respondeo. Adhuc in illa præcisione seruatur tota perfectio intrinseca intuitionis, parumque refert, an seruetur, vel non denominatio intuitionis (quæ est res partii momenti, forsitanq; de puro nomine.) Prior pars constat ex dictis. Nam perfectio intrinseca intuitionis in ratione intuitionis stat in eo, quod ex vi claritatis, qua per propriam speciem, vel eminentiō modo, tangit obiectū conexa sit cum statu existentiali ipsius in se ipso pro aliqua temporis differentia. Iam autem vidi mus, totam hanc rationem in ea præcisione retineri. Secunda pars facilis est. Nam retenta ab æterno tota perfectione intrinseca intuitionis, nihil refert, quod nō detur ab æterno; sed tantum in tempore denominatio non pertinens ad intrinsecam perfectiōnem intuitionis: sicut nihil refert cognitionē diuinam nō ab æterno, sed in tempore incipere quoad denominationem coexistentis creaturæ prout existenti in propria temporis mensura. Nū vero intuitio dicatur intrinsecè in-

tirio ratione claritatis, quam explicuimus. Vela etiam ratione coexistentiæ cum obiecto suo? quæstio mihi est parum realis, ideoque libenter, vel onittenda prorsus, vel ad Philosophiam remittenda.

CAPVT II.

Posterior pars nostra sententia.

10 **V**T conclusionem ultimam nostræ sententia stabiliamus, discutienda est natura iudicij de prælenti, per quod sic absolute, sine illa restrictione iudicamus: *Iam hæc res existit.* Judicij, inquam, de præsenti, ut condistincti à iudicijs de præterito, vel futuro, quibus dicimus: *Hæc res extitit.* *Hæc res existet.* ¶ Noto primò. Non est idem, aliquem cognoscere se existere in rerum natura; & existentiam alicuius diei dari pro differentia temporis talis diei; atque cognoscere se de præsenti existere in illo die. Nos enim die Sabbati existentes cognoscimus, nos nūc existere; diemque Dominicam postea existere pro sua differentia temporis; & tamen non cognoscimus existere nos iam de præsenti, & absolute in die Dominica, ideoque nō tenemur ad audiendum lacrum, prout tene remur hac notitia instructi: *Cœxistimus de præsenti,* & *absolute diei Dominicæ.* ¶ Neque cognitione nuper alsignata instruimur cōpræcise, quod cognoscamus dari

dari in rerum natura pro sua mensura durationem aliquam nostram dese simultaneam cum die Dominica, rursusque dari hanc diem pro sua differentia temporis. Ratio est. Quia si ruuc agnoscamus euentram postea diem Dominicam, & aliquam durationem nostram cū ea die simultaneam, cognoscimus quicquid alsignatum est; non autem ideo præcisè formamus iudicium illud: *Coexistimus de praesenti, & absolute diei Dominicæ.* Qua propter adhuc non instat obligatio audiendi sacram.

II Noto secundo. Neque prædictum iudicium habemus, eo præcisè, quod existentes die Dominica cognoscamus nos existere, & etiam existere diem Dominicam pro sua differentia temporis. Ratio est. Quia stat optimè te die Dominicæ iudicare talem diem existere pro sua differentia temporis, & tamen nondum tibi constare iam esse præsentem eam temporis differentiam. Qua propter stante illo iudicio de existentia diei Dominicæ pro sua differentia temporis, & te existente die Dominicæ, nondum urget obligatio audiendi sacram, donec post adhibitā sufficientem diligeniam, compertum sit, præsentem potius, quam absentem esse diem Dominicam. ¶ Dicendum ergo est, iudicium habere formaliter,

quod si de præsenti ex suo intrinseco, & speciali modo tendendi, quo notificat cognoscēti modo ab soluto; nō modificato & restricto: *Hæc res existit.* Posunt autē duo considerari, quæ modo absoluto notificatur cognoscēti. Primum, ipsa existēria durationis subiecti cognoscētis. Secundum, existēria alterius rei. Modus tendēdi, quo subiectū cognoscens absolute, & de præsenti iudicat se durare per durationem hodiernam, sic absolute & sine modificatione, vel limitatione dicit: *Mea duratio hodie na existit.* Isteque modus pro sui veritate petit coniunctionem in genere durandi talis durationis cum duratione, quā habet cognoscens, quando tale iudicium format. Modus tendēdi, quo subiectū cognoscens iudicat sic absolute, & sine limitatione alterius rei existentiam, sic dicit, *Petrus existit*, v. g. Isteque modus pro sui veritate petit simili ter coniunctionem Petri ingeneri durandi, cum duratione, quam habet cognoscens quādo tale iudicium format. Similiter proportione seruata iudicia de preterito, & futuro ponēda sunt, vt perpendenti superiora constabit, in specialibus, & intrinsecis tendēdi modis talium iudiciorū exposcentiū pro sui veritate distantiam duratiuam, vel à parte ante, vel à parte post, suoru obiectorū à duratione, quam habet cog-

cognoscens, quādō talia iudicia format. His positis.

12. Ultima cōclusio sit. Diuina aeternitas, vt sibi idētificāratio-nes omnes formales durādi, per quas in genere durationis exclu-dit distantiam à durationibus crea-tis, necessaria est per se, & forma-liter ad iudicia de præsentī, quæ Deus semper habet de futuris contingētibus in nostro tēpore. Cōcluīonem hanc didici ex sa-pientissimis iuxta, ac Sæcūlissimis DD. meis semper Magist. Au-gust. & Th. Legatur Aug. lib. 2. ad Simplician. quæst. 2. illis ver-bis: *Quid autem futurum est Deus, qui omnia supergreditur tempora? Si enim in scientia res ipsas habet, non sunt future; sed presentes, ac per hoc non iam præscientia; sed tā-tum scientia dici potest. Si autem sicut in ordine temporali, ita & a-pud eum nondum sunt, quæ futura sunt; sed ea preuenit sciendo. Bis ergo ea sentit, uno quidem modo se-cundū futurorum præscientiam, al-tero modo secundū præsentū scien-tiam. Aliquid ergo temporaliter acce-lit scientię Dei, quod absurdū & falsum est.* Ecce Augustinus, ex eo quod nihil tēporaliter acce-dat scientię Dei, colligit non habere Deum duplē modum tendendi circa futura in tempo-re, aliud per modum præscien-tiæ futuri; & aliud per mo-dum scientię rei præsentis; sed huius etatū, ad cuiusveritatem irequiritur ex Aug. quod nobis

futura non sint futura Deo; sed præsentia.

13. Clarius, & more scholasti-co D. Th. q. 2. de verit. art. 12. in corp. illis verbis. *Cum visio diuinae scientie aeternitate mensuretur quæ est tota simul, & tamen totum tempus includit, nec alicui parti tēporis deest, sequitur, ut quicquid in tēpore geritur, non ut futurum; sed, ut præsens videat: hoc enim quod a Deo visum est, futurū est res alteri cui suscedit in tempore, sed ipsi diuinæ visioni, quæ non in tēpore sed extra tēpus est, non est fu-turū, sed præsens.* Similia habent in primō dist. 38. q. 1. art. 5. in corp. & alibi sāpe. Considerabim scien-tiā animo totam nostrā senten-tiam expressam. Nam ait primō D. Th. diuinā aeternitatē esse to-tam simul: includere tamen to-tū tempus: id est secū identifica-re differētiam omnem formalē durationis. Hęc est tota doctrina firmata disp. 15. Hinc diuinā aeternitas nulli parti tēporis deest. Hoc est, quod sāpē repetiuimus nimirū Dei aeternitatē cuin no-stris temporibus futuris non cō-stituere ordinem præsentis, & futuri; sed præsentis, & præsen-tis.

14. Tertiō. Hinc sequitur, vt quicquid in tēpore geritur, non ut futurum, sed ut præsens Deus videat. Hoc est, quod nūc cōte-di-mus, scilicet, circa nobis futu-ra, non habere Deū modū hunc iudicādi: *Existent, sed hunc: Exi-sunt*

stunt. Idque fundari in natura diuinæ æternitatis, quæ differētias omnes formales durandi claudit nullique temporis nostro deficit.

Quarto. Ideo circa nobis futura modus ile tendendi diuinæ visionis: *Existunt*, cum veritate infallibili talis visionis compoatur, quia ipsi diuinæ visioni, quæ non in tempore, sed extra tempus est; omnes tamen differētias formales durationis per suā durationem æternā imbibēs, futura nobis nō sunt futura, sed præsentia, quod requiritur adhuc, ut talis tēdēdi mod⁹ euadat verus.

Quomodo vera nō euaderet visio nostra durans per durationē, cui futura est aliqua res, si de illa non dicaret: *Existet*; sed *Exsistit*. Vnde tota nostra, D. Tho. sententia componitur absque præsentia physica ab æterno creaturam cum Deo, admisia sola præsentia obiectiva ab æterno, eternitatemque diuinā posse duvitaxat cum durationib⁹ nostris cōstituere ordinem præsentis, & præsentis.

15. Ex his igitur vniuersalibus Magistris libentissimè discētes, nostræ coclusionis rationem ad hanc formam redigimus. Deus habet semper respectu Anti-Christi nobis futuri notitiā hanc de presenti absolute, & sine modificatione: *Anti Christus existit*, vt condicinetam à notitia de futuro, quæ dicat: *Existet*; sed ad hoc est necessarium per

se, & formaliter Deum durare per durationem, cui simultanea sit duratio Anti-Christi; non posterior, & futura. Deinde Deus tali modo durat, quatenus durat per suam æternitatem, quæ cum qualibet duratione creata potest dumtaxat cōstituere ordinem præsentis, & præsentis. Ergo Dei æternitas, prout est naturæ, quā explicuimus, necessaria est per se & fortia liter ad notitiā de præsenti, quam semper Deus habet respectu obiecti temporis nostri futuri. Maior probatur. Nam, vt ex immutabilitate diuinæ mentis constans est Theologis, Deus semper habet notitiam, quam semel habet. Neque enim Deus temporis decursu crescit, vel decrescit in suis notitijs. At adueniente tempore Anti Christi, Deus habet absolutam illam notitiam: *Exsistit*: Nihil enim tunc deficit, quo minus intellectus completissimus, & infinitus illam habeat: ergo illam semper habet. Minor, quoad primam partem constat ex prænotatis. Nam ad verificationem notitiæ talem tendendi modum habentis, opus est, durationem cognoscentis non esse distantem in genere durandi; sed simultaneam cum obiecto. Deinde, quoad secundam partem constat eadem minor ex tota disputatione 15. ubividimus de sententia diuinæ æternitatis esse sic secundū identificare differentias

omnes formiles durandi, ut cōpletē excludat distantiam sui in genere durandi ab unaquaque duratione creata.

16. Quo fit, siue Deus habeat; siue non habeat decretum connexum cum actibus creatis libere futuris in tempore, requiritam eodem modo esse diuinam æternitatem, ut complectentem durationem talium actuum ad cognitionem diuinam ipsorum. Nam, si præcindamus ab eo, quod talis cognitionis fortius modum tendendi de præsenti, non requiritur per se, & formaliter æternitas Dei, ut complectens durationem talium actuum, ad certam, & infallibilem cognitionem ipsorum, prout suo tempore existentium; non inquam requiritur, etiam eo decreto præcilio, ut constat ex dictis in hac disputat. cap. 1. & disputat. 13. capit. 4. Si autem sumamus eam cognitionem prout habentem modum illum tendendi de præsenti, requiritur per se, & formaliter diuina æternitas eius naturæ, quam exposuimus, tametsi ponatur tale decretum.

17. Obijcies primò. Si nos modo absoluto sine vila limitatione nunc diceremus: *Anti-Christus existit*, esset falsa propositionis: ergo similiter, si Deus nunc dicat modo absoluto sine vila limitatione: *Anti-Christus*

existit, erit falsa propositionis. Nam ex propositionibus idem omnino dicentibus implicat alteram esse veram; & alteram falsam. ¶ Reipondeo ex D. Thom. diligenter persenso num. 13. & 14. concedendo an ecedens, & negando consequentiam. Et ad probationem dicimus eas propositiones non affirmare idem omnino. Nam Deus nunc durans per durationem suæ intrinsecæ æternitatis, & absolute dicens: *Anti-Christus existit*, affirmat Anti Christum ita existere, ut duratio, quam ipse Deus nunc quasi experimentaliter tangit in se ipso, sit simultanea cum duratione Anti-Christi, quod certum est, quia duratio Dei est æternitas Deo intrinseca, quæ sic simultanea est. Nos autem nunc durantes, si modo absolute dicamus: *Anti-Christus existit*, affirmaremus, Anti Christum ita existere, ut duratio, quam in nobis ipsis nunc experimur sit simultanea cum duratione Anti-Christi, quod falso est cum ab illa distet, tanquam præfens a futura, & priora posteriori.

18. Obijcies secundò. Si Deus semper haberet nunc modum tendendi de præsenti: *Anti-Christus existit*, falsus esset talisactus Dei. Probatur sequela, quæ manifestè est absurdâ. Quia nequit semper esse verus actus abso-

absolutè, ac de præsenti dicens, *Anti-Christus existit*, nisi semper Anti-Christus existat. At Anti-Christus non semper existit, vt constat: ergo prædictus actus nequit semper esse verus. Confirmatur. Ut sit verus noster actus, quo nunc absolute de præsenti dicimus Petrum existere, requiritur Petrum existere nunc: ergo vt sit verus actus diuinus, quo Deus semper absolute de præsenti dicit: *Anti-Christus existit*, requiritur Anti-Christū existere semper. ¶ Respondeo, negata sequela. Ad probationem negatur maior. Ratio est. Nam Deus semper dicens absolute de præsenti: *Anti-Christus existit*, nihil aliud præstat, quam semper affirmare Anti-Christum ita existere, vt duratio, quam in se ipso Deus tangit sit simultanea cum Anti-Christo, ad quod non requiritur Anti-Christum semper existere; sed ita existere in suo tempore, vt semper sit in Deo duratio, quæ cum duratione Anti-Christi constituit ordinem præsentis, & præsentis in genere durandi. Sic Deus in quolibet loco potest dicere Complutum ita existere, vt Deus sit loco simultaneus Compluto. Nam ad hoc non requiritur, quod Complutum prætens sit localiter in omni loco; sed quod Deus in omni loco habeat suam immensitatem, quæ cum præ-

sentia Complutensi constituta ordinem prætentiarum localiter penetratarum.

19 Ad confirmationem cōcessio antecedente negatur consequentia. Discrinetur est. Quia nos non possumus nunc per actum verum absolute de præsenti dicere, Petram existere, nisi Petrus ita existat, vt duratio, quam habemus nunc sit in ratione durādi simultanea cum duratione Petri, quod non stat nisi Petrus duret nunc. Quia cū nostra duratio propter suam limitationem, non complectatur plura tempora, noacit præsens nunc præsentibus, & postea futuris. At ex opposito, cum duratio, quam Deus nunc habet, complectatur propter suam infinitatem omnia tempora, præsens est ijs, quæ in nostro nunc sunt; & ijs, quæ postea erunt. Ideoq[ue] de ijs, quæ respectuē ad nostrum nunc futura sunt vere affirmat modo de præsenti, & absoluto: existunt: Quia sic exercentur in rerum natura, vt duratio, quam Deus nunc, & semper in se ipso habet, simultanea sit respectu durationis ipsorum.

20 Rogabis. Quare PP. qui videri posunt apud P. Ruiz supericitat. colligant ex æternitate Dei præsente durationibus omnibus creatis, notitiam eorum, quæ geruntur in ipsis; potius quam ex suo Angelico, per

Z. 3. quod

quod Angelus durat indiuisibili-
ter in æternum à parte post, no-
titiam eorum, quæ geruntur in
temporibus succedētibus adhuc
nostrum nunc, in quo Angeli exi-
stunt? Utque magis difficultas
urgeat, ponamus Angelum sic
durare per iuum æuum indiu-
sum, ut hoc sit duratio, per quā
durat hodie, cras, perendie, &
sic deinceps, adeo, ut ex suppo-
sitione eius æui destrui nequeat.
Ratio difficultatis est. Quia licet
Deus, & Angelus (in positione
facta) habeant nunc durationem
indistantem à faturis cras; hæc
tamen futura non existunt nunc,
proindeque ratione illius præ-
sentia, quæ non tam est ipsorum
ad Deum, & Angelum, quam
Dei, & Angelus ad ipsa, non ma-
gis appetet, quomodo melius
cognosci possint, quam si nul-
latenus essent præsentia. Tamen
hoc non obstante, probabilitati-
mum mihi est, discrimen esse
in præsenti inter Deum, & An-
gelum, qui ponatur durare per
durationem supra positam. Nā
Deus, neque ab obiectis creatis
notitiam illorum accipit, neque
ab specie nomine obiecti con-
currentis, suplentisque impro-
portionem, quam habet obie-
ctum ad concurrendum, non ex
defectu existentia; sed vel ex di-
stantia locali; vel alio impedi-
mento, ut obiectum existens ex-
hibeat per se ipsum concursum
in cogitationem claram sui. Quo-

fit, Deum, ut clarè cognoscat
objeta creatura non requirere ip-
sorum existentiam; sed ut cog-
noscat per cognitionem haben-
tem modum tendendi de præ-
senti fixum, & immutabilem:
cumque ad hoc non requiratur
ipsa obiecta durare in omni du-
ratione, in qua Deus durat, sed
sufficiat, Deum in quacunque
duratione per durationem du-
rare simultaneam durationi ob-
iecti creati, PP. optimè dixer-
unt (suppositis alijs conditio-
nibus intellectus diuini) Deo, ut
duranti per suam æternitatem
nihil defesse, quo minus clarissi-
mè in qualibet duratione cog-
noscat futura. Ceterum Ange-
lus nō requirit præsentiam cum
objeto, præcisè, ut cognoscat
ipsa per modum tendendi de
præsenti; sed ut obiectis debeat-
ur, quod Angelicæ menti instru-
ctæ speciebus, vel ab obiectis ac-
ceptis, vel inditis à Deo tribua-
tur concursus ad cognitionem
claræ talium obiectorum: Cum-
que obiectis in se neque nunc,
neque antea existentibus; sed pu-
re futuri nihil debeatur, quia
donec existant, vel extiterint ni-
hil exigunt; vel exegerunt, fit
Angelum, quantumvis suo æuo-
durantem per durationem si-
multaneam futuris huic tempo-
ri præsenti, non peste in hoc
tempore, naturaliter,
clarè cognoscere
futura.

CAP.

CAPUT III.

Immutabilitatem diuine cognitionis protegit eternitas Dei.

21 **E**X principijs iactis defenditur optime diuinae cognitionis immutabilitas, cuius iure Deus, adeò sit in suis cognitionibus constans, ut neque decursu temporis nouas possit cognitiones aequirere, vel antiquas amittere. Hanc immutabilitatem omnes Theologi, cum Magist. in 1. distinct. 39. & cum S. Thom. hic artic. 5. tanquam doctrinam, cuius opposita sana non est, defendant: quam scripturæ, & PP. consonare probat P. Ruiz disputat. 37. de scientia. Id quod facile est quantum attinet ad scientiam necessariam: cum enim scientia de veritatibus necessariis semper sit vera: vtque semper Deus obiectum cognoscat, satis sit, nihil esse vnde cognitionis falsitatis arguatur, patet scientiam diuinam necessariam esse sempiternam, & immutabilem. Deinde inuariabilis scientiæ diuinæ circa veritates contingentes, probatur. Nulla scientia diuina desiderat ad sui veritatem incipere, vel desinere, & non semper esse. At solum posset esse

variabilis ex eo, quod aliquid ex his ad sui veritatem desideraret: ergo nequit esse variabilis. Minor certa est. Nam infinitus intellectus Dei non potest non attingere omne verum, scilicet quicquid actu vero cognoscere potest. Maior probatur, claritatis gratia, in notitia, quam Deus habet nunc de Anti-Christo futuro postea: & idem argumentum formari poterit respectu cuiusvis alterius obiecti contingentis. Notitia, quam Deus habet, de Anti-Christo futuro, vera est ante aduentum praesentem Anti-Christi. Item est vera quando iam praesens est, ac denique, quando præteriit: ergo semper est vera, & consequenter, ut sit vera non postulat incipere, vel desinere, & non semper esse. Tres partes continet antecedens. Probatur prima. Talis notitia vera est ante aduentum Anti-Christi, in quo non est difficultas, quia tunc sic Anti-Christus non est, ut postea sit, nihilque magis ex parte obiecti requiritur ad veritatem eius scientiæ. Secunda pars probatur, nempe eam scientiam esse etiam veram, quando Anti-Christus est praesens, quia per talen scientiam, nihil aliud Deus affirmat, quam Anti-Christum esse postriorem respectuè ad hoc tempus A. simultaneumque, tum

respectiuè ad suum tempus B. tum respectiuè ad æternitatem Dei, ac proinde respectiuè ad duratioem, per quam semper durat ipse Deus. Cum igitur in ipso tempore B. possit hoc citra omnem falsitatem affirmari à Deo, patet, scientiam, quam habet Deus de Anti-Christo futuro veram esse in ipso tempore B. quo Anti-Christus est præsens: cumque id ipsum possit verè affirmari à Deo tempore C. in quo Anti-Christus iam est præteritus, etiam erit vera talis Scientia tempore C.

22. Hinc fit primò. De aduentu Christi nunc præterito. In tempore B. præsente. In tempore A. futuro, idem iudicat Deus semper, tam ex parte obiecti; quam ex parte modi iudicandi. Ex parte obiecti iudicati, quia semper obiectum iudicatum à Deo est, aduentum Christi respectu huius nostri temporis esse præteritum; respectu temporis, in quo exercebatur, esse presentem; & respectu temporis anterioris ad exercitium esse futurum. Ex parte modi iudicandi, quia modus iudicandi diuinus, semper, & constanter est iste: *Existit aduentus Christi:* quia semper, & constanter Deus se ipsum attingit, ut coniunctum in ordine durationis cum existentia aduentus Christi. ¶ Vnde fit secundo propositionem hanc. * Antequam

Anti-Christus existat, Deus cognoscit Anti-Christum existere. * pati posse æquiuocationem, si enim *Antequam* cadat supra actum cognoscendi, vera est; si supra obiectum, falsa. Verum enim est Deum ante existentiam Anti-Christi habere hunc actum: *Anti-Christus existit:* Cum enim illum semel habeat, scilicet quando Anti-Christus existit, eundem semper habet. Falsum tamen est Deum cognoscere, quod Anti-Christus existat in duratione antecedente ad ipsius existentiam.

23. Fit tertio, has veritates: *Petrus existit. Exitit. Existet,* diuersas veritates esse respectiuè ad nostros actus. Dicere aurem esse diuersas respectiuè ad actus. Del est propositio falsæ suppositionis. Prima pars probatur. Næcas veritates esse diuersas respectiuè ad nostros actus, non est aliud, quam diuersas peti conditiones, ut verificantur modi tendendi diuersi, qui explicantur his terminis: *Exitit. Existit. Existet.* Diuersæ autem conditiones requiruntur, ut isti modi tendendi verificantur. Nam ut verificantur ille modus *Exitit*, petitur, quod cognoscens quando format tale iudicium habeat durationem posteriorem ad durationem existentiæ Petri, quam affirmat. Utque verificantur ille modus, *Existit* petitur, quod

quod cognoscens, quādo talem actū exerceat, habeat durationē simultaneā cum duratione existentiae Petri. Demum. Ad verificationem illius modi, Existet petitur, quod cognoscens, quando tali afficitur actū habeat durationem priorē duratione existentiae Petri. ¶ Posterior pars cōstat ex dictis in hac disp. Nam dicere, quod in ordine ad actus diuinos sunt diuersæ veritates: Existere, Extitisse, & Extiturum esse, est dicere diuersas conditio- nes requiri, ut verificetur actus, quo Deus sic tendit: Petrus exti- sit, & quibus sic tendit: Petrus extitit, Petrus existet. Vbi sup- ponitur, Deum esse capacem habēdi hos posteriores actus, quod tamen esse falso, constitut ex dictis. Ut enim Deus illos haberet sine falsitate, necesse erat, Deum durare per durationem distantē à duratione existentie Petri, quod falso est.

24 Fit quartò. Semper Deus cognoscit, quo die viuit (quod ingenioso Recentiori difficile fuit visum, & ut arbitror, ex non benè inspectis nostris principijs) semper enim cognoscit Deus se intrinsecè per suam eternitatem vivere simul semper; quippe vi- der suam eternitatem includere simul per identitatem cunctas differentias durandi. Semperque absolute, ac de præsenti videt, se vivere, regnare, ac durare pro qualibet sibi extrinseca duratio-

ne nobis præterita, præsente, vel futura. Semper enim videt, vñā. quamque istarum sic iuxta suam naturam, differentiamque tem- poris existere, ut diuina duratio nou sit ab illa distans in ratione durandi; sed cum ipsa constitut ordinem præsentis, & præsentis. ¶ Fit quintò. (vt aliam eiudem Recentioris equiuocationē am- putem) sicut Deus hoc Sabba- thi die nunc præsente potest ve- rē, & ex animo sentire interius, mihique reuelare exterius: Ego Deus actū, & de presenti coexisto diei Sabbathi, per loquutionem qua Deus significet habere in- trinsecè in se ipso durationem, quæ cum die Sabbathi cōpara- tur, ita vt cum illo constitut in ratione durationis ordinem præ- sentis, & præsentis; non vero di- stantis à distante; sic idem sen- tit interius die Veneris, idemque tunc potest verē, & ex animo exterius reuelare. Cæterum, ne- que die Veneris; neque Sabbathi dicere potest se prout coexisten- tem diei Veneris coexistere dici Sabbathi: hoc enim esset eos dies reuelare non esse inter se distantes, quod non potenti re- uelare falso, impossibile est, cum tales dies necessario distent inter se. Scio plura alia conge- ri à citato Neotherico. Sed par- tim in idem recidunt, & par- tim ex affectibus diuinis pe- tuntur, quæ sollemus tract. de Volunt: Dei, vbi diuinorum af- fe-

fectaum immutabilitatem exponemus.

25 Obijcies primò. In hoc saltanti potest potestate anteecedente non existere circa existentiam Petri diuina Scientia, quæ præexistit ante, & ante ab æterno: ergo potest Deus in tempore amittere notitiam prius habitam. Consequentia videtur certa. Antecedens probatur; quia etiam in hoc instanti decretum diuinum de existentia Petri est liberum, & potens antecedenter non esse, ut dicemus tract. de volunt. eadem autem potestate, qua potest non esse decretum de existentia Petri potest non esse Scientia eiuldem existentiæ. Respondeo. In hoc instati est in Deo potestas antecedens, ut non sit absolutè Scientia diuina de existentia Petri. Nam ea potestas non est aliud à prædicatis necessariis Dei tribuentibus ipsi dominium circa existentiam Petri. At neque in hoc instanti, neque unquam est in Deo potestas, ut coniungantur, & habuisse Deum in instantibus anterioribus scientiam de existentia Petri, & non habere modo: quia nunquam est in potestate Dei, ut eius Scientia non sit æterna, de cuius ratione est, ut semel existens semper existat. Vnde nequit Deus Scientiam habitam amittere, quia hoc est componi non esse nunc, & esse antea.

26 Obijcies secundò. Deus

nullam veritatem scit, nisi quando talis veritas adest, & non scit illam quando deest. At hæc veritas obiectiva penitus indistincta ab existentiâ Petri Petrus existit, non semper est; sed iam est, nempe existente Petro; iam non, nempe non existente Petro: ergo iam à Deo cognoscitur; iam non. In primis argumentum probaret, neque Deum ab æterno cognoscere veritatem obiectivam consistentem in eo, quod Petrus extiturus sit in tempore. Hoc enim stat in eo, quod Petrus existat suo tempore; & non existat in anteroriis; illudque primum non datur ab æterno. Deinde respondeo ex dictis disp. 13. cap. 4. ut cognoscat Deus ab æterno, & semper veritatem obiectivam consistentem in existentia creaturæ, quæ exercetur in tempore, non est opus, talem veritatem obiectivam existere semper, & ab æterno; sed sufficit intellectum diuinum ab æterno, & semper esse plenissimè sufficientem ad cognoscendū quodlibet obiectū, modo ex parte huius non detur in rebus impedimentum, quominus terminet talē cognitionem. Et quia, ut ibi diximus, antequā Petrus existat in suo tempore, intellectus Dei plenissimè cōpletus est, ut cognoscat ipsum existere pro tali tempore; & aliunde, ex eo præcisè, quod Petrus tali tempore existat, non detur ex par-

parte ipsius impedimentū, ut ab æterno terminet cognitionē dīcentē, ipsum existere tali tēpo-re, ideo potest antequam existat eam cognitionem terminare.

DISPVT. XVII.

*Concordia scientie visionis cum libertate nostrorum a-
etuum.*

Certū ex fide est, plures actus à nobis exerceri libere. Certum itidem est ex fide, Deum ab æterno videre, quod illos exercēbimus. Difficultas est quomodo hæc duo concilientur. Breuiter rem expediemus, omisissis aliorum placitis. Tum quia de illis latè agimus specialiter tract. de cōcordia diuinorum actuum cum libertate creata. Tum quia multa diximus in re consimili disp. 3. de prædictis.

CAPVT II.

*Rei difficultas, & explicatio ver-
ae sententiae.*

Obseruandum est ex diuina scientia visionis, per quam Deus ab æterno videt Petrum peccare cras deduci per legitimā, & necessariā consequātiā. Petrum peccare cras. Itaque licet consequens hoc, Petrus

peccat cras, liberū, & cōtingens sit: hæc tamē consequētia: Deus videt Petru peccare cras; ergo peccat cras, omnino necessaria est, nullique cōtingens, & libera. Ratio est clara. Nam consequiæ necessitas in eo stat, quod sit omnino necessaria veritas cōditionalis, in qua sub conditione antecedentis affirmatur consequētis. At omnino necessaria est hæc veritas cōditionalis; Si Deus videat Petrum peccare cras, peccat cras, in qua sub conditione scientie visionis de peccato crastino affirmatur peccatū crastinum: ergo quamvis in hoc sit contingētia, tamen in illa consequētia est omnimoda necessitas. Maior, & consequētia patet. Minor probatur. Quia illud est omnino necessarium, cuius contradictoriū ita impossibile est, ut neq; potestate antecedente queat exilere, sed ita habet contradictoriū eius veritatis cōditionatē, quod est, non peccare Petru cras, quamvis Deus id videat, id autē ram est antecedēter impossibile, quā impossibile est Deū faili: ergo veritas illa cōditionalis est omnino necessaria. Vide Albertū in summa tract. 15. q. 61. memb. 5. ad 6.

z Iam vero, ex eo quod legitima sit consequētia a scientia visionis de actu libero ac ipsi mactum, difficultas praefentis disputationis enascitur. Denique Deum ab æterno cognoscere Petrum peccare cras. Probo Petru acce,

accedente cras non posse euitare suum peccatum, ac proinde non peccare liberè. Nam quodus est essentialiter diuīsum ab extremo per bonam consequentiam inferrente suum contradicitorum; quemadmodum me existere est essentialiter diuīsum à decreto Dei de mea non existentia: ergo omissione peccati crastini est essentialiter diuīsa à visione Dei de peccato crastino: ergo si Petrus non possit eam omissionem ponere, vt diuīsam à visione, abolutè nequit illam ponere; sed nō potest eam ponere, vt diuīsam ab ea visione: ergo neque absolutè. Miror, in qua est difficultas videtur clara; quia nequit Petrus facere, quod non existat ea visio, quando quidem iam extitit ab æterno, & non datur potentia ad præteritum. ¶ Confirmatur. Nam accedente cras bifaria m solum posset cogitari Petrus potens impedire suum peccatum, vel permanente visione de peccato, & hoc modo minime: quia Petrum non pecare permanente hac visione, est eam falsificari, quod implicat; vel deficiēte hac visione. Et hoc etiā est impossibile Petro. Quomodo enim facere poterit Petrus non existere nunc visionem intrinsecè æternam, quæ exiit ab æterno?

3. Pro hac difficultate, simili-
busque superandis, fixum sem
per mihi insedit, opus esse ad cō-

ciliandam libertatem nostram
cum diuina scientia de nostris a-
ctibus liberis, eam sciētiā eu-
tabilem esse quoad sui existentiā
pro nostra libertate. Sic censem
innumeri Authores, apud P. Mo-
linam 1. p. quæst. 14. art. 13. disp.
16. in concord. disp. 49. & apud
P. Ruiz disp. 31. de scientia Dei.
Ex nostris P. Valent. hic punc. 5.
§. 3. maximè veri. Et ob eamdem
rationem. Videatur quæst. 25.
punc. 3. vers. Sequitur secundū.
P. Vazq. 1. p. disp. 68. capit. 7.
P. Arrubal. disp. 33. cap. 6. Car-
din. de Lugo disp. 26. de Incarn.
sect. 3. P. Gasp. Hurt. tract. de
scientia difficul. 13. vers. Ex quo
deducimus. Monzæus in select.
disp. 3. cap. 21. Arriag. de scien-
tia disp. 19. lcc. 5. subsect. 1. n.
39. de prouidentia, & prædest.
disp. 35. sect. 1. subsect. 3. n. 17.
P. Martinon. disp. 9. de Deo sect.
4. num. 35. Fasol. art. 15. num.
10. Licet non satis clarè P. Ribas
disp. 5. de scientia cap. 9. num.
68. P. Ripal. in manuſcrip. de
prædest. & tom. 2. de ente su-
pern. disp. 72. num. 8. P. Annat.
in opere de scientia media. Qui-
bus addie Petru S. Ioseph. disp. 2.
sect. 8. in opere de prædetermina-
tionibus falso adscriptis D. Thom.
& ferè omnes RR. So-
ciet. nunc scribentes. Quamuis
hanc tentatiā grauiter no-
tent P. Molina, & P. Ruiz supra-
cit. qui forsan à nobis re ipsa non
dissentijunt sublata aquiuoca-
tio.

tione, quæ radicatus, ne fallor,
conadictetur politica.

4. Huic igitur concordia ta-
tionem efformare sic soleo de-
pendenter ab hoc principio, quod
verissimum esse constabit ex di-
cendis. Libertas voluntatis ad
contentum est potestas ad con-
sentum conjuncta cum potesta-
te ad dissensum. At scientia vi-
sionis de consensu nihil impedit
huius potestatis: ergo neque li-
bertatis. Minor probatur. Talis
scientia non impedit potestatem
ad consensum; potius, sicut co-
nectitur cum consentu; sit etiam
cum potestate ad illum Deinde,
non impedit potestatem ad dis-
sensem: ergo nihil impedit præ-
dictæ potestatis. Posterior pars
antecedentis probatur. Si qua ra-
tione talis scientia impediret po-
testatem ad dissensem, eslet quia
potestas additensem inuelueret
eius scientię parentiam, quam
impedit existentia talis scientię;
potestas autem ad dissensem non
inuoluit parentiam eius notitiae,
vel enim potestas ad dissensem
inuoluit parentiam eius notitiae,
quia inuolere debet parentiam
principij facientis ita contenti-
re voluntate in, vt eius principij
conatui non valeat resistere vo-
luntas? Et quamvis verissimum
sit potestatem ad dissensem in-
uelere parentiam principij talis
conditionis; tamen hoc non ha-
bet locum in præsenti. Quia
scientia visionis notri conten-

sus, non est causa faciens nos co-
sentire, vt dicemus disp. 18. sed
pura speculatio consensus, vt fa-
cienti dependenter ab alijs prin-
cipijs adæquate cistendis ab ipsa
scientia viuo visis.

5. Vel potestas ad dissensum
inuoluit parentiam prædictæ scien-
tiae, ex eo præcisè, quod talis
scientia, sic pugnet cum dissen-
su, vt nullatenus possit cum illo
coniungi: Et neque hic titulus
substitut. Nam ipse consensus li-
ber fit cum potestate dissentien-
tiendi, proinaque non excludit
hanc potestatem; & tamen omni-
nino est inconiungibilis cum dis-
sensu: ergo in potestate ad dis-
sensem, non includitur parentia
cuiuslibet inconiungibilis omni-
nino cum dissensu. Declaratur.
Potestas ad dissensem non includit
parentiam cuiuscumque pugna-
ris cum dissensu; sed illius impe-
dimenti ad dissentendum, quod
ipla potestas nequit per suum
dissentium excludere. Sic po-
testas hominis ad peccandum non
excludit parentiam gratiae, quia
hec per peccatum excludi po-
tent, & potestas ignis ad calefa-
cendum non inuoluit parentiam
frigoris in passo, quia frigus ex-
cludi potest per calefactionem.
At nihilo melius excludi potest,
quod Deus consensum videat,
quam ponendo dissensem: ergo
potestas ad hinc uero inuoluit pa-
rentiam prædictæ scientia. Ita-
que, vt bene notauit Alen. 1. o.
quaerit.

quæst. 24. memb. 4. ad 5. licet præscientia actus non sit cōpositibilis cum non actu; bene tamē cum potestate ad non actum. Vide dicta disput. 3. de prædest. cap. 2.

6 Sed ut hæc ratio firma maneat, necesse est aperiamus, quo pacto voluntas in hoc instanti potens cōsentire, & dissentire, possit medio suo dissentu facere, quod Deus ab æterno non preclamat consentire ipsam in hoc instanti. In quo explicando plurimum imaginatio laborare videtur. Sed illa, nisi ego fallor, falacissima est. Certum est primo, voluntatem in hoc instanti A, liberam ad consensum, & dissentum non posse componere, quod Deus non videat nunc cōsensum, ita ut præuiderit antea existere consensum in hoc instanti A. Hæc enim componere est scientiam diuinam æternam semel existentem, aliquando non existere; quod cum omnino chymericum sit, neque diuina, neque creatæ voluntati liberum est. Vnde certum est secundo, non esse possibile nunc voluntati scientiam diuinam semel existentem ab æterno, destrui; vel mutari in hoc instanti quia talis destructio, vel mutatione consistit in eo, quod verificetur hæc copulatio. Talis scientia exsistit ab æterno; & non in hoc instanti, quæ verificatio genitus impossibilis est. Certum

est tertio, illud quod essentialiter succedens est, siue duratio, siue causalitate ad existentiam alterius præstare non posse, quod hoc alterum non præextiterit. Ratio est manifesta. Quia potens præstare ne alterum præexistat, potest coniungi cum eius modi non præexistentia; patet autem essentialiter succedens ad præexistentiam alicuius, non posse cōiungi cum non præexistentia eiusdem.

7 Propter similem rationem. Signum existentiae consensus, vel scientiae visionis de existentia consensus nou est signum potestatis ad impediendum, vel consensum, vel eam scientiam. Nam signum ad hanc impeditonem, est coniungibile cum illa; secus autem signum existentiae consensus, vel prædictæ scientiae visionis. Vnde, quod communiter circumferri solet, nempe, quando voluntas consentit non posse non consentire capiendum est, ut aiunt, cum grano laulis. Non quidē, quasi instantanea reale, in quo homo consentit nō sit instantis potestatis ad dissensum. Cum enim in hoc instanti consentiat libertas voluntas, consentit sane simul cum potestate ad dissensum. Est ergo sensus, signum ipsum existentiae consensus non posse componi cum dissensu, quod tam est verum, quam consensum non posse cum dissensu coniungi. Vnde certum est,

quar-

quartò. Id, quod accidentaliter subsequitur ad alterum, v.g. voluntas nostra existens pro hoc instanti B. quæ subsequitur accidentaliter ad scientiam visionis, ut existentis in A. & intuentis consensu voluntatis elici in B, nequaquam potest formaliter, vt succedens ad eam scientiam facere; quod illa non praexistenterit. Ratio est aperta. Nam, vt potens facere ne praextiterit ea scientia, potest coniungi cum ea non praexistentia, cum quan non praexistentia coniungi nequit, quatenus formaliter succedens ad illam. Dixi, voluntatem nostram accidentaliter subsequi ad eam præscientiam, quia cum dissentire valeat, nequit esse essentialiter subsequens ad scientiam consensu.

¶ Certum mihi est quintò, voluntatem nostram consideratam in hoc instanti B. non posse efficere, Deum non habere in A. præscientiā consensus elicendi in B. Ita vt in hoc instanti B. possit coniungere cum instanti A. impeditonem, qua sit impedita præscientia ab existentia in ipso instanti A. Ratio est. Quia voluntas pretendere nequit suū exercitium ad durationem distantem ab ipsa voluntate, in qua ipsa voluntas non est. At respectu voluntatis spectatae in instanti B. ita distans est duratio instantis A. ergo nequit cum

instanti A. coniungere suum exercitium impediendi, quoniam non praesentia sit pro instanti A. His perfectè comprehensis, infertur, voluntatem spectatam pro hoc instanti A. indifferentem in actu primo proximo ad consensum, & dilesum posse nunc impedire, quominus scientia visionis antecedenter, & in æternitate existat, quatenus ipsa voluntas, & tota indifferētia libertatis præcindens à subsequitione ad instantiam visionis circa consentum, potest nunc ponere id, quod est connexum; non solum cum non existere nunc talem scientiam visionis; sed etiam cum ipso numquam existere eius scientiæ; immo potest ponere nunc ipsummet numquam existere talem scientiam. ¶ Explicatur. Voluntas, quatenus in hoc instanti B. potens dissentire, potest ponere id, quod est nunquam existere scientiam visionis de consensu in instanti B. At voluntas nequit dissentire in instanti B. prout tempore subsequens ad scientiam visionis de consensu pro instanti B. vt constat ex numero dictis. At vero voluntas posita in instanti B. si spectetur secundū se præcindendo à subsequitione ad eam scientiā visionis, potest in eo instanti dissentire; ergo potest in eo instanti ponere id, quod est nunquam existere scientiam visionis de consensi-

in

in instanti B. ac proinde id, quod est impeditre talem scientiam.

9 Maior, quæ sola est difficultas. Probatur. Quia dari nunc pro hoc instanti B. nunquam existere scientiam visionis de exilientia consensus pro instanti B. est dari nunc impedimentum oppositum cum omnimoda existentia eius scientiæ, præterim, quod ex se non habeat præsupponere iam impeditam eam scientiam. At dissensus in instanti B. & pugnat cum omnimoda existentia scientiæ visionis de exilientia consensus pro instanti B. & ex se non habet prætuppone-re aliunde iam impeditam eam scientiam, ut colligi potest ex num. 15. ergo dari pro instanti B. nunquam existere prædictam scientiam, est dari pro eo instanti dissensum; unde potestas ad hunc, est potestas ad impediendam talem scientiam. Duo nota. Primum est, quo pacto detur nunc potentia ad impediendum præteritum. Non quia detur potestas ad coniungendum non præterisse rem cum eo, quod præterierit, sed solum, quia nunc præscindendo ab eo, quod aliquid præterierit, vel non prætererit, est potestas ad ponendum id, quod est nunquam illud aliud existere. Secundum est voluntas nunc non potest habere potestatem, quominus ipsa peccauerit in instanti A. præcedenti, quia licet nunc in instanti B.

possit ponere aliquid oppositum cum peccare in B. tempè non peccare in B. non tamen aliquid pugnâs cum peccasse in A. Quid enim faciet in B. quod pugnet cum peccasse in A? Cæterum, quia potest in B. dissentire, & hoc opponitur cum eo, quod Deus præuiderit ipsam consentientem in B. facere potest, quod Deus non ita præuiderit. Et quidem hanc sententiam ita explicatam, tam alienam censio à dignitate censuræ, ut potius iudicem P. Melinam, Montoiam, & alios non illi sic expositæ refragari; sed illis, quæ in hoc capitulo emendatione addidimus, quæ prima facie videntur nostræ sententiae adnexa; ut constabit ex solutione illorum, quæ DD. illi contra opponunt.

10 Hinc ad rationem dubitandi propositam initio huius cap. constat. Nam, nū per vidimus, quomodo Petrus nunc facere possit, quod nunquam exilientia visionis de exilientia sui consensus nunc. Ut igitur à pluribus argumentis sophisticis te expadias, nonnulla opportet animo insigere. Primum, antequâ voluntas constituantur in instanti B. indifferens ad consensem, & dissensem (ponamus consentire in instanti B.) præcedit tempore aliquid pugnans cum dissensi, nempe visio diuina de consenu, quia tamen voluntas potest in instanti B. evitare existentiam ejus.

eius scientiæ, manet in instanti B. libertas ad dissensum. Quia, cum hac libertate non pugnat impedimentum dissentiendi, quod ipsa potest ad dissensum evitare potest. Secundum est, voluntatem posse dissentiendo impedire visionem consensus, non vero falsificare; quia falsificari visionem, est componi cum eo, quod videns consensum existere, non existat consensus, ad quam compositionem nulla est potestas. Tertium est, quod supra satis explicui. In altero sensu concedendum est, posita præscientia consensus, non posse ponere dissensum, & in altero, negandum. Concedendum est, si sensus sit, signum præscientiæ non esse signum potestatis ad dissensum; ac proinde signum componibile cum dissensi. Negandum tamen, si sensus sit in instanti reali in quo est præscientia, non dari signum à præscientia præscindens, quod sit signum potestatis ad dissensum.

CAPVT II.

*Aliorum argumentorum
solatio.*

11 **O**nus bijcies primò. Si voluntas posita præscientia consensus consentiret liberè, liberè non falsificaret præscientiam Dei, quia consentire libe-

rè, est liberè non falsificare. Etum affirmantem consensum liberum; sed consequens est implicitorum: ergo & antecedens. Probatur minor; si voluntas liberè non falsificaret scientiam Dei, ita illam non falsificaret, ut falsificare posset. Qui namque aliquid pro sua libertate omittit, potest illud ponere. Est autem implicitorum posse voluntatē falsificare scientiam diuinam essentialiter infalsificabilem. Sed huic capitulo facile occurro. Dupliciter potest considerari voluntatem nostram non falsificare scientiam Dei. Primo, quasi omittat liberè actionem falsificantem scientiam Dei: & hoc modo falsum est voluntatem nostram liberè consentientem, liberè non falsificare diuinam scientiam; quippe voluntas nullam in sua potestate precontinet actionem, quam omittat, falsificatiuam diuinæ scientiæ. Secundo, ponendo liberè aliquid, ex quo inferitur verificatio scientiæ diuinæ. Ethoc modo voluntas liberè consentiens, liberè non falsificat scientiam diuinam, ex quo tantum colligitur, ita voluntatem ponere aliquid inferens verificationem eius scientiæ, nempe liberum consensum, ut antecedenter posset cohibere illum.

12 Supersunt argumenta, quæ contendunt, ineuitabilem a nobis esse scientianu visionis.

Aa

Ac

At quæ petuntur ex impotentia ad præteritum, satis expedita manent ex dictis capit. 1. Sed insuper opponitur tertio, quia nulla in hoc instanti B. potest voluntati tribui potestas, ut mundus creatus non fuerit, non alia ratione, nisi quia præexistit eius creatio: ergo, cum ante hoc instantis præexistat scientia visionis de consensu in hoc instanti, nulla in hoc instanti dabitur potestas ad hoc, ut ea scientia nunquam extitit. Respondeo. Nulla in hoc instanti est in voluntate potestas, ut mundus non fuerit creatus; quia in hoc instanti non constituitur voluntas in signo præsidenti à prævia creatione mundi, in quo potestatem habeat, ut ponat aliquid oppositum cum ea prævia creatione: quod secus accideret, si Deo disponente, constitueretur voluntas in tali signo, sicut in hoc instanti constituitur voluntas in signo præsidenti à præexistentia visionis de consensu, quod est signum potestatis ad dissensum omnino pugnantem cum præexistentia eius visionis.

12. Opponitur quartò. Nulla est potestas ad hoc, ut iam destratum non extiterit: est ei enim ea potestas ad hoc, ut non extiterit, quod extitit: ergo in hoc instanti B. nulla est potestas ad facie idam, quod reuelatio, quæ ante edenter extitit, & iam

est lestructa, de peccato huius instantis non extiterit: ergo neque erit potestas ad faciendum ne extiterit scientia visionis diuina de tali peccato. Tum quia ijdem probatur impedibilitas eius reuelationis, & suitabilitas scientiae visionis. Tum quia, facto, ne extiterit ea scientia visionis, sit etiam, ne extiterit prædicta reuelatio, qua necessario pendet ex tali scientia, quippe Deus non reuelat facienda, nisi quæ facienda viderit. Relipo. deo. Nulla est potestas ad faciem, dum compositiuè, quod iam destratum non extiterit. Est tamen potestas ad faciendum sim. pliciter, ne unquam extiterit, & ne unquam sit destratum, si nimurum ex illis sit rebus, quæ ad sui existentiam quantumcumque tempore antecedenter in. digent consensu libero, ut posse. steponendo. Itaque, licet modo peccans non possit modò non peccando facere, quod coniungantur hæc duo; & reuelationem de hoc peccato destruant esse (in quo inuoluitur antecedenter extitisse) & reuelationem non extitisse; potest tamen non peccando facere ali. quid, quod est nunquam existere talem reuelationem, & conse. quenter facere, ne quidpiam existat inuolens in sua ratione ipsum extitisse reuelationis. Unde potest facere, ut reuelatio non sit destruta. Nam, in eo, quod

fit

sit destruxta inuolutut extitisse ipsius.

13. Opponitur nobis quintò. Quod videmur deltruere certitudinem, & securitatē de euēntibus liberē futuris innixa præscientiā, & reuelationibus diuinis. Nam, si potest Anti-Christus in tali instanti futuro impediē præscientiam, & reuelationē de suo peccato, media omisso-ne peccati: ergo contingens est, quod illam impediatur: ergo con-tingens etiam erit, quod impe-diatur certitudo de peccato An-ti-Christi tali præscientiā, & re-uelationi innixa. Dubitari ergo poterit, an fundamenta cūtis cer-titudinis impedienda sint, & cō-sequenter, an impediendi sint euētus præsciti, & reuelati? Pug-nat obiectio cōtra Aduersarios. Nam, cum Anti Christus in tali instanti futuro liberē peccet, po-test non peccare. Vnde, contin-gens erit non peccare, ac proinde, vel falsificari præscientiam, & reuelationem de peccato, qui-bus falsificatis, non minus cer-titudo subuertitur, quām euitatis. Deinde respondeo (qua diligenter cōsiderentur obsecro) tametsi iudicet Petras, v.g. cer-tissimo iudicio subnixo certissimā præscientiā, reuelationi que diuinā peccatum Anti-Christi in tali instanti futuro pa-trari, cum hoc optimē constant hæc omnia. Primum, posse An-ti-Christum in eo instanti non

peccare. Secundūm, posse tunac impidiē prædictas præcientiā, reuelationem, ac iudicia ijs sub-nixa. Tertium; non posse face-re, quod li actus diuidantur à plenissima circa peccatum cer-titudine, quamvis potestate fa-ciendi, ne existant, possit face-re, quod cum sc̄a certitudine non existant. Quartum, nul-lum posse, persu ijs, & attentis omib⁹ circumstantijs hic, & nunc occurrentibus dubitare de peccato Anti-Christi pro tali in-stanti patrando.

14. Stat primum: quia tales actus pugnant cum omissione peccati pro tali instanti; non tamen cum potestate ad talem o-missionem, vt manet probatum; & omnibus catholicis est certissimum. Stat secundūm; quia sicut cum peccato huius in-stantis, licet pugnet non peccare in eodem instanti, non tamen pugnat potestas impediendi tale peccatum; ita cum præscientia, reuelatione, & prædictis iudi-cijs, licet pugnet ea non exi-stere in rerum natura, non tamen, quod in tali instanti detur po-testas, vt nunquam existant. Stat tertium, quia cum sint essentialiter certi, nulla po-testate abiungi queunt à sua cer-titudine; sed cum in tali in-stanti detur in voluntate po-testas, vt nunquam existant, datur quoque vt ex defectu existentiā ipsorum, certitu-

do desit eorumdem. Cum quibus omnibus constat quartum. Nam, ut nequeat hic, & nunc prudenter excitari tale dubium, satis est, quod hic, & nunc re ipsa existant sufficienter menti applicatae circumstantiae, quae neque diuinitus componibiles sint, siue cum sui impeditione, siue cum omissione peccati in tali instanti, tametsi componibiles sint cum potestate, ut impediantur, & ut peccatum in tali instanti omittatur. Tales autem circumstantiae sunt præscientia, & reuelatio de peccato talis momenti. Quo etiam pacto explicatur, quomodo Deus sit omnino certus de non impeditione futura sue visionis impedibilis, nempe, quia videt hanc visionem, ut existentem; ac proinde, ut omnino pugnantem cum suo nunquam existere, licet non cum potestate ad ipsum.

15. Omitsis alijs facile expediendis ab omnibus, qui dicta perspexerint, obseruare placet, ut omnino vincatur inueterata imaginatio tenebras semper offundens apprehensioni defacatae potestatis impediendi nunc, quod ab æterno existit, non apparere negabile, quod nobis insit in tempore potestas antecedens euitandi actus diuinos alioqui existentes ab æterno. Sic, qui in hoc instanti est iuslus retinet potestatem pec-

candi in eodē instanti, ac proinde faciendi, ne habeat in hoc instanti iustitiam, & consequenter ne Deus ab æterno habeat decretum exequens iustitiam in hoc instanti. Sic Deus habet ab æterno ex prævisione meritorum Petri decretum efficax remunerandi merita, cumque Petrus habeat in tempore potestatem non merendi, potestatem habet, ut non existat remuneratio meritorum, & consequenter, ut non existat decretum efficax remunerationis. Simile est in decreto efficaci puniendi demerita reprobi. Tandem, ut mille alia exempla, iam cuique obuia, missa faciam, iustus potens in tempore non orare, & ut ipsa orans, potestatē habet, ne Deus intuitu orationis decernat beneficia, quae re ipsa decernit ab æterno.

DISPVT. XVIII.

Quæ scientia Dei sit causa creaturarum?

Disputatio præsens aliud supponit; & aliud in examen vocat. Supponit, Deum causare creature per scientiam, & voluntatem. In examen vocat per quam scientiam? Suppositum, quoad primam partem constat ex sacris litt. Psalm. 103. *Omnia in*

in sapientia fecisti. Proverb. 3. Do-
minus sapientia fundavit terram,
stabilivit ex illos prudentia, sapien-
tia illius eruperunt abyssi. Con-
stat etiam, quod ad secundam par-
tem ex illo ad Ephes. 1. Operatur
omnia secundum consilium voluntatis sue. Apocal. 4. Propter vo-
luntatem tuam erant, & creatae
sunt. Ratio est. Quia creaturæ
sunt limitatæ perfectionis, quibus
Deus non eget ad suam pleni-
ssimam felicitatem: ergo nulla
necessitate compellitur, ut pro-
ducat illas, & consequenter libe-
re producit. At libere produc-
cere dicit cognitionem, per quam
dirigatur, ut productionem eli-
git; & electionem, per quam de-
determinetur ad productionem præ-
non productione. Producit er-
go illas per intellectum, & volu-
tatem. Dificultas est quænam
sit intellectus notitia, per quam
producuntur?

CAP. I.

Status controversie, & Antho-
rum sententiae.

I Tripliciter diuina scien-
 tia terminatur ad crea-
 turas. Primo, cognoscendo illas,
 ut possibiles. Secundo, cognos-
 cendo illas, ut existentes ab solu-
 te pro aliqua temporis differen-
 tia. Tertio cognoscendo illas, ut
 existentes conditionate, nimirū
 cognoscendo, quod existerent,

si certæ conditions ponerentur. Prima, terminatio dicitur scientia simplicis intelligentiæ creaturarū. Secunda, scientia visionis absolute. Tertia, scientia conditionata. Dificultas est, per quam ex his terminationibus Deus causet creaturas: & cum obiectum quod liberè causatur ab agente, per illam notitiā cau- seatur, qua dirigitur agens, ut illud decernat obiectum, illa certè ex prædictis notitijs creaturas cau- sit, per quam dirigitur Deus, ut existentiā creaturarū decernat. ¶ Certum est primo, scientiam simplicis intelligentiæ creatura- rum esse saltem remotè causam creaturarū. Ratio est. Quia sal- tem remotè creaturarum causa est illa scientia, per quam Deus ante omne decretum creatura- rum constituit proximè potens decernere ipsas, ut ex se patet. Talis est sciētia simplicis intelligentiæ creaturatum: ergo salte est earum causa remota. Minor probatur. Nā Deus non est pro- ximè potens creaturas decerne- re, nisi antecedenter ad actuale decretum ipsarum habeat ali- quam earum notitiam. At noti- tia creaturarum, quæ anteuerit earum decretum, Deumque co- stituit proximè potentem de- cernere creaturas, non est sciētia visionis creaturarum, neque aliqua scientia contingens, cum non sit contingens, sed necessa- rium, Deum completere posse

Aa 3

de

decernere creaturas: ergo est sola scientia simplicis intelligentiae creaturarum. Nam haec sola respectuè ad ipsas est scientia necessaria. Cui doctrinæclare consonat D. Th. hic art. 16. ad 1. & alijs in locis.

2. Certum mihi est secundò, scientiam conditionatam contingentem, de qua plura in sequentibus, causam esse tæpissimè obiecti, quod sub conditione cognoscit, quatenus dirigit Deum ad ponendam corditionem, ex qua cognoscit effectum esse causandum. Nam ut vidimus disp. 3. de prædest. Deus potest, & tæpè, vel semper defacto dirigitur ex cognitione, qua videt, futurum esse consensum, si detur tale auxilium, ad exhibendum idem auxilium. Difficultas manet, an absoluta visio creaturarum, ut suo tempore existentium, sit causa per se, & formaliter requisita, qua Deus in actu secundo proximè dirigatur ad productionem ipsarum? Vbi certum est, tertio, ut beatè nat Aueria fest. 26. scientiam visionis de una re posse dirigere voluntatem Dei ad causandam rem aliam; ut præmissio peccatorum dirigit ad decernendam peccatum; & præmissio meritorum ad decernendum præmium. Dubium ergo est, an scientia visionis cuiuscumque creature sit causa eiusdem creaturæ hoc est, an scientia, qua Deus videt, Au-

ti Christū existere pro suo tempore, sit causa, vt pro tunc existat, & sic de ceteris obiectis creaturis? ¶ Certum denique est, si decretum creaturarum, scientiaque visionis ipsarum sint omnino idem ex parte rei conceptæ, vt probabile est, scientiam visionis esse identicè creaturarum causam, eo modo, quo decretum sit causa ipsarum. Dubium est; an non solum materialiter, & identicè, sed per se, & formaliter præcindendo ab identitate reali cum eo decreto sit talis scientia causa creaturarum. Sic, si Deus eadē omnino scientia ex parte rei conceptæ videat merita D. Petri; & peccata Iudei, certè materialiter, & identice ex prævisione peccatorū Iudæ mutetur ad remuneranda merita Petri; non tamen per se, & formaliter, quia decretum remuneratorium meritorum Petri non dicit ex hoc conceptu, quod præsupponatur scientia peccatorum Iudæ; sed merito Petri.

3. Duplex est in hac sententia, quæ opponuntur extremitate. Prima est, scientiam visionis absolutam esse causam immediatam in actu secundo creaturarum; at scientiam simplicis intelligentiae, solum esse causam ipsarum remotè, ut quidā aiunt; vel in virtute tantum; non actualiter. Sic Palatius in 1. dist. 38. quæst. 2. disp. 2. Alvarez de auxil. disp.

disp. 16. Nauarrete controu. 59.
 Albel. disp. 28. Ioan. à S. Tho.
 disp. 28. Cornejo hic art. 8. disp.
 2. dub. vlt. Carmel. Discalceat.
 tract. 3. disp. 5. dub. 2. & com-
 muniter R.R. Thomistæ. Secun-
 da sententia est, scientiam sun-
 ploris intelligentiæ, ita esse cau-
 lam creaturarum, ut scientia
 visionis non sit per se, & for-
 maliter illarum causa. Sic Aten-
 sis 1. p. quæst. 24. memb. 5. Ri-
 card. in 1. dist. 38. quæst. 5. Abu-
 len. in Iosue quæst. 76. & in
 Matth. 16. quæst. 36. Vvalden-
 sis lib. 1. doctrinal. fidei cap. 28.
 Ex PP. Dominicanis (ut omit-
 tam alios Antiquiores non adeo
 exploratae mentis) Magist. Fran-
 cis. Romæus totius Ordinis Ge-
 neralis Min. lib. de libert. ope-
 rum veritate 8. circa finem ibi:
Illud non est præterendum, quod
si ad Antiquos PP. te convertas,
reperias ferè omnes in hanc unam
consentire sententiam, non ex eo
quod Deus scit aliquid futurum,
idcirco futurum est, sed quia futu-
rūm est Deus nouit, qui est præ-
cious futurorum: sic enim loquitur
Hier. Aug. Orig. & Chrysost. &
plerique orthodoxi DD. Magist.
Orius lib. de quinque verbis Pau-
li contra Hæretes, verbo Liber-
tas, ibi: Manifestum est, quod ri-
sio Dei, qua videt aliquem agere,
vel non agere, non est causa talis
actus, vel operationis: sicut homo
videns incidentem per viam, non
est causa illius incessus, ita nec Dei

risio causa operationum in nobis.
 Non autē facile credideris gra-
 uissimos istos viros nostram sen-
 tentiam vocare manifestam, om-
 niumque PP. Ecclesiæ, Docto-
 rumque Orthodoxorum, si op-
 posita eslet inter suos recepta,
 tanquam expresa D. Tho. vt vo-
 lunt luniores Thomistæ. ¶ Ex
 PP. Societ. idem defendunt P.
 Molina hic artic. 13. disput. 17.
 P. Valent. in præsenti punc. 4.
 Bellarna. lib. 4. de lib. arb. cap.
 13. Suar. lib. 1. de absoluta scien-
 tia contingentium, capit. 5. &
 lib. 1. de concursu Dei cap. 13.
 à num. 25. & 1. p. lib. 3. de at-
 tribut. capit. 4. num. 13. & tom.
 1. de gratia prologomeno 2.
 cap. 10. Læssius in Apol. cap. 3.
 in fine, & capit. 15. num. 10.
 & capit. 19. Arrubal. disput. 32.
 capit. 3. & seqq. Becan. 1. par.
 capit. 10. quæst. 15. Alarcon
 tract. 2. disput. 5. capit. 4. He-
 rice disput. 10. cap. 1. Quos cæ-
 teri Societ. imitantur. Adde, ex
 illustri familia B. Mariæ à Mer-
 cede grauissimum Episcopum
 Machin artic. 9. disput. 25. Ex
 PP. Cleric. Regular. Minor. dig-
 nissimum Præpositum Genera-
 lem Auers. hic sect. 26. ubi ad-
 dit hanc sententiam es-
 se sine dubio

S. Tho.



CAPVT II.

Secunda sententia est vera.

4 **A**spero primò. Scientia visionis absoluta nō est per se, & formaliter causa creaturarum. Primò, hæc sententia videtur non obscurè significari in sacra scriptura cap. 1. Genes. ibi: *Dixitque Deus, fiat lux. Et facta est lux, & vidit Deus lucem, quod esset bona.* Vbi significatur ordo, quem nostri DD. constituant: quasi in primò signo sit decretū, quo Deus imperat productionem lucis. In secundo signo existentia lucis, & in tertio diuina visio talis existētia. Quā ob rem exire lucem est potius ratio, vt Deus illam videat; quā Deum videre ut existat. Secundò probatur ex PP. Orig. Chrysost. Damasc. Cyril. Aug. Beda, Iusti. Martir. Leo. Boetio. Euseb. apud nostros DD. Videatur P. Faf sol. art 8. dub. 3. Ex quibus PP. arguitur. Nam si scientia visionis esset causa creaturarum, negaretur malè, idcirco creaturas existere, quia per talem scientiā videntur à Deo. At hoc negatur à PP. vt ipsorū verba legenti patet: ergo iuxta PP. scientia visionis nō est causa creaturarum.

5 Vbi nota, duas esse propositiones in verbis PP. Prima est, non ideo creaturam existere, quia Deus videt ipius existētiam. Secunda est. Ideo Deum videre creatura existētia, quia creatura existit. Respondent er-

go Thomistæ, primam propositionem intelligendam esse, quāsi PP. tolum velint scientiam ex præcisæ ratione scientiæ no esse causam sui obiecti. Nam alias, omnis scientia causa esset obiecti sciti. Video Thomistæ non iam ut frequenter hac solutione, quæ re jicitur efficaciter à nostris. Primo, nam de illa præscientiæ de qua negant esse rationem existētiæ creaturarum, affirmat existētiæ creaturarum esse rationem ipsius. At scientiæ, vt sic præcisæ, ratio non est existētia creaturarum; cum in scientia, qua Deus cognoscit se necessario reperiatur scientiæ conceptus; & existētia creaturarum non sit illius ratio. Ergo. Secundò. Nam, vt planum fiet legēti PP. hæc doctrina traditur ab ipsis, vt iatisfaciant Gentilibus, & Hæreticis inferentibus euersiōnem nostrā libertatis ex præscientiā infallibili Dei nostrorum actuum: ergo ne loquuntur extra rem, necesse est fieri non esse de scientia illa, quām homines illi putabant aduersari nostræ libertati. At id nō putabat de scientiā, vt sic in genere sumpta; sed determinate de scientia infallibili nostrorum actuum: ergo de hac loquuntur, non de scientia in genere sumpta. Demū, quia Origenes ait, si fingamus eam scientiā deficere; non ideo consequens esse creaturas non existere: deficiente autem scientia,

vt

vt sic; consequens est creatureas non existere.

6 Respondent secundo (ut putant ex D. Thom. quem tamē infra exponemus cum Auctis) PP. dicentes, non ideo creatureas existere, quia Deus ipsas existere videt, solum velle, scientiam visionis non esse causam creaturarum per se seorsim sumptam; sed adiunctadeterm. inatione diuinæ voluntatis. Sed contra primò. Nam hæc solutio satis violenta est, quippe quæ Patribus adscribit negare scientiæ visionis rationem causæ illatiuæ effectus propter rationem insufficientis. simam ad hoc negandum. Nam ad rationē causæ illatiuæ effectus præcisè requiritur, quod cauet effectum, & sit inconiungibilis cum carentia ipsius: Quicquid sit, an per se solum; an tantum in consortio alterius, possit effectum cauare. Sic iuxta Thomistas, gratia intrinsecè efficax est causa illatiua consensus, quamvis non causet ipsum per se seorsim; sed coniunctim cum Deo, & voluntate creata. Similiter decretum efficax est causa illatiua sui effectus, quamvis non per se solum; sed in consortio scientiæ diuinæ causet: At scientia visionis, per vos, causat obiectum vi- sum, & inconiungibilis est cum carentia ipsius: igitur esto cauere in consortio diuinæ voluntatis; tamen per se ipsam habet rationem causæ illatiuæ sui effectus;

& consequenter iniquo iure ne-gabitur ipsi ratio talis causæ, ex eo, quod caulet in consortio diuinæ voluntatis. ¶ Secundò. Nam, vt dicebam num. 5. PP. negant scientiæ visionis causare nostros actus liberos, vt occurrant argumento petito contra libertatem ex infallibilitate diuinæ scientiæ. At hæc difficultas non vincitur; sed augetur ex eo, quod talis scientia causet actum in consortio diuinæ voluntatis: ergo solutio non est ad mentem Patrum. Minor probatur. Nam tale consortiu non præstat, quod scientiæ visionis non sit causa cō-sensus antecedenter, & infallibili-ter connexa cum consensu, ex quo capite tota sumitur difficultas, prædictumque consortium solum præstat, quod sint duæ causæ sic antecedenter, & infallibili-ter connexæ cum consen-su, nempe scientia, & decretum. Patet autem hoc, neque vincere, neque minuere; sed augere difficultatem.

7 Porro autem, si loquamur de secunda illa propositione ¶ Ideo Deus videt creaturem existere, quia creature existit. ¶ Respondent, in hac propositione non importari causalitatem, quoad esse; sed bonitatem illationis, quia licet creature existēs non sit causa, vt Deus illam videat; tamen ex eo, quod existat, infertur per bonam consequen-tiam, Deum videre illam, vt
exi-

existentem. Sed hoc non satisfaicit. Primo, quia difficultas ex libertate petita non vincitur ex eo, quod ex consensu inferatur per bonam consequentiam scientia infallibilis ipsius, si semel haec scientia sit causa consensus, ac proinde connexa infallibiliter, & antecedenter cum ipso. Secundo. Nam, ut bona consequentia est à consensu ad scientiam; ita etiam à scientia ad consensum: ergo titulo bonitatis consequentiae, tam est verum, Deum videre consensum, quia consensus datur; quam dari consensum, quia Deus illum videt. At hoc ultimum negant Iustinus, & alij PP. Primumque concedunt: ergo non agunt de bonitate consequentiae. Quod si agunt de hac quoad unam propositionem, & non quoad aliam, sensus nimis æquiuocus ipsis adscribitur, ideoque sincera non est, sed extorta interpretatio. Tandem. Dum PP. negant, creaturam esse, quia videtur à Deo, vel negant hanc visionem esse antecedens logicè illatiuum existentiæ creaturarum; vel negant eam visionem esse causam physicè existiūam creaturarum. At non negant primum, quia certissimè talis visio logicè infert existentiam creaturæ; ergo negant secundum. Hæc, non dubito, sinceris sufficient, ut verum putetur, quod ex Francisco Ro-

mæo rétuli num. 3. Neque mīrum P. Vazquez veritatis amātissimum dixisse, defendi oppositum cōtentioñis potius, quam veritatis studio. Videatur Fasol. supra.

8 Probatur tertio à ratione. Nam, ut optimè D. Thom. in 1. distinct. 38. quæst. 1. artic. 1. in corp. *Sicut est causalitas artificis per artem suam, ita consideranda est causalitas diuinæ scientiae: ergo Deus opera creataria fabricatur ea cognitione, quæ dirigit ipsum, ut artificem ad efficiendum opus. At artifex quadratus Artifex non dirigitur ad efficiendum opus, videndo ipsum, ut iam factum ab ipso met artifice, qua ratione Deus per scientiam visionis creature videt creaturam esse à Deo factam pro sua differentia temporis; sed considerando sic, vel sic fieri posse, quod attinet ad scientiam simplicis intelligentie: ergo per hanc scientiam Deus; non per scientiam visionis fabricatur creaturas.* Quam rationem, ut Aduersariorum effugia præcludam, confirmo duplíciter. Primo. Nam illa scientia dirigit Deum, ut creaturam operetur, quæ proponit Deo rationem aptam, ut moueatur ad decernēdam existentiæ creaturæ. At scientia Dei prout Deo ostendens creaturam iam existere pro sua differentia temporis, non ostendit rationem aptam,

ut moueat ad decernendam existentiam creaturæ; ergo prædicta scientia, ut Deo ostendens creaturam iam existere pro sua differentia temporis, non dirigit Deum, ut operetur creaturam: cumque scientia Dei, prout modo dicto sumpta, sit scientia visionis, sit scientiam Dei formaliter quatenus visionem, non dirigere Deum, ut creaturam operetur.

9. Maior huius discursus conspicua est ex terminis, constantque cætera, præter minorem, quæ facile probatur. Nihilo enim ineptius suadebis Regi, quod militari præmijs afficiat, quam ipsi representando, militem iam esse sufficenter præmiatum. Nihilo ineptius suadebis, ut latronem punire decernat, quam ostendendo iam esse ex furca suspensum: ergo nihilo ineptius dirigetur, mouebitur, & veluti suadebitur Deus, ut decernat creaturam existere pro tali differentia temporis, quam sibi proposito iam tunc existere creaturam. Quæ omnia descendunt ex principio, quod videtur per se notum. Nimirum. ¶ Quod mouet agens intellectuale, ut decernat rem exequi, non est rem iam esse factam; sed conuenientiæ, quæ coniunctim cum factibiliitate apparent in eo quod res fiat. ¶ Firmatur idem secundo. Nam scientia visionis creaturarum non antecedit

decretem efficax ipsarum; sed vel illud comitatur; vel ad illud subsequitur, ut cum pluribus alijs volunt Thomistæ. At scientia, quæ non antecedit decretem non datur pro signo apto, ut dirigat ad positionem decreti. Nam scientia dirigens ad positionem actus est principium ipsius: ergo scientia visionis creaturarum, non dirigit, Deum, ut creaturas decernat; sed vel sola scientia simplicis intelligentiæ; vel coniuncta cum scientia conditio- nata.

10. Cuius argumenti solutio communis Thomistarum huius temporis est, quando Deus efficit creaturam, decernere primo, per decreum pertinens ad ordinem intentionis existentiam creaturæ, deinde sequi, media cognitione regulativa proportionata, mediorum electionem similiter pertinentem ad ordinem intentionis. Quibus decretis presuppositis resultat imperium intellectuale Deo insinuans ipsius propositum efficax circa existentiam creaturæ, & hoc imperium in eo proposito videt creaturam esse futuram. Vnde hoc imperium est scientia visionis creaturæ. Tandem hoc imperium vrget Deum ad executionem, mouetque ad decretum, quod dicitur visus actius ad ordinem executionis pertinens, quo posse.

tia

tia executrix ultimò determinatur ad executionē creaturæ presentiæ. Sed omissis multis, quæ circa hunc ordinem actuū diximus disp. 15. & disp. 18. de prædest. dupliciter refellitur hæc solutio. Primo. Quia non est cur De⁹, primo decreto, quo statuit efficaciter creare Angelum, non decernat existentiam ipsius secundum omnes circumstantias, & ex omnibus rationibus, propter quas decernit existentiam ipsius per decretum, quod dicitur vñus actiuus: quæ enim potest in hoc a signari repugnantia, nisi contentionis studio? At in hoc casu tale decretum immediate determinabit potentiam executricem ad creationem Angeli, non succedente imperio intelleculi, ex quo procedat vñus actiuus: ergo vniuersaliter loquendo non requiritur ad productiōnem creaturæ illud imperium, in in quo stat per te scientia visionis.

7 Explicatur. Vel primo decreto pertinente ad ordinem intentionis definita est efficaciter existentia creaturæ, quantum ad omnes circumstantias, nimirum, ut producenda in hoc instanti, per hanc numero actionem, &c. Vel non? Si primum: ergo imperium subsequens non vrget voluntatem ad nouum decretum, quod dicitur vñus actiuus. Nam significatio decreti exerciti à superiori non vrget ad efficaciter

decerner. dum, quod iam statutum est; sed, quod nondum statutum est, debetque statui, vt iuperioris voluntas ad exitum perducatur. Si secundum: ergo per tale imperium non videtur ex vi prioris decreti futura circumstantia illa, ad quam decernendam vrget illud imperium: ergo iam scientia visionis vnius obiecti non causat illud idem objectum, sed aliud nondum terminans scientiam visionis, quod proinde non causatur à scientia visionis sui, sed à scientia simplicis intelligentiæ.

8 Rursus eadem solutio principaliiter refellitur. Nam insinuatio voluntatis, quam habet superior facta potentia inferiori, vel subditæ, non mouet ex vi viden- di voluntatem superioris, vt infallibiliter connexam cum opere statuto, sed in vi cognoscendi voluntatem superioris, vt determinatam affectu, quatenus est ex se ad executionem operis, siue talis determinatio connectatur infallibiliter, siue non cum opere exercendo: quo circa inferior non est perfectè, prompteque subiectus superiori, si non sufficiat ad obediēdum cognoscere voluntatem superioris, vt affectu determinata ad cūpus, sed ulterius requiratur cognoscere ipsam, vt infallibiliter connexam cum opere: ergo imperium intellectuale ex suo munere imperij non mouet ad execu-

quen-

quendū opus, quatenus per se, & formaliter est sciētia visionis operis exequendi. Probatur cōsequentia. Quia non mouet, quatenus videt primarium decretū intentiuū, vt infallibiliter conexum cum opere. At solum, vt sic est sciētia visionis operis exequendi: ergo non mouet, ac dīgit formaliter, quatenus scientia visionis operis faciendi ; sed alterius obiecti.

9 Afferro secundō. Specialiori iure scientia visionis actuum liberorum non est causa per se, & formaliter prærequisita ad existentiam ipsorum. Sic sentiunt omnes nostri DD. duplēcēmque probationem īdico, ex dictis tract. de prædest. dicendisque in concord. Prinīa est. Nam homo qui dissentit non haberet potestatē liberam ad cōsentendū. Probatur. Non habet potestatē liberā ad actum, cui deficit causa per se, & formaliter prærequisita ad actum, si pro suo libero nutu comparare nequit existentiam eius causæ. Qua propter nō haberes potestatē liberam ad motum localem, si tibi sic deficeret imperium efficax prærequisitum ad motum, vt pro tuo nutu libero ponere nō posses illud imperium. At si scientia visionis circa cōsensum est causa per se, & formaliter prærequisita ad cōsensum, deficit dissentienti causa prærequisita ad cōsensum, cuius causa existentiā pro-

suo nutu libero comparare non potest: ergo non habet potestatē liberam ad cōsensum. Minor probatur. Quia respectu dissentientis nō existit scientia visionis circa cōsensum ipsius, quæ scientia per te causa est per se, & formaliter prærequisita ad cōsensum. Aliunde nequit existentiam eius scientiæ comparare, quippè quæ essentialiter antecedit ad cōsensum, & consequēter est incomparabilis per cōsensum voluntatis, sicut in cō facultas videndi est incomparabilis per actum videndi, quia talis facultas præsupponitur essentialiter ad eum actum: ergo deficit dissentienti causa ad cōsensum prærequisita, quam suo nutu libero comparare non valet.

10 Secūda probatio formatur in consentiente, qui non cōsentiret liberē si scientia visionis circa cōsensum esset causa per se, & formaliter prærequisita ad cōsensum. Quod, remissis alijs ad tract. citatum de concord. Probatur. Consentiret sine potestate libera ad. omittendum cōsensum : et cō non consentiret liberē. Consequentia patet, & antecedens probo, nam in illa hypothesi potestas libera ad omittendum cōsensum esset implicatoria. Nam ex una parte non includeret scientiam visionis circa cōsensum ; & ex alia parte talē scientiam includeret.

Non

Non includeret. Quia in liberè dīsentiente datur potestas libera ad omittendum consensum; & nō datur scientia visionis circa consensum. Includeret. Quia potestas libera ad omittendum consentium includit omnes causas prærequisitas ad consensum, quarum existētiam ipsa potestas comparare non valet. Nam, vt constat ex certissimis de libertate principijs, nullus potest libere actionem omittere, quam exercere non valet, eamque exercere non valet, dum non habet prærequisita ad ipsius exercitum, quæ suo nutu libero comparare non potest. At, vt vidimus, in hypothesi facta, scientia visionis circa consensum est causa prærequisita ad consensum, quam liberum arbitrium suo nutu libero comparare nequit: ergo illam includit potestas libera ad omittendum cōsentium.

Sed de his L.C.

CAPUT III.

Fundamenta aduersariorum ab auctoritate.

11 **O**bijciunt primò Aug. lib. 5. de Ciuitat. cap. 9. & lib. 6. de Trinitat. cap. 10. & lib. 15. cap. 13. vbi ait: Non ideo Deum res scire, quia futura sunt; sed ideo futuras esse, quia Deus eas cognoscit. Secūdò obijciunt D. Gregor. lib. 20. moral.

cap. 24. vbi ait, ea quæ sunt non ideo ab aeternitate videri, quia sunt, sed ideo esse, quia videntur. Respondeo primò ad August. & Gregor. Tantum volunt iti PP. creaturas esse ex scientia simplicis intelligentiæ; non ex scientia visionis: ac deinde volunt Deum non accipere ex objectis causatiuè scientiam; sed illam omnino incausatam habere; cum tamen creature ipsas etiam scientias de quidditatibus rerum accipiāt ab objectis. Respondeo secundò ad Grego. cum pluribus alijs post P. Arrubal sen. sum illius esse, non videri creature ab æterno, quia realem præsentiam ab æterno habeant; sed præsentiam objectivam, quæ ab æterno habent, ideo habere, quia videntur. Et quidem vt tacite occurrat obiectio cuiusdam Thomistæ) prædictæ propositiones PP. veræ sunt in sensu formaliter ab ipsis intento, quia Deus formaliter constituit causatius creaturarum intellectualler per scientiam simplicis intelligentiæ; & creature constitutur formaliter præentes objectiuè ab æterno per visionem aeternam Dei.

12 Sed contra hęc opponunt plura Iuniores Thomistæ. Primo. Quia iuxta solutionem adhibitam testimonio August. propositio ipsius redderet hunc sensum. * Creaturæ existunt, quia Deus nouit illas, vt possibiles *

Hęc

Hæc autem propositio falsa est. Nam ad veritatem propositio-
nis causalis requiritur bonitas
consequentia; maleque infertur,
creaturas existere, ex eo, quod
Deus cognoscet illas, ut possi-
biles. Secundo. Quia Gregor.
loquitur de notitia, quæ dicitur
visio; hæc autem in rigore non
est scientia simplicis intelligen-
tiae; sed visionis. Tertio. Nam in-
terpretatio Gregorij de præsen-
tia obiectiva, videtur extorta.
Primò: Quia ratio immediata
propter quā creature sunt præ-
sentes in æternitate, est quia exi-
stunt in sua propria duratione:
ergo si Deus per scientiam visio-
nis causa est, ut sint præsentes in
æternitate, causa erit per eam-
dem scientiam, ut existant in
propria duratione. Secundò.
Nam, ut vult P. Arrubal, Deus,
iuxta Greg. per scientiam visio-
nis causa est alicuius præsentia,
& existentia creaturarum. At
sensus Gregorij, non est, Deum
per talēm scientiam esse causam
præsentia, & existentia obiecti-
onē: ergo sensus est causam esse
præsentia, & existentia physicę.
Minor probatur: quia res esse
præsentes Deo obiectiuè est vi-
deri ab ipso: ergo si sermo sit de
præsentia obiectiva, nihil aliud
diceret Gregor. quam ideo crea-
turæ videri, quia videntur: quæ
propositio incepta, & idētica est.
Tandem, quia Gregor. etiam ex-
plicatus de præsentia obiectiva,

contra nostram sententiam est.
Nam illa præsentia collituit ob-
iectum scientiæ visionis: ergo si
rebus conuenit, quia videntur à
Deo, fiet scientiam visionis esse
causam sui obiecti, quod oppo-
nitur nostra sententia, cuius præ-
cipuum fundatum ērum ruet, per itū
ex eo, quod obiectum sub carra-
tione, sub quā est obiectū scien-
tia, debet præcedere ad scientiā.

13 Sed hæc non vrgent. Ad
primum respōdeo. Veritas propo-
sitionis causalis, non semper re-
quirit bonitatem consequentiæ,
sed interdū sufficit dependentia
libera effectus ex causa nō infe-
rente per legitimā consequentiā
effectū. Sic dicimus, *hoc feci quia
petijisti à me*; cum tam ē tua peti-
tio nō inferat per legitimā con-
sequentiā factū meū. Sic. D. Th.
1. p. q. 19. artic. 4. ad 3. admittit
causalē, quā in argumēnto attu-
lerat ex Aug. ¶ *Quia Deus bon-*
est, sumus ¶ *quod eatenus iuxta*
D. Th. *dicitur, quatenus diuina*
bonitas est ipsi Deo ratio ut reli-
qua alia velit. Patet autē, neque
diuinā bonitatē inferre per legi-
timā consequentiā nostrū esse,
neque inferre decretū Dei circa
illud. ¶ *Ad secundum non op-*
portet accipere semper PP. in
sensu strictissimo. Sufficit loqui in
sensu satis visitato. Quis enim du-
bitet in hac propositione: Quid
futura exiūtū videtur à Deo stric-
tiorē sensum esse, si sumatur in
vi causalitatis quoad esse; quare
invī

in vi recte illationis. Tamen ipsi arguentes contenti sunt hoc secundo sensu dicentes, parum cūrāsīc PP. rigoreā dialecticum, satisque esse particulam ideo inter alios sensus suscipere illatiūnū, bene obseruante Albelda, ut ipsi dicunt. Cur igitur nobis non sufficiet accipere vocem *videre*, prōscientia clarissima Dei quiditatum rerum; & nō solum prōscientia visionis rerum existentium in aliqua differentia temporis? Eleganter sic notante D. Thom. quæst. 2. de verit. art. 9. ad 3. Illis verbis: *Nihil prohibet aliquando omnem scientiam diuinam visionem dici: aliquando vero solam illā, que est prōscientia præteriorum, & futurorum.*

14 Neque plus vrgent probations factæ contra Gregorij interpretationem de præsentia obiectiva. Ad primam. Si scientia visionis esset causa efficiens præsentia physicae creaturarum in æternitate, citra dubiuū esset causa efficiens præsentia ipsarum in suo tempore; quia præsentia physica creaturarum in æternitate nihil aliud importat, quam æternitatem intrinsecam Dei; & præsentiam physicam creaturæ in suo tempore; cumque scientia visionis efficere nequeat hanc præsentiam quoad primam partem, certè si aliquomodo efficeret illam, efficeret quoad secundan partem. At iuxta solutionem Patris Arrubai, scientia

visionis non est causa efficiens, vel quasi efficiens præsentię physicæ creaturarum in æternitate, sed tantum causa formalis, vel quasi formalis præsentię obiectivę, quam habet ab æterno creaturæ in mente Dei, quatenus ea visio constituit formaliter creaturas tam clare ab æterno cognitas à Deo, ac si tunc essent physice præsentes. Et licet quodammodo sit radix, ut ita videantur ab æterno, existentia, quam habent in suo tempore, bene tamē stat, scientiam visionis esse causam, aut quasi causam formalem effectus præsignati; & non esse causam existentię enititatię creaturarum in suo tempore. Quemadmodum, licet præsentia physica albedinis in loco proportionato, ut à me videatur, sit ex parte obiecti radix huius visionis, bene stat, hanc visionē non causare prætentiam illam physicam albedinis; & tamē esse rationem formalem constitutiam albedinis in ratione visiæ.

15 Ad secundam probationē negatur minor, cuius probatio dicatur, frequens esse, citra vi- tium aliquod, idem reddere pro ratione formalis eiusdem sub diuersis terminis. Nam quis dubitet, non esse ineptas propositiones istas * Deus ideo est Deus, quia est ens summē perfectum. Homo ideo est homo, quia est animal rationale? * Tamen idem om-

omnino sunt obiectum diuersis terminis expressum, Deus, & ens summè perfectum: homo, & animal rationale: ergo propter eandem rationem proposicio hæc non erit inepta: Creaturae sic se habent ab æterno in ordine ad mentem Dei, ac si physice existarent ab æterno, quia tunc tam clare videntur à Deo, ut existentes in sua differentia temporis, ac si physicè ab æterno essent Deo presentissimæ. ¶ Ad tertiam D. Gregorius explicatus de praesentia obiectu, neque per omniū contra nos est. Nam aliud est, scientiam visionis esse causam formalem in creaturæ secundum denominationem extrinsecam terminantis actualiter visionem Dei, id est visum à Deo, & hoc quis negat? Aliud scientiam visionis esse causam efficientem, vel quasi efficientem creaturarum, quoad propriam, & intrinsecam existentiam ipsarum. Hoc negamus, quod tamen non magis infertur ex eo, quod visio sit ratio formalis præsentia obiectu, quam inferatur albedinem, quam video, causari secundum suum esse intrinsecum à mea visione, ex eo, quod hæc sit ratio formalis constituens albedinem in ratione visus. Utque nihil relinquatur intactum, nota primo, non esse præcipuum fundamentum nostræ sententiae, obiectum visionis debere ad visionem præcedere. Imo, quia fun-

damentum hoc vocalibus dissi- dijs, & alijs difficultatibus obnoxium est nō sumus illo usi, sicut plures ex nostris nō vtuntur. Secundo, fundamentum hoc qua- lecumque sit, relinquitur in sua firmitate, quamvis diuina visio constitutat creaturam in ratione visus: Cum hoc enim fiat, creaturam sub ea ratione sibi intrinseca, sub qua terminat eam visionem, debere præcedere ad illam, ex quo sumitut eius fundamen- ti robur, qualecumque sit; quāvis creatura sub denominatione extrinseca visus actualiter, nō debeat præcedere ad visionem. Idē cernere est in albedine terminante nostram visionem sentitiuā.

16. Tertio nobis obiectiunt D. Thom. in 1. dist. 39. quæst. 1. art. 1. ad 5. ubi ait: *Scire sequitur vo- luntatem, ut imperatum ab ipsa, esse autem non: & idco esse suū non subiacet libertati voluntatis, sicut scire operariū creature.* Vnde arguunt. Illa scientia est operatiua creature secundum D. Thom. quæ subiacet libertati voluntatis. Sed nō ita subiacet scientia pos- sibilium; id faturorū: ergo sci- entia visionis futurorum; non vero simplex intelligētia possibilium est operatiua creature. Respon- deo. Mens D. Th est, scientiam operatiua creature subiacere libertati voluntatis quoad opera- ri, & nō operari; nō quoad esse, & non esse: & quialicet simplex notitia possibilium nō subiacet liber-

libertati voluntatis quoad esse, & nō esse; subiacet tamē quoad operari, & nō operari, quia Deus in ordine ad operationem virtutur, vel non virtutur ipsa, prout sibi libere placet, ideo non negat D. Thom. simplicem intelligentiam rei, ut possibilis, ut applicata ad operandum per diuinum decretum, causam esse rei, ut existentis. Et ut pateat hanc solutionem sufficientem esse, notetur, intentum D. Thomae in eo articulo esse, potuisse Deum non decernendo aliqua, quæ discernit, non scire aliqua, quæ scit. Ad quod ait, quāvis non sit contingens in eo, quod Deus sit, & non sit esse tamen contingentia in eo, quod scientia operativa applicetur, vel non applicetur ad operandū Petrum, v.g. promulgato libero Dei. Quod si applicetur, sciet Deus Petru existere, quod non sciret, si Deus non viceretur pro suo beneplacito tali scientia ad prodicendum Petrum.

17 Quartò nobis iterum opponant D. Th. in hac q. art. 8. cū enim in primo arguento verba illa orig. adduxisset: *Non propterea aliiquid erit, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, ideo scitur a Deo antequam sit.* Respondeat, quod Origines loquutus est, attendens rationem scientiae, cui nō competit ratio causalitatis, nisi ad iuncta voluntate. Ex his arguitur ita. Si sola scientia simplicis intelligentiae causa esset creaturarum

vera esset propositio hęc absolu-
tē prolata: *Non propterea aliquid
erit, quia id scit Deus futurum: si
quidē causa rei non est cognitio
illius, ut futuræ; sed præcisè, ut
possibilis.* At D. Thom. non vult
prædictam propositionē esse ve-
ram abolutę prolatam; sed solū
esse veram, accepta scientia sine
consortio diuinæ voluntatis sta-
tuentis existētiā rei: ergo iux-
ta D. Th. nō sola scientia simplicis
intelligentiae causa est creatu-
rarum; sed etiam scientia visio-
nis.

18 Responderi posset primō.
cum Auersa sup. vers. Sed D. Th.
scientiam, quæ futurū est, pos-
se sumi formaliter quatenus sci-
entiā futurorum, vel materialiter
sub hac ratione; & solum for-
maliter sub ratione scientiae rei;
ut possibilis, qua ratione compa-
ratur cum scientia, per quam ar-
tifex creatus fabricatur artefa-
ctum. Quo posito, respondet,
quasi sic diceret. Dato gratis,
quod Origen. loquatur de scien-
tia rei, ut possibiliis, potest atthuc
explicari, quia talis scientia, licet
in virtute secundum se sumpta
sit causā creature; non tamen
causa est actualiter sumpta se-
cundum se præcisè, sed in con-
sortio Dei, prout decernentis
existentiā creaturæ. At quia
Thomistis videbitur hęc solatio
violentia, quamvis interdum in
alijs materijs similiter soleat ab
ipsis explicari. D. Thom. Re-
ponz

pondeo secundò, iuxta doctrinam satis probabilem, in illis objectis, quæ decernuntur efficaciter à Deo, scientiam visionis ipsorum indistinctam esse ex parte rei conceptæ à decreto efficaci, ita ut decretum efficax sortiatur duo munia ratione nostra distincta: Aliud decreti statuentis rem, secundum quod manus est causa, vel causatio rei, aliad scientiam visionis eiudem rei. Secundum quod munus per se, & formaliter non causat rem, sed spectatur, iuxta quam doctrinam sensus D. Thomæ est. Tametsi sola scientia simplicis intelligentiarum, vel, quæ reducatur ad ipsam sit ex munere scientie causa creaturarum, non tamen absolute, & sineulla distinctione dicendum est scientiam creaturarum futuræ non esse causam creaturarum, sed non esse causam per se, & formaliter ex munere scientie creaturarum, ut futuræ. Nam creature causa, vel causatio est saltem materialiter ex eo, quod per omnimodam identitatem ex parte rei conceptæ sibi adiunctum habeat decretum efficax creaturarum. Vide dicta disputatione 16. de prædestinatione capir.

2. &c 3.

CAPUT III.
Argumenta à ratione.

19. **A** Ratione primo obijciuntur per suū imperium. At imperium est scientia visionis creaturarū. Nam est actus intellectus supponens, intimans, & significans decretū efficiendi creaturā: ergo creaturæ causantur à Deo per scientiam visionis. Omitto probationes præmissarū, quas fuisse petitū ex 1. 2. quia prater quā quod ad productionē creaturarū non præquiritur imperium intellectuale, sed sufficit decretū efficax rei quoad omnes circuitantias; adhuc admissio gratis tali imperio, respōdendū est ex dictis c. 2. nō causare creaturas ex munere scientie visionis cognoscētis earū existentiā in decreto prævio, ut connexo cū existētia creaturarū, sed ad summū illas causare ex munere insinuandi potentiae executrici decretū rei faciendae præscindēdo ab ostēsione cōnectionis eius decreti cum existētia rei causadæ. Vide dicta loco cit.

20. Obijciunt secundo. Deo, ut artifici cōcedēdus est perfectior directionis modus inter excogitabiles, si possibilis sit. At perfectior directionis modus est per scientiam visionis obiecti, ut existentis, quam per simplicem intelligentiam obiecti, ut possibilis, quia clarius obiectum attingit per cognitionē, qua intuitiū percipitur, ut existēs; quā

Bba pcc

per cognitionem qua abstractius percipitur, ut possibile. Deinde talis modus directionis est possibilis; ergo tribuendus Deo. Probatur possibilitas illius modi directionis; nam in hoc difficultas stat. Non enim repugnat scientiam visionis causare suum obiectum, ex eo, quod eadem res nequear esse effectus, & obiectum eiusdem actus, nam creatura est obiectum, & simul effectus decreti efficacis. Vei. Verbum Diuinum terminis productus, & obiectum cognitum per cognitionem, ex qua procedit. Deinde, neque hoc repugnat ex eo, quod scientia visionis supponat decretum efficiendi creaturam. Nam bene stat supponere hoc decretum, ut causam, quae se sola non potest creaturam producere, & in consortio decreti presuppositi creaturam causare: quemadmodum potentia executiva coniunctim cum decreto presupposito concurrit ad productionem effectus; ergo nullo ex capite repugnat praedictus modus directionis. ¶ Respōd. Talis directionis modus repugnat. Tum respectu actuū liberorum, quia libertate ipsorum euerteret. Tum absolute, quia repugnat prudentissimum artificem dirigi ad decernendum, quod aliqua res existat pro sua temporis differentia ex ipsa existentia rei visa, prout exercita in tali differentia temporis. Quae si, is constant ex cap. a..

21 Obijcīs tertio. Res creatae liberè causantur à Deo: ergo per sciētiā liberā, & contingentē. At non est libera, & cōtingens sciētia simplicis intelligentiae ipsarū, ut possibilium; sed sola scientia vitionis ipsarū, ut existentiū: ergo per istam causantur; non vero per illā. Resp. Res creatae causantur liberè à Deo, quia causantur per sciētiā, quae in causando illas libera est, quatenus ita illas causat, ut possit non causare; nō vero, quia causantur per scientiam liberā, & contingentē in existendo, nēpe, quae sic existat, ut possit nō existere. Licet enim sciētia simplicis intelligentiae nō possit non existere; potest Deus non decernere productionem eius creaturæ, quā ostendit ea scientia possibilium esse: cumque talis sciētia causet interiū eius decreti, causat potens nō causare. Sic omnipotētia Dei necessariō existit; & causat creaturas contingenter.

22 Obijcīs quartō. Scientia causans est tantū eorū, quae causantur. At sciētia simplicis intelligentiae non est tantū eorū, quae causantur; sed omnī possibiliū; cū tamen scientia vitionis creaturarū, sit tantū eorū; quae causantur in tempore: ergo scientia visionis; non scientia simplicis intelligentiae est causa rerum. Respondeo; aliud est scientiam causantem res non esse scientiā omnī obiectorū possibilium; aliud au-

autem non causare illa omnia. Primum est falsum. Nam ea. dem scientia qua Deus cognoscit, vt possibilem creaturam, quam causat, simul cognoscit omnia possibilia. An materialiter, an etiam per se, & forma- liter non esthuius loci. Vide, si placet disputat. 16. de prædest. capit. 1. Secundum est verum, quia scientia simplicis intelligentiæ causat creaturam interuen- tu decreti diuini circa ipsius existentiam: & quia scientiæ sim- plicis intelligentiæ non adiungitur decretum diuinum de existentia creaturarum omnium; sed tantum aliquarum; ideo non omnes, sed alias dunta- xat causat.

23. Obijcies quintò. Scientia dirigens voluntatem diuinam, vt opus decernat, monstrare debet Deo id, quod decernit. Ni- hil enim volitum, quin præcog- nitum. At Deus non decernit possibilitem creaturæ; sed ex- stentiam, quæ non cognoscitur per scientiam simplicis intelligentiæ; sed per visionem: ergo scientia visionis est illa, quæ di- rigit Deum ad decretum crea- turæ. Respondeo. Scientia ipsa simplicis intelligentiæ creatura- rum, vt possibilium attingit ip- sarum existentiam, quamvis nō hoc modo tendendi: *Hec exi- stentia iam exerceatur;* sed hoc: *hec existentia est quid bonum non implicans contradictionem;* & hic

modus iudicandi de existentia sufficit, ad decretum ipsius. Et quidem argumentum probaret contra Aduersarios, ante omne decretum existentiæ crea- turum dari scientiam visionis, quia datur scientia tangentis existen- tiæ decernendam. Vide disp. 10. cap. 4.

24. Obijcies sexto. Scientia Dei non prouenit ab obiectis creatis scitis: cum Deus non ac- cipiat scientiam à creaturis: ergo non videntur à Deo talia obie- cta, quia pro suo tempore exis- tunt. Respondeo. Non dicitur Deus videre creaturas, quia ipsæ pro suo tempore existunt, ex eo quod ex rebus creatis accipiat causaliter scientiam visionis; sed quia creaturarum existentia pro suo tempore tali modo requiri- tur ad hoc, vt intellectus diuinus terminetur ad creaturas per mo- dum videntis, vel intuentis ipsas existere, vt ex una parte talis exi- stentia creaturarum non cause- tur ab ea scientia visionis ex munere scientiæ visionis; & aliunde prædicta creaturæ exi- stentia præcedat ad talem scien- tiæ, quamvis non prioritate physica causalitatis; prioritate tamen logica rationis, vt expli- cui disp. 16. de prædest. cap. 3. n. 16. quam oportet in præsenti recolere.

25. Obijcies septimò. Visio qua Deus videt, se intendere efficaciter finem est visio exis- tia.

tiæ finis : cum talis efficax inten-
tio connectatur, infallibiliter cū
existantia finis. At vt non semel
significat Eximus Doctor po-
test Deus ex ea visione proce-
dere ad electionem medioram,
& executionem finis : ergo finis
existantia causatur ex ipius exi-
stantia visione. Respondeo. Nō
negamus, scientiam visionis ali-
cuus obiecti habitam tanquam
in medio in intentione efficaci
ipsius obiecti posse interdum
præcedere tanquam utilem ad
decretum ultimate executium
talis obiecti ; licet non per se, &
formaliter ex munere videndi
illud. Deus enim videns se ha-
bere propositum efficax facien-
di obiectum, potest ex bonitate
splendente in impletione diuini
propositi procedere ad execu-
tionē. Cæterum ad nullum ob-
iectum efficiendum prærequi-
ritur per se, & formaliter scienc-
ia visionis existentia eiudem
obiecti, quatenus talis visio est,
sive habita in aliquo medio ; si-
ue in mediata. Sufficit enim
Deum per si nplicem intelligen-
tiam cognoscentem possibili-
tatem, naturam eius obiecti,
conuenientiasque apparentes in
productione ipsius applicare om-
nipotentiam ad productio-
nem per decretum ef-
ficax eiudem
obiecti.

DISPVT. XIX.

*An Deus cognoscat contingentia
conditionaliter aliquando
existentia.*

Consulto diximus conditio-
nata, quæ aliquando
conditionaliter existunt ; non
vero futura contingētia con-
ditionata. Prælens enim con-
trouersia est. Nem Deus cog-
noscat veritates contingentes
conditionatas, sive de futuro,
vt est hæc : Peccabit Anno Cir-
stus, si tali tentatione pulsatur:
sive de præsenti, vt est hæc : Si
tali tentatione pulsatur peccat:
sive de præterito, vt est illa ce-
lebris : Si Tyri, & Sydoni ins-
perissent miracula Christi, pa-
tentiam egissent. In præsenti dis-
putat. Solam agimus de scien-
tia diuina conditionata contin-
gente præscindendo à modo,
& modo prædictas veritates
cognoscendi. Dilæctabimus
potestate modo, & medio ra-
lis notiæ, quam optimo in-
re DD Societatis, ut ilia
videbimus, scien-
tiam medium
appellat.
(..)

CAP.

C A P V T . I .

Quibusdam pr.e notatis , declaratur status controuersie , & Authorum placita referuntur .

IN Oto primō. Notitia conditionata duplex est. Prima conditionata ex parte sui, nimirū, quæ nō est; sed eset, si certa conditio poneretur: sicut in Deo non est scientia visionis alterius mundi; eset tamen si alter mundus existeret. Secunda est existens absolute ex parte suis iudicantis tamen de suo obiecto, quod existeret, si certa conditio poneretur: sicut iudicas extitum diem, si Sol luceret. Notitia conditionata ex parte obiecti duo saltē attingit. Alterum, quod cōditio, hypothesis, & antecedens appellari consuevit, & immediate afficitur sicut hego remate si. Alterum, quod conditionatum, & consequens dīci solet; sic in hac notitia, si Sol luceret, dies esset; Solem lucere est antecedens, & conditio sub qua affirmatur existentia diei tāquam conditionatum, & consequens ad illam conditionem, & antecedēs subsequutum. Notitia hæc ex parte obiecti conditionata (de qua præsens sermo est) attingit antecedens, seu cōditionem, & similiter attingit consequens, siue conditionatū, siue conditione affectum (quæ

tria in idē recidunt) præscindendo in affirmative ab existentia absolute ipsorū. Est dicere. Per hunc actū: Si Petrus vocetur auxilio A. consentiet, intellexit neque affirmat existere vñquā absolute auxilium A; neque existerre vñquam absolute cōsensum; sed præcisè, quod existeret consensus, si existeret auxilium A. Vnde ortum vetus illud verbū. Conditionalis nihil ponit in esse.

2 Noto secundō. Non solum sunt conditionaliter existentia, quæ defectu conditionis nunquā existunt absolute, sed etiam, quæ absolute existant cum conditio ne absolute posita. Tametsi nāque subsistere possit veritas cōditionata sine veritate absoluta sibi respondentē; non tamen cōtra. Benè quidem stat, verū elie hoc: Si Petrus haberet tale auxiliū conuerteretur. Et tamen illud auxiliū non habere, proindeque veram non esse hanc absolutam: Conuertetur cum tali auxilio. Ceterum, hæc veritas absoluta subsistere non potest sine conditionata sibi respondentē. Ratio est. Nam in illa conditionata: Si Petrus habeat tale auxilium conuerteretur, nihil aliud dicitur, quā hoc auxiliū in casu tuæ existētiæ (cuius absolute exercitiū proposi tio non affirmat) non esse separandum à conuersione Petri. At posita absolute tali conuersione cum eo auxilio, verisimum est, hoc auxiliū, dato casu

ipsius existentiae, non esse separandum ab illa conuersione: ergo data veritate absoluta, necesse est dati cōditionatam ipsi respondentem. Quamobrem, sicut ex possibilitate Petri non inferatur ipsius existentia exercita; ex qua tamen bene infertur possiblitas. Nam, si res existit, patet existere posse; ita, ex eo, quod Petrus conuerteretur si haberet tale auxilium, non infertur conuertendū esse cum eo auxilio; ex hoc tamen, quod conuertendus sit absolutē cum hoc auxilio, bene infertur prædicta veritas cōditionalis, ut vidimus: vnde, si eut aliud est rem esse, p̄rē possibilē; & esse possibilē. Quia rem esse purē possibilē, est ita nō implicare contradictionē, ut nunquam existat; esse verò possibilē est, nō implicare contradictionē, siue simul existat aliquando; siue non. Ita aliud est rē esse existentem purē conditionatē; & aliud esse existentem conditionatē. Nam primum est, quod nō existet defectu conditionis, quā data existeret. Secundum est, quod existeret, data tali conditio, siue simul absolutē existat quia conditio datur; siue non existat absolutē, quia conditio non datur.

3. Hinc noto tertio, non bene nostris Doctoribus imposuisse Cabrera in 3. p. quæst. 1. artic. 3. §. 22. Obiectum scientiae conditionatae scilicet esse futurum

conditionatum, quod nunquam erit. Secundo. Verissimum est contra Albel. 1. p. disp. 44. sect. 3. num. 38. Nihil esse verum absolutē cū certa cōditione, quod sub ipsa non sit verum conditionate, sicut nihil existit absolute, quod non sit possibile. Sic docet Bellarm. lib. 2. de amiss. gratiæ cap. 17. ad 1. Valent. punct. 5.. quæst. 2. §. Tertium. Fonseca 6. metaph. cap 2. quæst. 4. sect. 8. Molina 1. p. quæst. 14. art. 15. §. Iuxta ea. Fasol. dubit. 13. num. 214. Suarez opusc. de Scientia Dei initio. Arrubal disp. 44. capit. 1. & 3. Aluarez lib. 2. de auxilijs disput. 7. num. 7. Zumel tom. 1. variar. Fol. 100. Col. 2. Machin. disp. 34. sect. 2. §. 1. & communiter ali. ¶ Tertio, ut norat optimè P. Martinò dis. 9. sect. 5. n. 39. Non minusest controversia de contingentibus conditionatis, quæ posita cōditione fiunt absolute; quā de illis, quæ conditione non posita, manet purē cōditionata. Quinimo sepiissimè Deus ex notitia cōditionata euentus, quē vider fore, si certa conditio ponatur, dirigitur, ut actualiter ponat talem conditionem, de quo plura tractat de prædestin. disputat. 3. & 4. Quapropter decretum conditionem exequens, ideoque futurum cōditionatū reddens absolutū, bene componitur cum veritate cōditionata. Quare inamerito Franciscus Fœlix cap. 6. de scien-

scientia Dei, difficul. i. num. i. posl alios dixit, futura conditio- nata esse, quæ nunquam erunt: talia enim etiam sunt, quæ ali quando erunt.

4. Noto quartò. Notitia cō- ditionatorum contingentū di- uidi potest in conjecturalem; & in infallibilem. Rursus conjectu- ralis potest bifariam capi. Primo tanquam conjecturalis subiectiuè. Secundò, tanquam conjectu- ralis obiectiuè. Conjecturalis subiectiuè est, quād subiectum cognoscens naturam voluntatis v. g. taliumque, vel talium dis- positionum coniçit per cogni- tionem ex parte sui non omnino certam, quād voluntate posita talibus dispositionibus affecta, sequeretur talis euentus præ op- posito, v. g. cōfessus præ dissen- su. Cognitionem in hoc sensu conjecturalē, non credo Theo- logos aliquos adscripsisse Deo. Quis enim credit in alicuius mentem venisse, Deo compete- re cognitionem de se incertam, & fallibilem, qua possit Deus fal- li? Cognitio conjecturalis obie- ctiuè est, quando Deus certissi- mè, & cum omnimoda infalli- bilitate cognoscit ea parte obie- cti probabilitatem, & quandoq; moralem certitudinem, quæ in eo est, ut ex voluntate sic, vel sic affecta, talis euentus præ oppo- sito sequatur. Hinc, infallibilis cognitio duplex est. Alia, quæ ex parte obiecti hanc solum proba-

bilitatem; vel, si placet, moralem certitudinem affirmet. Alia ve- 10, quæ affirmet ipsum euētum consentiendi, potius, quam dis- sentiendi, fore in se ipso, si vo- luntas talibus, vel talibus condi- tionibus afficiatur, de se physicè, ac metaphysicè indifferentibus ad cōsensum, & dissensum. Diffi- cultas ergo est, an Deus habeat hanc posteriorem notitiam pe- nitus infallibilem de ipso effe- ctu, & non solum priorem infal- libilem de probabilitate; vel mo- rali certitudine effectus?

5. Noto quintò. Propositio conditionalis triplex est. Illatiua, causalis, & coniunctua. Il- latiua est vbi ex conditione per bonam consequentiam infertur conditionatum. V. g. Si Sol lu- ceret, dies esset: quia benè valet; Sol lucet: ergo dies est. Causalis est vbi conditio est causa conditio- nati. v. g. Si paſſo benè dispo- sito applicetur ignis, comburet. Co- iunctua est, vbi de conditione affirmatur fore, vt casu, quo exi- steret, coniungeretur cum condi- tionato, v. g. Si existeret con- uersio Iude, coexisteret cum auxi- lio A. ex quo procedit. Vbi de conuersione Iude (quæ aequa- causa est talis auxiliij, neque per bonam consequentiam ipsum infert) affirmatur fore vt casu, quo existeret, coniungeretur cum auxilio A. Porrò, condi- tionalis coniunctua duplex est. Im- pertinens alia, quæ dicitur etiam dif-

disparata. Pertinens alia. Hæc est, quæ conditionem attingit, cuius existentia est utilis ad existentiam conditionati. v. g. si Petrus ardenti, susunque vocatione vocatur a Deo, convertetur. Impertinens est, vbi ponitur conditione inutilis ad existentiam conditionati. v. g. Si Gallus cantat, Turca conueretur. Agimus nunc de conditionalibus pertinentibus, acturi in seqq. de impertinentibus.

6 Noto utimò. Conditionales coniunctiæ pertinentes non semper sumuntur in sensu illatio; sed quandoque coniunctio: Sic possunt accipi in sensu denotante, non quicquid in unum interfiri ex alio; sed ponendum esse unam, si ponatur aliud, aliquando concucens ad illicet, ut exempli D. Aug. & D. Thom. dicebam disput. præced. tradi- deruntque iam diu Thomistæ, Sotus lib. 3. tumul. capit. 3. lect. 2. Bañez lib. 3. tumul. tract. & capit. 2. Tum, quia quicquid prudenter frequentissime libi persuadent esse vera huiusmodi enuntiabilia: si ab optimo Deo, cui per longam vitam totis viribus seruire conatus sum, tale beneficium petam, impetrabo illud. Si ergo Rege mihi benevolio, grataque animi, quem multis obsequijs mihi devinxii, talem honorem petam, obtinebo. At licet prudentes hæc enuntiabilia vera iudicent, simili tamen

vident non esse necessariam connexionem inter conditionem, & conditionatum: ergo ad has veritatem talis connexio non requiritur. Tum quia sicut proprie- ties absolutæ praedictiis conditionalibus respondent, eo præcisè sunt verae, quod existant absolute praedictæ petitiones, & rem petitam obtineant seclusa connexione necessaria inter petitionem, & tem petitam, ita similiter illæ conditionales veræ erunt, eo præcisè, quod casu, quo existent tales petitiones beneficiū petitum impetrarent, quamvis inter petitionem, & beneficium connexio necessaria non detur. Tota igitur cōtreuersia præstans est, an Deus prædicta contingencia conditionata, de conditione pertinente cognoscatur per infallibilem notitiam, non solum probabilitatis, vel moralis certitudinis fundata in natura conditionis, sed etiam existētiæ ipsius eventus sub hypothesi talis conditionis, metaphysicè, physicèq; indifferentis ad eum eventum, & ad oppositum.

7 Prima sententia est, Deum circa eiusmodi conditionata- lūm cognoscere infallibiliter, quam in partem conditionis inclinet, & quid ex ipsius natura verosimilius sit. Hæc fuit omnium Thomistarum sententia, si credimus Ledesmæ Dominicanæ disp. 2. de scientia conditionata, pag. 580. linea 20. quam sen-

ten-

tentiam pag. 190. post lineā 26. certissimam vocat, & oppositam non sibi probabilem, putatque non posse, ad omnia futura conditionata, decretā conditionata admitti. Eldem sententiæ atque iudicis omnes Thomistas tentantur Gonzalez 1. p. disput. 64. sect. 2. vers. Prima sententia Carmelit. Discal. tract. de scientia, disput. 9. dub. 2. §. 1. num. 9. Machin disp. 33. lect. 1. §. 1a hac re. Eamdem opinionem, ut probabilem defendunt Curiel lib. 1. controveriarum, controv. 7. artic. 1. num. 37. Cornejo ad quæst. 14. 1. p. artic. 13. disp. 3. dub. 2. Kurios Alphonitus de Mendoza in Quodlibetis quæst. 7. Scholastica dicit illius temporis Theologis (quos nō temere coniuges fuisse Thomistas) tribuit sententiam, quod Deus ea conditio- nata certò nō cognoscat, quam ipso Mendoza referente, resiliens, & excandescens vehementer execratus, & auerbiatus est Ioannes de Guenara doctissimus inter Salmantinos Vesperarius Magister ex illustrissima D. Augustini familia. Fraciscus Zumel tom. 2. variar. disp. in 1. p. dub. 5 refert Theologos (quos bonis notis ab ipso expressis facile comperies esse Thomistas) asserentes scientiam talium futu- rorum solūn esse conjecturalē cognitionem; obiectuē quidē nō subiectuē, nempe certo cog-

not centem tale, vel tale obiectū cōjecturabile esse ex tali, vel tali conditione.

8. Videantur Paulus Leonardi de Scientia media 1. p. sect. 4. P. Annato disp. 3. cap. 1. vbi contra Ioannem a S. Th. de Scientia disp. 20. art. 1. nimis acidè ferre tem eam sententia n (quam ipse horribilem pura) tribui Thomistis, verborum remittata non minori vi rationum, quam verborum modetia retundunt. Igauanè mihi eligere n, ingen. è potius fateri per quos profecrim, quam infeliciter negare. Videatur Pennotus lib. 3. propugnaculi cap. 26 num. 2. Relata in tentientiam vocant non scitis tutam Zumelin præsenti disp. 8. concl. 1. Thomas Pius disp. 3. num. 5. Rursus eam vocat periculosa in fide Montepil. tom. 2. 1. p. dis- put. 31. art. 1. num. 8. Cum tam ē num. 4. & num. 9. affirmet eam esse opinionem omnium Thomistarum, quoruū opiniones centuris carpere, nec sicut, nec placet, quaequid ex aforuniversis referamus. Hanc ipsam tentientiam denuo sequitur quidā Anonymus de origine reieetus à P. Annato supra disp. 2. & à P. Martino dis- 6. de scientia sect. 10. ac deinceps. Tandem hanc sententiā suile Caluini, no im merito dixit Terdnā- dus de la Bastida in Cōgregatio- nibus Romæ habitis. Nā, vt refert Stapleton. in antidot. ad E. uageliū Matt. ita sensit Caluin.

9 Secunda sententia est, Deū certò, & infallibiliter cognoscere contingentia conditionata, non solum quoad verisimilitudinem fundatam in natura conditionis indifferentis ad opposita, sed quoad ipsum euentum, qui ceniungeretur re ipsa cum eadem conditione, si talis conditio daretur. Ita præter Anonim. cit. orationes nunc scribentes, tam ex Dominicana Familia, quam ex nostra Societate, cuius diligentia palam esse positam hanc scientiam in Sacrae Scripturæ, Sanctorumque PP. recessibus latenter, nullius inuidia negauerit, qui rei scholasticæ progressus sincerè, & accurate perscrutetur, ut cernere est apud Leonard. supra. Dissidium tamen inter Authores est. Quia nonnulli ex Dominicanis putant, non cognoscere Deum certo, & infallibiliter contingentia conditionata cuiusque combinationis possibilis, quod in dubio relinquit Ioan. à S. Th. disput. 20. artic. 2. fine. Dominicani tamen ingeniosiores compositionem defendunt cum omni schola Societatis, loquendo de conditionatis contingentibus, que important conditionem indifferentem ad opposita, conduceant tamen ad euentum, qui existeret, si talis conditio daretur.

CAPVT II.

Proponitur nostra sententia, probationsque ab authoritate perstringuntur.

10 **N**ostra sententia duas continet partes. Prima est, Deum certò & infallibiliter cognoscere contingentia conditionata, non solum quoad inclinationem conditionis, sed etiam quoad euentū. Secunda est, hoc modo cognoscere omnia contingentia conditionata cuiuslibet combinationis possibilis. Præter relata num. 8. priorem partem adeò certam putat illustrissimus Mascareñas, ut oppositari vocet contra apertam intelligentiam diuinarum litterarum, bene perspectam doctrinam PP. & satis consideratum diuinæ prudenterie ordinem. Pellantius approbat censuram P. Molina centensis illam periculofam in fide. Probationes ab authoritate prei nemus breuiter. Tum, quia nullus iam Theologus est, qui nobis, quoad præcipuam partē conclusionis resistat, excepto Anonimo nihil afferente, quod iam dudum non sit à nostris preoccupatum. Tum quia PP. Suar. Ruiz, Fasolus, & calij, tam exacte testimonia sacra perpendunt, ut tatus sit Lectorem ad illos remittere, quam eorum ponderationes laboriosè transcribere.

Tan.

Tandem, quia tract. de cōcord.
multa dabimus, quæ præsentis in-
stituto facile poterūt aptari. Ta-
men, ut nostri discipuli præ ma-
nibus habeant, quæ sufficiant.

11. Probatur primo. Quia
Deus certò leit, quæ testatur, ne
vel mentiatur, vel sua testi-
monia falsitatē exponat; sed te-
statur sēpē contingentia condi-
tionata: ergo certo sevit. Minor
probatur ex sacra pagina. Tum
quia. 1. Regum 23. cum Dauid
percussisset Philisteos in Zeila ci-
uitate Iudeæ, resciuit Saulem
velle ipsum adoriri, ijsque verbis
Dominum consuluit verl. 10.
Domine Deus Israel audiuit famā
seruus tuus, quod disponat Saul ve-
nire in Zeilam, ut euertat urbem
propter me, si tradent me viri Zei-
la in manus eius? Etsi descendet
Saul, sicut audiuit seruus tuus?
Respōdit autem Dominus: Des-
cendet, tradent. Ecce duas veri-
tates, quas Deus testatur, quod
Saul descenderet, & quod Zeili-
tae traderent Dauid: quæ verita-
tes sunt contingentes, quia po-
tuit oppositum verificari, & cō-
ditionatae, quia fugiente Dauid,
neque traditio, neque descensus
eueneret, sicut euensis, si ma-
neret in Zeila. Tum quia dicitur
Sapientia 4. 11. Raptus est ne ma-
litia mutaret intellectum eius.
Vbi Deus è viuis eripuit iustum,
quia cognovit mutationem, per
quani perderetur, si diutius vi-
ueret. Tum quia Matth. 11. 21.

dicitur. Vē tibi Corozaim, vē
tibi Bethsaïda, quia si in Tyro, &
Sidone factæ essent virtutes, quæ
factæ sunt in vobis olim in cilicio,
& cinere pœnitentiam egissent.
Idemque habetur Lucae 10. 13.
in quibus testimonij non reue-
lari cirkunstantiarum inclinatio-
nes ad euētus; sed ipsos euētus;
videri potest apud P. Ruiz in eru-
ditiissimis disputationib⁹ 62. 63.
& seqq. de scientia, vbi, & om-
nes solutiones excogitabiles ef-
ficaciter impugnantur. Videan-
tur itidem P. Martinon, & P An-
nato cōtra Anonium locis su-
prā citatis.

12. Et quidē testimonia scrip-
turæ iuxta communem sensum
sanctorum PP. interpretanda es-
se statuit prudenter Tridēt.
sess. 4. decreto 4. Sensum autem
à nobis Intentum communem
esse apud PP. & Interpretates, pa-
tet 1. ex Hieronimo in expōne-
dis sacrī scripturī Doctore ma-
ximo tom. 3. in traditione Hæ-
braica circa lib. 1. Reg. cap. 23.
col. penul. His verbis: Ait Do-
minus; descendet, ac si dicere et, si
hic stereris descendet, & quod ait,
si tradent me viri Zeile, & Domi-
nus ait, tradent, iste est sensus, si
descenderit Saul, & hic te inuenie-
rit, tradent. 2. ex Theodoreto
quæst. 54. ad medium, Tertio
ex Beda Carthusiano, Angelo-
mo, quibus adh̄rent Interpretates
Lyra, Abulensi, Caieran. &
Emanuel Sa, apud P. Fasol. ar-
tic.

tic. 13. dub. 13. à num. 222. Quar
to, ex traditionibus Habraicis,
& exemplaribus Græcis apud P.
Ruiz disp. 63. sect. 2. num. 13. &
14. ¶ Quinto, ex celebri testi
monio Aug. de dono perseuerā
tiae cap. 90. Numquid possumus
dicere etiam Tyrios, & Sidonios a
pud se virtutibus factis credere no
nuisse, aut credituros non fuisse, si
fierent? Cum & ipse Dominus atte
stetur, quod acturi essent magna hu
militatis pœnitentiam, si in eis fa
cta essent diuinarum signa virtu
tum. Si autem Deus solum te
staretur probabilitatem pœni
tentiae, quæ conditionatè fieret,
possemus hanc negare. Vide Au
gust. paulo post agentem contra
Semipelagg. Item in Enchiridio
cap. 93. Prosper ad excerpta Ge
nuenit. responsione 8. post me
dium: ad capita Gallorum sent.
10. Origen. Chrysost. Tertulian.
Theophilact. Remig. Anselm.
Beda S. Th. Albert. Mag. S. Bo
nau. Hugon. Card. Abul. Dionis.
Carthui. & ex RR. Salmeron,
Maldonat. Tolet. Barrad. supra,
& alios, quos accumulant Fastol
art. 13. dub. 13. punc. 2. à num.
2. 8. P. Ruiz disp. 62. sect. 2. ad
dens num. 4. fine, receptam esse
hanc interpretationem ab om
nibus scholasticis cum Mag.

13. Sexto, ex non minus ce
lebri Augustini loco de corrept.
& gratia capit. 8, prope finem
ad illuc sapientiae. Raptus est, &c.
his verbis: Respondeant, si possunt,

cur illos Deus cùm fideliter, &
piè uiucent, non tunc de vita hu
ius periculis ratuit, ne malitia
mutaret intellectum eorum, & ne
fictio deciperet animas eorum. Vi
trum hoc in potestate non habuit,
an eorum mala futura nesciuit,
nempe nihil horum nisi peruersif
simè, & insanissimè dicitur. Vi
de ipsum lib. de grat. & lib. arb.
capit. 23. lib. 1. de peccatorum
meritis, & remissione capit. 1.
ad finem de dono perseuerantiae
cap. 13. in prin. Epist. 105. col.
penult. & 107. post med. iapè
que alibi. Ex quibus facillimè de
prehenses violentias in aesi, quæ
adducunt Curiel lib. 1. controu.
7. art. 3. num. 60. Aluar. disp. 7.
de auxil. num. 24. Ledesm. dis
put. 2. de scientia futurorum
contingent. pag. 608. verl. Ad
terrium testimonij. Vide P. Ruiz
disp. 62. sect. 8. & quidem post
quam interpretationem de con
iecturis innixis in circumstantijs
ex Caluino retulit Stapletonius
supra, addit, hanc interpreta
tionem esse apertissimā verbi Do
mini corruptelam. ¶ Confirmantur
efficaciter superiora.
Nam quia Deus verbis, ex com
muni modo loquendi significā
tibus contingentia absoluta, illa
reuelat certum omnibus catho
licis ex scriptura est, Deum cer
tò cognoscere contingentia ab
soluta: ergo propter eamđe ra
tionem, certū ex scriptura debet
esse, Deū cognoscere cōtingētia
con-

conditionata: si enim, quia non inuenis modū certe cognoscēdī conditionata, tibi licet scripturā ad improprios sensus detorque-re; certè alijs non percipiētibus, quomodo sine lactura libertatis cognoscat Deus futura libera ab-soluta, fas erit scripturas impro-priè interpretari, quare utrobi-que tota causa ex rationibus na-turalibus, non habita sacre scrip-turæ ratione decidenda foret.

14. Secundò probatur nostra sententia ex alijs testimonij PP. excitantiam questiones, ubi ma-nifestè scientia, de qua cōtendimus supponitur in Deo. Nā pri-mò disputerūt cum Manichæis, & Marcionistis, cur Deus ratio-nales creaturas condiderit, quas peccaturas præsciuit, & hāc sci-entiam supponētes, qua negata ca-derebat quæstio, ad alias rationes confugiunt. Videātur Aug. Ter-tul. Hieron. Greg. Nyſen. Cyril. Alex. Theodoret. Chrysost. Da-masc. Anſel. Moyses Barcepha. Isidor. Ambros. Greg. Hugo Vi-torin. apud Ruiz supra. Fauent secūdo: Nam eatenus à Deo ex-cludunt pœnitentiā de creatio-ne creaturarū, quæ suis se pecca-tis perdidérunt, quatenus Deus ante quā creare decerneret, præ-sciebat, quid esset futurū, si crea-ret. Videātur apud eundē Ruiz, Theodor. Damaf. Aug. Proclus, & Moys. Barcepha. ¶ Quærunt terciò, cur Deus homini liberta-tem cōcesserit, qua per peccatū-

abusurū esse præsciebar. Quarto, cur imposuit præceptam, quod transgrediendū præuidit? Quinto, cur permisit tentari, quem superandū prænotuit? Sexto, cur Adamū in paradiſo collocauit, aut ab illo nō ciecit ante pecca-tum, siquidē peccaturū esse præ-sensit? Septimò, cur dedit illi cō-fortiū Euæ, quā vidiſ fore occa-sionem peccandi? Octauò, cur elegit Iudā in Apostolatū, quem vidiſ proditorē fore? Nonō, cur Saulem in Regem, quem iniipiū fore prænouit? Decimò, cur le-venit ad Iudeos, tantis signis pa-tratis apud ipsos, quos incedu-los fore præsciuit? Undecimò, ideo alijs occasiones prouocātes et peccatum nō præcidere, alijs vero subtrahere, quia viatores illi-hos verò vincēdos agnouit. Omnipotens illis questionib⁹ propo-sitīs resp. PP. apud Ruiz, nō qui-dē negata scientia inconiudi; sed exp̄liscōmodis pr̄pōderatib⁹.

15. Iam verò præscientiā, quæ in his questionib⁹ PP. supponūt, non esse absolūtā, sed cōditiona-tam manifestum fecerunt nostri DD. hoc syllogismo PP. loquun-tur de scientia peccati hominū, & Angelorum, quæ potuit retrahere Dēum à decreto creādi; sed hāc scientia nō est scientia ablo-luta peccati, sed cōditionata; ergo de hac, nō de illa loquebātur. Minor patet, quia si sermo est de scientia, quæ nō potuit Dēū re-sardare à decreto creādi, ridiculam

lū esset quærerē, cur per illā scīētiā retardatus nō fuerit, & vbi est ratio tam manifesta, quām fēr illam sciētiā non posse retrahi mirum, esset ad alias anxie configere de p̄p̄onderantia commodorum ad incommoda. Minor etiam patet; quia sciētia peccati absolute futuri horum, & Angelorum non potest componi cum eo, quōd illi non peccent, ac proinde neque cum eo, quod non creentur, & non decernantur creari. At scientia potens retrahere Deum, quoniam creare decernat cōponi potest cum eo, quod non decernat creare: ergo ea scientia non est scientia absolute peccati; sed cōditionata hāc: Peccabunt, si creētur, quae potest arcere à decreto creanci. Videantur Annatus, & Martinus supra ref. tantes Anōnum. ¶ Confirmatur cum nostris optimè notantibus, impertinentem esse actionem gratiarum, quod Deus ē vita rāpuerit, nē malitia mutaret intellectum; si Deus non agiuouit per malitiam mutandum, si vita duraret. Frāstraneas preces, vt vitā, & dignitatem auerrat, quas nobis esse nocituras p̄scit, inutiles consultationes de eventibus futuris sub conditione status, in cuius electio em propendēmus: Fucatam humilitatem qua Deo soli talium eventuum sciētiā tribuimus, & nobis ignorantiam per hāc verba: Nescio,

Deus scit; quæ omnia, pluraque alia proclamant sapientium, & insipientium mentibus insitum esse naturæ ductu, Deum esse p̄dītum infallibili scientiāta, lium eventuum.

CAPVT III.

Oppositiones ex Patribus contra nostram sententiam.

16 O Missis leuioribus: obijcitur primo Aug. de p̄dest. SS. cap. 14 propius ad initium, quām ad medium, vbi locum illum Sap. Raptus est, &c. nō vult intelligi secundūm p̄scientiam peccatorum, quae forrent, si iauenis ille diuitius viueret; sed secundūm pericula huius vitæ. Hāc (ait) est tota causa, cur dictum est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Dictum est enim, secundūm pericula vitæ huius, non secundūm p̄scientiam Dei, qui hoc p̄sciuit, quod futurū erat, non quod futurū non erat, idest, quod ei mortem immaturam fuerat largitus, vt tentationum subtraheretur incerto, non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset. Confirmatur primò, ex Prosp. Regiensi in Epist. ad Aug, quæ extat rom. 7. operum D. Aug. ante lib. de p̄dest. SS. Vbi agens cōtra Seni felag. reiicit p̄scientiam meritorum conditionalium his verbis: In tantum quivuscumque commentatis

rijs meritis electionem Dei subi-
ciunt, ut quia præterita, que non
extant, futura, que non sunt fi-
tura configant, nouoque apud il-
los absurditatis genere, & non
agenda prescrita sint, & prescrita
non acta sint. Secundo ex Damas-
ceno, qui dialogo ad Manicheos
præscientiam futurorum, quæ
non sunt absolute futura, cen-
sēt imposturam. Quonam autem
modo (ait) prescrire queat, quod
futurum non est, nam si aliquem
peccaturum presciuisse, nec tamen
condidisset, præscientia hec non
esset, sed impostura: quemadmo-
dum enim cognitio est earum re-
rum, quæ sunt; sic prænotio earum
est, quæ certo futurasunt.

17. Curtius Carmel. disp. 9.
de scientia num. 38. & disp. 10.
num. 31. post Nazarium hic ar-
tic. 13. controu. 1. §. Secundo
aduertendum est. & §. Præterea.
Alioarez lib. 2. de auxilijs disp. 7.
conclut. 2. Albel. 1. p. disp. 45.
num. 11. Thomistaque alios,
respondet Augustinum, & alios
PP. citatos non negare in præ-
senti notitiam infallibilem con-
ditionatorum; sed negare illam
in signo antecedente decretum
actu le Dei, quod est denegare
scientiam, quam vocamus Me-
diæ. Cum enim futura contin-
gentia conditionata futuritio-
nem accipient, ut ipsi volunt, ex
vi decreti actualiter existentis in
Deo, nequeunt à Deo cognosci,
vt futura, antecedenter ad hoc

decretum. Quamobrem prædi-
ci PP. minimè negabant hanc
scientiam existere; sed pro eo
signo existere, quo illam consti-
tuebant Semipelagiani, nimirū
pro signo anteriori ad decretum
actualiter exercitum. Sed hanc
solutionem ipsi Thomistæ defen-
sunt, communè nostrorum so-
lutionem amplectentes, vt con-
stat ex Ioanne à S. Tho. 1. p. disp.
20. art. 2. ad 1. Deinde Theodo-
rus Smising. supra citat. disp. 2.
num. 137. fatetur ingenuè nihil
in his locis contra scientiam me-
diæ haberi. Sed, vt nunc omnium
quam scientiam conditio-
natorum defenderint Semipe-
lagiani, an scientiæ obiecti quod
DD. Societatis assignant; an ob-
iecti longe diuersi? An innixam
decretis actualiter exercitis in
Deo; an independentem ab
illis? De hoc enim instituto luci
publicæ committentur doctissimi,
& amantissimi Recentio-
ri: scripta, quæ Theologiae schol-
asticae præclaros, ac suauissi-
mos fructus afferent, vbi cum
maxima probabilitate defende-
tur, tum scientiam conditionato-
rum à Semipelagianis de-
fensam longissimè diffiri ex
objecto à scientia, quam defen-
dimus; tum etiam opportunio-
rem ipsis esse decretis innixam,
quam ab eis independentem.
Hoc, inquam, relido, vt politio-
ni calamo exaretur.

18 Subtilissimus P. Anna-
Cc to

to disput. 3. de scientia media à
num. 25. multis efficaciter re-
iject solutionem traditam. Sed
quia pauca mihi videntur néces-
saria, feligam vnum, vel alterū.
Nam primò. Vbicunque agit
August. de futuris his, quæ defe-
ctu cōditionis manent pure cō-
ditionata, ita negat esse futura,
vt simul affirmet esse nō futura.
At pro signo rationis antecedē-
te determinationem diuinæ vo-
luntatis, sicut nequit iuxta Tho-
mistas affirmari, quod futura
sint; ita nequit affirmari, quod
sint nō futura. Nam iuxta ip-
sos, sicut futuritionem habent
ex determinatione diuinæ volū-
tatis futuritionem tribuentis:
ita futuritione carent ex deter-
minatione diuinæ voluntatis
futuritionem negantis: ergo
non loquitur August. pro sig-
no rationis prævio ad determi-
nationē diuinæ voluntatis. Con-
sequentia patet, & minor est
aduersariorum. Maior non po-
test esse difficilis homini versa-
to in scriptis de August. Legan-
tur illa verba lib. 2. cap. 7. cen-
tra duas Epist. Pelagg. Quomodo
præsciuit ea futura, quæ illis in
infantia morituris, quia præscien-
tia eius falli non potest, præsciuit
potius non futura. Vbi ne maneaz
aduersario tergiuersandi locus,
expendatur non solum, negati-
ue, aut præcisiue, vt aiunt, non
tribuere Agustinum futuritio-
nem eis operibus; sed tribuere

non futuritionem, quæ præsci-
tur, quod ante determinationē
diuinæ voluntatis impossibile
ducunt aduersarij.

19 Secundo. Nam August.
non negat prædictis & peribus fu-
turitionem conditionatam; sed
solum negat futuritionem abso-
lutam, quia nō ponit cōditio-
nem. Sed hoc ultimum partiure nega-
tur, siue futuritio conditionata
sit ex decreto; siue sit indepen-
dens ab illo. Non ergo pertineret
ad locum August. futuritionē
conditionatam esse, vel non esse
ex decreto. Maior, in qua est dif-
ficultas constat. Nam in loco ex:
August. adducto cernere est ideo-
iuxta August. non præuideri, vt
futura peccata illius iuuenis im-
mature rapti, quia nō erat in tē-
tatione mensurus, siquidem ante
tentationem fuit raptus; &
contrā ideo Deum præsciuisse,
vt futuram ill. ds n. ortem, quia
mortem ei Deus fuerat largitu-
rus: ergo August. cōcedit, & ne-
gat præscientiā, prout ebiedūm
est, vel nō est absolute futurū, &
consequēter prædictis operibus
non conditionatā, sed absolutā
futuritionē negat. Tādem idem
constat manifestè ex testimoniō
citato Damasceni expressè asse-
rentis præscientiā illam forē im-
posturam, si Deus illam haberet;
& tamen hominem non conde-
ret. At præscientia cōditionata,
siue decreto innixa; siue ab eodē
independens, cōponibilis est ci-
tra

tra omne significatum, cum non creatione hominis; ergo præscientia, quæ negatur tanquam impositionis conficta, non conditohomine, qui peccatus præscitur, est præscientia absoluta; nō vero conditionata, siue ante; siue post decretum illam ponas.

20. Iam ergo ad August. respondeo, aliud affirmare, & aliud negare. Affirmat, iustus in illo rapi, ut a peccandi periculis, & temptationum concusione liberetur, quarum victoria dubia est, inspecta fragilitate humana. Negat, intelligendum esse dictum illud. *Raptus est &c.* de præscientia absoluta lapsus futuri in ætate adulta, redditque rationem. *Non quod peccatus esset, qui maturus in temptatione non esset:* ac si diceret, nō præsciri absolute futurum lapsum, in ætate adulta, ubi tentatio occurret, illius, qui ad eam ætatem non perveniet. Ex qua solutione tantū fieri, in hoc loco August. neque concessisse, neque negasse scientiam conditionataim. Respondeo secundo. Agnouit Augustinus alios infantes, si diutius viuerent perseveraturos in gratia; & alios non; omnes tamen exponendos temptationum istibus. Ait ergo loquendo de omnibus, qui rapiuntur, ideo rapi, ut temptationibus non quatiantur, quarum victoria, inspecta fragilitate humana, satis incerta est.

21. Respondeo tertio, con-

cedere Aug. raptum esse secundum pericula huius vite, non secundum præscientiam lapsus conditionatæ futuri, prout ponebatur à Semipelagianis, neimpè potens mouere ad supplicium iuste, quia secundum August. iniquè puniuntur homines propter pecata, quæ non faciunt, sed facerent, si viuerent. Hinc ad Propr. respondere, iure dixisse fiducia merita conditionata, Semipelagiana, & uniuscuiuscommoditiam præscientiam Semipelagianam ipsorum, quia illa essent, & non essent merita. Hæc esset, & non esset præscientia aetiam absolute existentiæ in aliqua duratione. Essent merita, ut ponunt Semipelagiani; non essent, quia secundum Catholicam doctrinam non meremur nisi actibus aliquando existentibus. Item præscientia Semipelagiana esset præscientia a meritorum, ut ipsis supponunt. Non esset, quia non terminatur ad actus aliquando existentes. Ad Damascenum respondeo, fiduciam esse præscientiam rei, quæ nunquam erit, si strictissime loqui velimus. Ratio Damasceni optima est. Nam, ut notio experimentalis est euidens cognitio rei cum ipsa notione coexistentis; ita præscientia futuri est rei post ipsam præscientiam existentis, cuiusmodi res non est, quæ nunquam existet. Ceterum scientia futurorum condi-

tionalium potest non adeo strictè præscientia dici ; quatenus est rei , quæ post hanc scientiam esset , si poneretur conditio. Vide Læsiū in Apol. capit. 20. num. 5. Fassol. hic dubit. 13. num. 245.

CAPVT IV.

Rationes pro nostra sententia.

22. **P** Reter attactas num. 15.

Probatur primo. Deus independenter à decreto creandi Angelū cognoscit ; an si creetur peccatus sit , necne ergo cognoscit futurum conditionatum , cuiusmodi est , tum peccatum , si creetur ; tum etiam nō peccatum , si creetur. Antecedens probatur. Nam ad perfectissimam Dei prouidentiam pertinet cognoscere independenter à decreto operis ea omnia , quæ possent Deum allicere , ac retrahere. Patet autem posse allicere ad decernendum Angelū non esse peccatum si creetur ; retrahere vero peccatum esse , si creetur. Pro excludenda solutione , quæ posset excogitari , vrgetur argumentum. Distincta sunt hæc : Peccabit Angelus , si ipsum creauero , & prædeterminauero ad materiale peccati. Item : Peccabit si creauero. Nam primum est necessarium , cuius oppositum nequit accidere ; secundum . Primam componi potest cum

creatione Angeli à peccato disuita ; secus secundum. Vnde hoc secundū , magis , quam primum de se retrahit à creatione. Cum igitur ad perfectissimam prouidentiam spectet cognoscere independenter ab operis decreto , quod à decreto retrahere potest ; potiorique ratione retrahat secundum futurum contingens conditionatum ; quam primum necessarium , illius potius , quam huius cognitio ad prouidentiam pertinebit.

23. Secundò. Indignum est Deo cognoscere , quantum beneficium contulerit non aliter , quam beneficio iam facto , & veluti post experimentum prouensus , & non cognoscere independenter ab hoc ad quantum beneficium conferendum se determinat , si dare decernit : ergo Deus independenter à beneficio iam decreto cognoscit quantitatem illius : ergo independenter à decreto creandi Angelū , cognoscit bene operaturum , si creetur , & ita feliciter res disponendas , vt sit ad beatitudinem perducendus , quippe negari non potest ex eis eventibus conditionatis beneficium creationis ingens incrementum suscipere. Tertiò. Nam homo secum cogitans de statu religioso amplectendo , vel rei ciendo potest Deum ita confidere . Domine si statum religiosum elegero ; bonum ne exitum habebit electio mea ? Si Deus respondeat affir-

affirmatiū, cognoscit hunc eveniūtum conditionatum. Si detur hec electio, habebit bonum exitum, ne alioquin nesciat, quod dicit, & propter eandem rationem si respondeat negatiū, necesse est habeat hanc notitiā conditionatam. Non habebit bonum exitum hec electio, si detur.

Vel ergo Deus habet notitiās de conditionatis contingentibus, vel nihil habet, quod respondeat prēter nescio, quod contra clarissimum rationis lumen militat, non patiens eam ignorantia adscribi summę perspicacitati Dei.

24 Quartò, Deus permittit peccata hominum, v.g. volitionem furandi, vt catholicè negari non potest. At ea permissio importat esentialiter notitiā eveniūtus contingentis conditionati: ergo Deus habet talem notitiā. Minor probatur. Nam eatenus Deus permittit volitionē furandi, quatenus denegataliquod auxiliū ad evitandā eam volitionem prauam, videns ipsam fore, si denegetur tale auxiliū: vel ergo talis denegatio est de se medium esentialiter determinatū ad volitionem prauā furādi, vel indifferens ad illam, & parentiā ipsius? Si primum, ea denegatio erit contra puram permissionē peccati, vt constat clarè ex tract. de praeđst. disp. 11. Non enim purè permittit peccatum, qui conatū adhibet adeò vehemen-tem ad peccarum, vt de se sit in-

compatibilis cum parentia pec- cati. Si secundū: ergo præni- sio peccati sub conditione talis denegationis est præuidere pec- catum fore, si ponatur talis con- ditio indifferens ad peccatum, & eius parentiam. Tale autem fore est fore contingens condi- tionatum, vt patet.

25 Tandem, vt rationem à priori conficiam. Noto primò. Deum nulla veritas latere potest nisi ex parte obiecti sit impedimentum: hoc est, nisi sit impe- dimentum, vt obiectum cog- noscatur per actum verū. Nam, vt in simili disput. 13. capit. 4. Deus est ex infinitate sui acumi- nis plenissimè sufficiens, ac de- terminatus, vt per cognitionem veram obiectum intelligat, si nō sit in rebus impedimentum, vt obiectum intelligatur cognitio- ne vera, sicut ex sua infinita im- mensitate, & aeternitate plenissimè sufficiens, ac determinatus est, vt quemlibet locum, actem pus penetratiū attingat, si de- fectu existentia, loci, & tem- poris non impediatur. Noto se- cundò ex dictis disput. 16 cap. 3. Deum semper, & ab aeterno ići- re, quamlibet veritatem, quam aliquando cognoscit. Hęc enim pertinet, vt ibi dicebam, ad ex- cellentiam aeternitatis, & immu- tabilitatis ciuinæ.

26 Iam sic arguo. Dersem- per, & ab aeterno scit verita- tem, quam semel cognoscit. At

cognoscit aliquando veritatem aliquam cuiuslibet binarij contradictoriarum conditionalium: ergo semper cognovit eam veritatem. Minor probatur. Sunt his contradictorijs (idem iudicium esto de reliquis) conuerteretur Petrus in hoc instanti, si vocetur in illo vocatione A. Non conuerteretur in hoc instanti: et si vocetur in illo vocatione A. Vel quidpiam in rebus impedit veritatem affirmatiæ, vel nihil? Si nihil; Deus cognoscet eam veritatem, saltem aliquando; si aliquid impedit eam veritatem: Arguo sic. Tale impedimentum non est non conuerteret Petrum in hoc instanti A. neque in illo non vocari, quippe totum hoc cum eo stat, quod in eo instanti conuerteretur, si vocaretur in illo: ergo tale impedimentum est, quod non conuerteret Petrus in eo instanti, et si vocaretur in illo vocatione A. quia donec ita sit, nihil reperiatur pugnans cum ea veritate conditionali affirmativa. At, quod Petrus non conuerteretur in eo instanti, et si vocaretur in illo vocatione A. est veram esse negatiuam conditionalem: ergo Deus illam cognoscet, saltem aliquando. Ergo saltem aliquando cognoscet veritatem aliquam cuiuslibet binarij contradictoriarum conditionalium. Quomodo autem haec disiunctionia? Vel Pe-

trus conuerteretur, si vocaretur vocatione A. vel non conuerteretur, eti vocaretur ea vocatione? sit necessaria veritas, licet quodlibet extremum disiunctionis sit contingens potest colligi ex dictis disp. 12. cap. 3. à num. 21.

CAPVT. VI.

Obiectiones contra nostram sententiam.

27 **O**bijcies primo. Scientia conditionata multiplicem ex cõceptu suo dicit imperfectionem: ergo non est in Deo. Probatur antecedens, numeratis imperfectionibus illius. Prima est multiplicitas; & compositio conceptuum: componit enim cõditionem cum conditionato. Secunda est, discursus. Nam idem valet: *Si Sol luceret, dies esset, ac: Sol lucet: ergo dies est.* Iam, si non est in Deo notitia discursiva propter plurimalitatem conceptuum: ergo neque conditionalis. Tertia. Simplex apprehensio. Nam hæc notitia: *Si Petrus votetur, conuerteretur, cognoscit vocacionem,* neque affirmando; neque negando ipsius existentiam. Quarta. Abstractio. Nam dato, quod Petrus absolute vocetur, & conuertatur, hæc notitia: *Si Petrus vocatur, conuerteritur* (quæ adhuc existit exi-

ficien-

stante absolute vocatione, & conuersione, iuxta dicta cap. 1.) vocationem, & conuersionem attingit abstrahendo ab existentia absoluta, quam exercent. **Quinta.** Concipere rem aliter ac est. Quia notitia hæc: *Si tale auxilium existeret in Iuda, conuerteretur, attingit tale auxilium, ut in Iuda existens, quod tamen in ipso nunquam extitit, neque existet.* Deinde eadem notitia conuersionem attingit Iudæ, sive ut præsentem, sive ut præteritam, sive virtuturam: ea verò, neque fuit, neque est, neque erit. **Sexta.** Concipere, ut distincta, que indistincta sunt. Nam hæc notitia: *Si existeret in Iuda tale auxilium coexisteret conuersioni ipsius attingit existentiam auxilij ex parte conditionis; & simul attingit eamdem existentiam ex parte conditionati.* At quod attingitur ex parte conditionis; & quod attingitur sub conditione, idest, ex parte conditionati, attinguntur tanquam distincta: ergo ea notitia tangit existentiam talis auxilij, ut distinctam à se ipsa.

28 Probat obiectio, notiam diuinam conditionatam abstergendam esse ab imperfectionibus, quibus nostra similis notitia scatere solet. Non probat Deum non cognoscere veritates conditionatas modo perfectissimo secludente nu-

meratis imperfectiones. quæ sic excludendæ sunt. Primo. Notitia diuina conditionata nō dicit multiplicationem, & compositionem conceptuum formalium. Nam, quæ sunt plura ex parte obiecti cognovit Deus unico simplicissimo intuitu formalis, quare sicut Deus unico simplicissimo intuitu cognoscit absolute, quod se te concomitantar vocatio Pauli, & eius conuersio, ita potest unico simplici intuitu cognoscere, quod se te concomitantur, si vocatio existeret. Secundo, non dicit imperfectionem discursus, quæ stat in eo, quod unus actus causetur ab alio causalitate indicata per particulam Ergo. Nam, ut nuper dixi siæ multiplicatione conceptuum formalium, ac proinde sine causalitate unius ex alio cognoscit Deus veritatem conditionatam, quare non est idem ex parte intellectus diuini: *Si Sol lucet, dies est, ac Sol lucet:* ergo dies est; quia hoc secundum, discursum denotat: primum autem præcisè innuit in Deo simplicissimum intuitum attingentem esse diem, casu quo luceat Sol. Et quidem sicut ex parte obiecti potest alterum esse causa alterius, quin ex parte actu cognitionis unius sit causa cognitionis alterius, ideoque Deus simplicissimo intuitu cognos-

cit alterum esse causam alterius, ita potest alterum obiectū alterum inferre per connexiōnem cum illo, quin ad hoc cognoscendum corresponeat ex parte diuinæ mentis pluralitas conceptum formalium se inferentium.

29. Tertiò. Non dicit imperfectionem simplicis apprehensionis, licet enim huiusmodi notitia, *Si existeret in Iuda talis vocatione conuerteretur*, attingat vocationem per simplicem intelligentiam, ut distinctam à visione; non vero per simplicem apprehensionem, ut distinctam à iudicio. Tametsi enim ea notitia non sit visio vocationis, ut exercitæ, neque de illa vocatione, per talem notitiam iudicet Deus, siue determinatè existentiam; siue determinatè non existentiam, quia neutrum eorum præ altero determinatum est pro signo talis notitiae, iudicatur tamen de illa vocatione quicquid pro illo signo iudicabile de illa est, nempe coniungendam esse cum conuersione Iudæ, dato quod ea vocatione existeret, prædicataque alia indicabilia de ipsa ante declaratum existentia, vel non existentia. Simile videre est in scientia simplicis intelligentiaæ creaturarum possibilium. Vide disput. 8. capit. 2. num. 16. Quartò. Non dicit imperfectionem abstractionis. Quod explicatur:

Ex eo, quod hæc scientia, quamvis persevereret existente absolute vocatione, & conuersione; tamen existit pro signo in quo non adhuc est decreta à Deo existentia absoluta vocationis, ac proinde in signo pro quo non est iudicabile de vocatione, quod absolute existat. Ex quo fit, nullam imperfectionem eius scientiæ esse pro suo signo non iudicare vocationem absolute existere; vt in simili de scientia possibilium dicebam disput. 8. num. 17.

30. Quintò. Non dicit imperfectionem concipiendi rem aliter ac est. Nam ea notitia, *Si existeret in Iuda tale auxilium, existeret eius conuersio*, non ita concipiit auxilium, ut existens, & conuersionem, ut existentem, quasi Deus ad hæc obiecta concipienda speciebus vratetur rerum existentium, ut istarum ad instar ea obiecta concipiat; neque ita concipit ea obiecta, quasi existentia, ut falso affirmet absolute exerciri, ubi satis liquet imperfici, sed præcisè concipit ea obiecta tanquam existentia, quatenus ipsam existentiam, quæ non exercetur clara intelligentia fibi innata cognoscit: quemadmodum (vt rudi Minerua rem declarém) clara intelligentia recordor accidentium mei parentis iam vita functi, quæ iam non exercentur, non tamen illa concipio.

cipio siue instar aliarum rerum, siue affirmando absolutè exerceri. In eo autē modo cognoscendi non reperies imperfectionem. ¶ Denique non dicit imperfectionem cognoscēdi indistincta; vt distincta. Nam licet demus hanc notitiam prout in nobis existentem, *Si existeret talis vocatio, coexisteret tunc uersioni attingere coexistentia cum conuersione per modum effectus ad aquate distincti ab existentia vocationis, & ab hac orti; secus tamen illa notitia, vt in Deo existens, quæ præcisè attingit datum complexum ex existentia vocationis, & existentia conuersionis, data existentia vocationis atque illud complexum concipi tanquam inadæquatè distinctum ab existentia vocationis, & inadæquatè idem cum ipsa, eoque modo se habent hæc obiecta.*

32. Obijcies secundò. Nemo nostrum ita desipit, vt iudicia conditionata simul habeat cum absolutis de eadē re. Nam, quis cernens lucetem Lunam dicat, *Si Luna luceret eam aspicerem.* At Deus habet ab æterno iudicia absoluta de omnibus rebus, & conditionibus possibilibus, v.g. an talis vocatio extitura sit, an non: ergo non habebit simul iudicia conditionata. Sed in primis in eodem momento coniungi posse notitiam conditionatam, & absolutam, videtur

certissimum. Nam potest quis in instanti præsente hanc notitiā habere: *Si ego elicio nunc actum contritionis, iustificor.* Deinde in eodem instanti quasi experiens se elicere actum contritionis, ita dicere: *At elicio actum contritionis, indeque deducere: ergo iustificor.* Hic enim discursus in eodem momento potest fieri, ac proinde in eodem momento coexistunt notitiae, ex quibus conflatur, quarum altera est conditionata; & altera absoluta de eadem re.

33. Respondeo. Cum notitia absoluta alicuius obiecti nō cohaeret notitia conditionata, vt existens pro signo posteriori ad absolutam. Declaratur. Cum absoluta experientia, qua cerno lucemet Lunam non stat, quod in eodem instanti pro posteriori naturæ formem hoc iudicium: *Si Luna luceret, eam cernerem,* hoc enim iudicium est animi nō præoccupati in eodem instanti per cognitionem absolute cernen tem lucere Lunam. Vnde, iudicium conditionatum suapte naturæ est pro signo independēte ab eo, quod intellectus iam sit præoccupatus notitia absoluta. Quapropter, dum non præsupponatur intellectus notitia absolute præuentus, poterit optimè dicere: *Siluceat Luna, ipsam cernam.* Secundo: hæc iudicia conditionata solent indicare dubietatem animi circa existentiam, vel

vel non existentiam conditionis: & hoc modo sumpta componi non possunt cum certitudine absoluta de existentia conditionis (is quo arbitror deceptionis radicem latere) at iudicia conditionata, quæ talem dubitatem non important; sed præcisè habent assertore talem, vel talem conditionem semel datum, non esse diuidendam a tali, vel tali effectu, non est cur nequeant optimè componi cum iudicijs absolutis. Et hæc secunda solutio forsitan est solidior, magisque genuina.

34. Vrgebis. Nullus videns Petrum currere, dicit Petrum currere, vel Paulum currere, proindeque in Deo vidente Petrum currere non est admittenda prædicta notitia disiunctiva; ergo similiter in Deo vidente, Petrum vocari, & conuerti, admittenda non est hæc notitia conditionata: Si vocaretur, conuertetur. Cæterum in hec momento posse colihære ei disiunctivam, & determinatam notitiam de eadem re, patet in eo, qui furans potest in eodem momento formare discursum hunc * vel ego nunc peccato ferando, vel ignorando malitiam furti. Sed hanc non ignoro: ergo peccato * consequens autem est notitia determinata; maior vero notitia disiunctiva. Vnde respondeo similiter, ac respondi præcipuæ obiectioni. Notitia disiunctiva prout com-

muniter concipiatur cum dubio de extremo, quod determinatè datar non cōponitur cum iudicio determinato de tali extremo; bene tamen cōponitur cum notitia determinata, notitia disiunctiva citra tale dubium; nam quotidie facimus has illationes, Petrus currit: ergo aliquis homo currit, Petrus, & Paulus existentes in hoc gymnasio scribunt: ergo aliqui existentes in hoc gymnasio scribunt. Non ergo negari potest cōpositio notitiae determinatae cum notitia circa obiectum disiunctiuè cognitum.

35. Obiectiones tertio. Omne obiectu fuit, est, vel erit, aut neque fuit, nec est, nec erit. Si primum cognoscitur per scientiam visionis. Si secundu per scientiā simplicis intelligentiæ: ergo non est alia scientia præter istas. Confirmatur primo. Futura conditio-
nata, quæ defectu conditionis nunquam existent non sunt futurae, nam futurū aliquando erit: ergo præcisè sunt possibilia, & con-
quēter præcisè terminabūt scientiam possibilium. Confirmatur secundo. Actus liber, qui forter, si daretur vocatio A, vel in ea præ-
cisione, in qua abstrahitur ab existentia exercita, & à negatione existentia exercitæ præcisè est intra statū possibilitatis, vel extra; si præcisè intra, præcisè terminabit scientiam possibilium; si extra, cum sit idem esse extra statū possibilitatis, & absolute exi-

existere , terminabit scientiam
absolutè existentium.

36 Confirmatur tertio. Quia
in rebus ipsis independenter à
nostris considerationibus , præ-
cisè res habent statum possibili-
tatis , & existentia ; non autem
statum aliū quasi medium , ne-
que possibilitatis , neque existen-
tiae exercitæ , sed existentia cō-
ditionata. Cum igitur diuinus
intuitus præcisè feratur ad reales
status obiectorum , præcisè fer-
tur ad statū possibilitatis ; & ex-
istentia exercitæ . ¶ Confirmata
quarto. Præter scientiā sim-
plicis intelligentiæ , & visionis nō
agnoscitur à Theologis alia sci-
entiā pro cognoscendis conditio-
natis necessarijs : ergo neque as-
signanda est pro conditionatis
contingentibus. Denique , nam
secundū admittentes hanc sci-
entiā : *Conuertetur Petrus , si detur*
talis vocatio , talis scientia diuina
est aliquomodo prior hac scien-
tia absoluta , conuertitur Petrus
per talem vocationem. At nullaten-
tus potest esse prior : ergo nō est
admitēda. Minor probatur. Nō
enim prioritate durationis , quia
omnia diuinā sunt eterna , proin-
deque simul duratione , nō prior-
itate nature , & causalitatis , quia
nihil diuinum est causabile. Non
prioritate rationis , & conse-
quentiæ . Non enim valet con-
sequentiæ : *Res à Deo cognos-*citur absolute : ergo prius conditio-**
nate , quia non appetet ubi nita-

tur huius cōsequentiæ rectitudo.
37 At hæc omnia debilia sunt.
Ad argumentum , concessio ante-
cedente distinguo secundum
membrum dileminatis ; si obie-
ctum in nulla temporis differen-
tia est , cognoscitur per scien-
tiā simplicis intelligentiæ ab-
solutè , concedo , quia , ut dixi-
mus , tract. de scientia , non vide-
tur , sed intelligētia simplici cog-
noscitur , quod nunquam existit.
Cognoscitur præcisè per scien-
tiā simplicis intelligentiæ , qua-
tenus præcisè terminata ad ve-
ritates enuntiabiles necessarij
de obiecto , nego : quia de con-
uersione ludę nunquam existēre
potest à Deo affirmari veritas
contingens , nempe , quod ea cō-
uersio esset , si daretur ludę talis
vocatio. Nos autē præcisè volu-
nus scientiam contingentis cō-
ditionati distinctā esse ab absolu-
ta visione talis obiecti ; & à
scientia præcisè assidente de illo
veritates necessarias. Ad primā
confirmationem respondeo : ta-
lia futura cōditionata , quæ nun-
quam erunt , non sunt absolute
futura. At præter esse possibilia
sunt conditionatè futura , nem-
pe , essent si daretur talis cōditio-
ne se indifferens ad esse , & non
esse ipsorum ; idque sufficit , ut præ-
ter scientiam de necessaria pos-
sibilitate ipsorum terminent a-
liam scientiam contingentē di-
stinctam ab absoluta illorum vi-
fone , qui est nostræ disp. scopus.

Ad

Ad tertiam. In eo signo huius veritatis. Conuerteretur Petrus, si daretur talis vocatio conuersio Petri non est purè intra statum possibilis; neque absolutè extra statum possibilis; bene tamen cōditionatè, & in hoc nulla prorsus implicatio est. Quod facile explicatur.

38 Non est conuersio in eo signo purè possibilis, quia signū illud potest componi cum absoluta existentia conuersionis; sc̄cūs autem pura possibilis conuersio. Nam possibilis pura excludit existentiam, & existentiæ exclusio nequit cum existentia componi. Deinde conuersio non est in eo signo *absolutè* extra statum possibilis, quia ut bene arguens esse absolutè extra statum possibilis est absolutè existere. Illud autem signum non est signum absolutæ existētiæ conuersionis; sed potius de se coniungibile cum non existētia absoluta ipsis. Ut autem supra dicebam disp. 11. num. 13. non magis implicat aliquid signum neque esse signum existentiæ, neque non existentiæ rei, quam esse quoddam tertium ab utraque distinctum, & cum qualibet seorsim sumpta componibile. Quod posset sexcentis instantijs exponi. Ceterum, cōuersio in eo signo est conditionatè extra statum possibilis, quod non est aliud, quam tale signum importare hanc verita-

tem: Existeret conuersio, si daretur talis vocatio.

39 Ad tertiam. Sicut præter veritatem contingētem de existentia absoluta conuersio; & veritatem contingentem de nō existentia eiusdem datur alia veritas necessaria, de possibilite conuersionis, quæ veritas indiferens est ad existentiam, & non existentiam absolutam conuersio, terminatque scientiā necessariam distinctam à scientia de existentia absoluta; & à scientia de non existentia absoluta; conuersio; ita præter veritatem tam de existentia absoluta; quam de non existentia absoluta conuersio datur alia veritas contingens de existentia conditionata conuersio, quæ veritas terminat scientiam cōtingentem distinctam, & à scientia necessaria possibilis; & à scientia cōtingente, tam de existentia absoluta; quam de non existentia absoluta cōuersio. In quo autem stet futuritio conditionata contingens siue in esse realitatis; siue in esse veritatis dictum est disputatione 10. constabitque amplius ex dicendis infra.

40 Ad quartam. Hæc veritas conditionata necessaria, similesque: Si causa necessaria existat cum omnibus requisitis ad operandum operabitur, non terminat scientiam diuinam distinctam à simplici intelligentia perfectè pene-

penetrante rerum essentias. Nā
has introspicere sufficiens est ad
non ignorandam eam veritatē:
quia vero non sufficit perfectē
comprehendere naturam con-
versionis Petri ad sciendū, quod
conuertetur, si detur talis voca-
tio, & aliunde hoc non est scire,
quod absolute conuertitur; sed
aliud, quod sine ip̄sū conuer-
sione absoluta stare potest, ideo
datur scientiarū distinctio, quā
dari defendimus. Ad ultimam.
Sciētia conditionata contingēs
semper præcedit ad absolutam
prioritatem, quam vocant in sub-
sistendi consequentia. Quando-
que vero prioritate eminentiali
in genere directiō. Ratio primi
est, quia semper est optima con-
sequentia hāc * Deus cognos-
cit conuerti Petrum per voca-
tionem A: ergo verum fuit, & à
Deo cognitum conuertendum
Petrum, si daretur vocatio A. *
contra verò non valet. Ratio se-
cundi est, quia Deus videns vo-
cationem Pauli tam fœlicē exi-
tum habituram si detur, ut egre-
giā ab ipso conuersionem ob-
tineret, potest ex hac scientia di-
rigi ad talem vocationem dan-
dam, qua data Paulus ab'olutē
conuertetur, Deusque videbit
absoluta visione Paulum con-
uerti. De hac directione satis
disputat. 3. & 4. de prædestinat.
De ordine autem prædicatoriū
Dei tractatu de essentia, & at-
tributis, post explicatam di-

stinctionem, quā potest con-
cedi in Deo.

CAPVT VI.

*Quatuor specialiores obiectiones
enodantur.*

41 **E**xpediemus in hoc ca-
pite peculiares obie-
ctiones, quas proponere solebā
arguendi gratia. Et quamvis abs-
que dubio fallaces sint; non ta-
men adeo faciles, ut non oport-
eat detegere fallaciam, ne sint,
qui cum veritatis dispendio de-
cipiantur. Obijcies quartò. Hæc
veritas conditionalis: *Si Petrus
vocabitur auxilio A. conuertetur,
æquiuale, & simul non æquiuale
huic veritati disiunctus: Vel
Petrus non vocabitur auxilio A,
vel conuertetur: quod perinde
est ac dicere: Non dat itur in Pe-
tro auxilium A. sine conuersione
ipsius: Ergo veritas illa condi-
tionata est implicatoria. Antece-
dens, quoad equivalentiam pro-
batur. Nam, eo ipso, quod sitve-
rum, conuertendum esse Petru, si vo-
cetur auxilio A, verum est,
quod non vocabitur eo auxili-
o, quin conuertatur; & contrà,
eo ipso, quod verum est, quod
non vocabitur eo auxilio, quin
conuertatur, verum etiam est,
quod conuertetur, si vocetur
eo auxilio. Deinde, quoad non
æquivalentiam probatur idem
antecedens. Nam de quolibet
auxilio nonquam extituro, veri-
ficatur non esse extiturnū sine
conuersione Petri, vel, quod idē
est,*

est, non esse extitum cum carentia conuersonis Petri. At nō verificatur de quolibet auxilio nunquā extituro, quod conuerteretur Petrus, si tale haberet auxilium, nam alioqui omnia auxilia nō extitura essent efficacia, & nullum esset inefficax, quod est manifestē falso: ergo non sunt æquivalentes propositiones istæ: *Si Petrus vocaretur auxilio A. conuerteretur. Non existet in Petro auxilium A. sine conuersione Petri.*

42 Respondeo, præsignatas propositiones non esse æquivalentes, quod præter argumentū factum, cōstat magis ex his, quæ iam dicimus. Ad probationē factā pro ipsarū æquivalentia. Respondeo. No cū verū, Petru. esse conuertendū si habeat auxilium A. eo ipso, quod sit verum, quod non habebit auxiliū A, quin cōuertatur. Ratio manifesta est, quia vt sit verū, Petrum esse cōuertendum, si habeat auxilium A. non sufficit, quod tale auxiliū non sit extitum; sed requiriatur, quod sit coextitum conuersioni, si sit extitum. At, vt sit verum, non esse extitum in Petro auxilium A. sine conuersione Petri, sufficit, quod tale auxilium non sit extitum in Petro: si enim non est extitum, patet non esse extitum cum carentia conuersonis Petri; Cumque ad hoc, vt auxiliū non sit extitum, non requiratur, quod sit

coextitum conuersioni Petri, si sit extitum, consequens est non requiri ad prædictam veritatem disiunctiū, vel cum disiunctiū prorsus quoad verificatiū coincidentem, quod requiritur ad prædictam veritatē conditionalem. Ex quibus patet non esse bonam consequentiam ab eo quod tale auxilium non sit extitum sine conuersione Petri, ad hoc, quod sit coextitum conuersioni, si sit extitum. At inuerso modo recta consequentia est. Si enim hoc auxiliū coextitum est conuersioni Petri, si extitum sit: ergo, vel non est extitum, vel est coniungendū cum conuersione Petri. Nam alioqui existet sine conuersione Petri, quod manifestē pugnat cum illa veritate conditionali: *Si extitum est hoc auxilium, coniungendum est cum conuersione Petri.*

43 Obijcies quintò. Nam hæc veritas conditionata cōtingens: *Si existat auxilium A. Petrus conuertetur, vnum dumtaxat ex triplici sensu reddere potest, nempe, vel conuertendum, si habeat auxilium A. cum omnibus requisitis ad conuersationē, vel conuertendum, & si habeat illud sine ijs requisitis, vel conuertendum si habeat illud secundū se præscindendo ab eo, quod eis requisitis coexistat, vel non coexistat. At non reddit tertium sensum, Nā alioquin si existaret auxi-*

auxilium secundum se, siue cum alijs requisitis ad conuersionem, siue sine illis conuerteretur Petrus, quod est impossibile. Non secundum sensum, quia etiam impossibile est, quod cōaerteretur si haberet auxilium sine alijs requisitis ad conuersionem: ergo reddit primum sentum nempē istum. Si existat auxilium A. cum omnibus requisitis ad conuersionem, ac proinde concorrente Deo in actu secundo ad conuersionem, prout ad cōnversionem requiritur, dabitur conuersio. Hæc autem veritas non est contingens; sed necessaria, ut patet. Cōfirmatur. Sic auxilium A. coniungit in statu conditionato cum conuersione conditionata; sicut coniungitur in absoluto cum absoluta. At auxilium absolute existens non coniungitur cum conuersione absoluta, nisi quatenus coniunctum cum omnibus requisitis ad conuersionem absolutam: ergo non coniungitur in statu conditionato cum conditionata, nisi, ut coniunctum cum omnibus requisitis ad conuersionem conditionatam. Solum ergo verificatur de illo in statu cōditionato, coniungendum esse cum conuersione, si ipsum auxillum coniungatur cum omaibus requisitis ad conuersionem.

44 Simili arguento non satis caute vtitur Ioan. à S. Thoma pag. 663. contra scientiam

medium, quod illius defensores ait, acriter mortuere de quo lepidè P. Annatus disput. 4. cap. 3. s. 2. Facile tamen quisque videt hoc argumentum contra ipsum Ioann. à S. Thoma esse, quippe, quod non militat contra scientiam conditionatam contingētem, prout independentem ab actuall decreto, vt ponimus defensores scientiæ Mediæ; sed contra scientiam conditionatam contingentem, quocumque modo ponatur, quam tamen negare putat horribile praedictus Author. Videantur, quæ diximus tractat. de prædestinat. disp. 17. à num. 32. Ad argumentum respondeo, vt iam iterum disp. cit. Sensus illius veritatis contingentis conditionata non est primus, vel secundus assignatus in argumēto, vt ibi bene probatur; sed sensus est ille, qui non includit ex parte hypothesis omnia requisita in actu primo, & in actu secundo ad conuersionem; sed præcisè includit ex parte hypothesis entitatem auxilij, nec non, si placet, cætera omnia ex parte actus primi requisita ad conuersionem; indifferentia tamen ad ipsam, & ad oppositū. Itaque nō solū est vera hæc necessariæ veritatis: Si Petrus habeat auxillum A. coniunctum cum omnibus requisitis tam ex parte actus secundi; quam ex parte actus primi, conuertetur; sed etiam vera est hæc propositio veritatis contingēti.

Si Petrus habeat auxilium A. & reliqua omnia prærequisita ad conuerzionem indifferentia ad ipsam, & oppositum, Petrus conuertetur Deus cooperabitur cum ipso ad conuerzionem, proindeque existent omnia prærequisita ex parte actus secundi ad conuerzionem.

45 Cuius rationem dedi loco citato, quia de illo, quod cōiungitur in statu absoluto cum conuerzione, verificabile est, quod, si daretur, cōiungeretur cum illa. At in statu absoluto, non solum coniungitur cum conuerzione complexum ex omnibus requisiatis in actu primo, & in actu secundo ad ipsam inconiungibile cum negatione cōuerzionis; sed etiam complexum omniū prærequisitorum in actu primo indifferens ad conuerzionem, & eius parentiam: ergo non solum est conuersio verificabilis veritate necessaria sub conditione prioris complexi, sed etiam est verificabilis veritate contingente sub conditione complexi posterioris præcisè sumpti. Sed ne quis offendat ad vocem illam *præcisē*, notandum est, posse duplíciter intelligi vocationē, v.g. conditionē esse, de qua verificatur, præscindendo ab alijs, cōiungendam esse, si detur, cum conuerzione: Primò, præcisione vniuersalitatis, & hoc significat, quod in omni casu, ubi detur semel talis vocatione, quicquid de alijs sit, dabitur coniunctio illius

cum conuerzione. Hoc autem est omnino falsum, nam in casu quo daretur vocatione sine requisitis omnibus, vel aliquibus ad conuerzionem, non daretur cōjunctionio vocationis cum conuerzione. Secundò, præcisione non inclusionis ex parte conditionis cæterorum requisitorū, & hoc solum significat posse esse verā, non soluta hanc conditionalem includentem ex parte hypothesis omnia requisita ad conuerzionem: *Si detur complexum huius vocationis, & omnium requisitorum ex parte actus primi, & secundi ad conuerzionem, dabitur conuersio; sed etiam posse esse leveram hanc aliam non includentem ex parte hypothesis totum illud complexum; Si detur hæc vocatione cum omnibus prærequisitis, indifferibus ad conuerzionem, & non conuerzionem, dabitur conuersio.*

46 Ad confirmationem ex num. 43. dicatur, sic coniungi vocationem in statu conditiōnato cum conuerzione conditiōnata; sicut in ab initio coniungitur cum absolute; si sensus sit, sicut data absolute vocatione, datur absolute conuersio; sic si daretur vocatione, daretur conuersio, non vero, si lenitus sit in statu conditionato, vt detur veritas conditionata debere includi ex parte hypothesis omnia illa, quæ in statu absoluto requiruntur ex parte actus primi, & actus secundi, ad hoc ut vocatione cōiungatur abso-

absolute cum conuersione. Iam enim vidimus hoc esse falsum. Quamobrem, et si ut vocatio coniungatur in statu absoluto cum conuersione absoluta, requiratur ipsam vocationem coniungi cum omnibus requisitis in actu primo, & in actu secundo ad conuerstionem; tamen ut verificetur, si detur vocatio, dandam esse conuersionem, non est necesse includere ex parte hypothesis ea omnia requisita, ut vidimus n. 45.

47 Obijcies sexto. Hæc propositio: Si Petrus habeat vocationem A indifferentem ad conuerstionem, & non conuerstionem, conuertetur, coincidit cum hac: Casu, quo Petrus habeat vocationem A conuertetur, vel ergo est sensus uniuersalis, nempe, quod omnis casus possibilis habendi vocationem A est casus, qui, si detur, conuertetur Petrus; vel est sensus particularis, nempe, quod aliquis tantum casus possibilis habendi vocationem A, est casus, qui, si detur, conuertetur Petrus. At in primo sensu veritas est impossibilis; & in posteriori necessaria: ergo prædictæ conditionales, vel sunt veritatis necessariæ, vel nullius. Priorem partem minoris probo. Unus casus possibilis habendi vocationem A est habere illam diuisam à conuerstione. At impossibile est, hunc casum eum esse qui, si detur, conuertetur Petrus ergo impossibili-

fibile est omnem casum possibilium habendi vocationem A, eū esse, qui, si detur, conuertetur Petrus. Posteriorem partem eiusdem minoris probo, quia necesse est aliquem casum habendi vocationem A eum esse, qui, si detur, conuertetur Petrus: etenim possibilis est casus habendi vocationem A coniunctam cum conuersione. At necesse est casum habendi vocationem A coniunctam cū conuerstione eum esse, qui si detur, conuertetur Petrus: ergo necesse est aliquem casum possibilem habendi vocationem A eum esse, qui, si detur, conuertetur Petrus.

48 Respondeo. Neque sensus eius propositionis est uniuersalis, neque particularis, & indeterminatus, ut bene probat argumentum; sed sensus est singularis, ac determinatus, vbi de euētu prorsus identificato cum extremo singulari, nempe cum vocatione A in Petro, affirmatur eum esse euētum, cui si detur, adiungetur conuersio Petri: hoc autem est contingens, quia possibile est huic vocationi, si detur, non adiungi conuerstionem Petri; sed potius negationem conuersionis. ¶ Sed urbis efficaciter quoad speciem. Veritas conditionata, purificata conditione transit in absolutam. Sed conditio prædictæ veritatis est vocationis singularis A: ergo si detur vocationis singularis A, dabitur con-

uersio absoluta. At dabitur vocatio singularis A, si detur ea vocatio etiam sine conuersione: ergo dabitur conuersio absoluta, si detur ea singularis vocatio etiam sine conuersione, quod est impluatorum. De hoc sophismate multa tract. de Prædest. disp. 3. c. 4. vbi varijs instatijs infringitur, ac diluitur. Sūma solutionis, quæ ibi recoli potest, ea est. Veritas cōditionata trāsit in absolutā purificata conditione, retenta in ratione conditionis, de qua verificetur, eam esse quæ, si detur, dabitur talis effectus, v. g. conuersio; non vero purificata conditione amittendo rationem conditionis, de qua id verificetur. At vocatio singularis A; ut diuīsa à conuersione nō retinet, sed amittit rationem conditionis, de quæ verificetur, eam esse, quæ, si detur, dabitur conuersio: quia pugnat diuīsa à conuersione, id est, eam vocationem dari sine conuersione; & eam esse, quæ si detur, dabitur conuersio. Vnde, & si verum sit: si detur hoc singularis vocatio dabitur conuersio; & aliunde verum quoque sit, data hac singulari vocatione sine cōuersione, dari hanc singularem vocationem non tamē inferatur ex hac vocatione data sine conuersione, dari conuersionem. Quia talis vocatio, ut data sine conuersione, non retinetur in ratione conditionis, de quæ verificetur, eam esse, quæ

si detur, dabitur conuersio: 49 Obijcies septimo. Vocatio A. connectitur essentialiter cū eo, quod, si detur, conferatur a Deo, vel sciente Petrum conuentum cū illa, vel sciente non conuertēdum: ergo perinde erit conuertetur Petrus, si detur ipsi vocatione A, ac si dicatur cōuertetur, si detur ipsi à Deo cum scientia conuersonis ex illa, aut cum scientia non conuersonis: Sed hæc veritas est necessaria: ergo & illa: Conuertetur Petrus, si detur ipsi auxilium A. Minor probatur; nam ea veritas ita exponitur; vel Petrum habere vocationem A. à Deo sciente Petrum conuentum cū ea vocatione, vel Petru habere vocationem A. à Deo sciente Petru non conuertendum cum eo auxilio, est positio, quæ, si detur, Petrus conuerteretur. Hæc autē veritas disiunctiva necessaria est, quia sicut alterū ex disiunctionis extremis est necessariū; quia Petrum habere vocationem A. à Deo sciente conuentum Petru cum ea vocatione est necessario positio, quæ, si detur, conuerteretur Petrus. Explicatur primo. Vocatione A. essentialiter cōnectitur cum eo, quod, si detur, procedat à Deo sciente causatūrā esse conuersionē; vel nō esse causaturā illam. Atqui Deus per hanc scientiam, si Petrus habeat vocationē A. conuerteretur attingit ex parte conditionis vocationē secundum sua essentialia ergo at-

ttingit illā, ut connexā vage cum alterutra ex prædictis scientijs: vnde illa scientia Dei, si Petrus habet vocationē A, conuertetur reddit sensum disiunctiuū necessariū expositū supra num. 9. Secūdo. Deus videt coniungendā esse cum conuersione Petri vocatio- nē A, si existat, non quidē si chy- mæricè existat: sed si verè, re ipsa, modoq; possibili existat. Sed nequit existere modo possibili nisi coniuncta cū scientia diuina cō- uersionis oriundē ex ipsa; vel cū scientia diuina conuersionis non oriundē ex ipsa: ergo non aliter. De cognoscit, si existat vocatio A Petru esse cōuertiēdū; quā cog- noscendo cōuertendū esse, si ea vocatio existat cū una ex prædi- catis scientijs, qui est lensus necessarius disiunctiuus, vt vidimus.

50 Obiectiones istæ, vt cuique attendenti patebit, pugnāt cōtra veritates cōtingētes cōditiona- tas, siue fūdatas in decretis astua- libus, siue alibi, prōindeq; ab om- nibus solui debēt. Ad argumētū respōdeo, cōcessio antecedente, nego consequētiā. Nam aliud est. Si Petro detur vocatio A, connexa cū una ex illis scientijs, Petrus cō- uertetur, & aliud, si detur cōplexū ex vocatione A, & una ex illis sci- entijs Petrus conuertetur. Hoc secū- dū reddit sensum disiunctiuū ne- cessariū, de quo arguens. Primū illud, coincidit cū hac veritate, si existat vocatio A, Petrus cōuerte- tur redditque sensū veritatis cō-

tingētis, quia perinde est ac si di- cas, singularis casus existētia vo- cationis A, quæ nequit existere nisi in cōsortio alterius ex illis sciētij, est casus, cui, si daretur, adiūgeretur cōuersio Petri, quæ veritas est cō- tingēs, & eius cōtradic̄toria pos- sibilis. Nota in primo sensu inclu- dūtur in hypothesi modo disiun- ctivo prædictæ scientiæ. In secū- do vero ponuntur extra totā hy- pothesim, licet ab ea connoten- tur, vt infra explicabo.

51 Ad primā cōfirmationē, cō- cesso primo syllogismo, nego cō- sequētiā subiunctā; quāvis enim verū sit, Deū cognoscētē hāc ve- ritatē, si existat vocatio A, Petrus cōuertetur attingere hypotesin scilicet vocationem, tecūdū sua prædicata cōscientia, ac per cōte- quēs, vt cōnexā cū alterutra ex illis sciētij, id est, vt determina- tā ad nō existēdū, nisi in cōfor- tio alterius ex illis; tamē hinc, so- lū sequitur, Deū attingētē voca- tionē, ex parte hypothesis attin- gere tales cōscientias, vt terminos cōnotatos ab ordine, quē ad illos dicit vocatio; vt terminos, inquā adēquatē distinctos ab ordine, quē ad illos dicit vocatio posita in hypothesis, ac proinde tales cōsci- entiæ se habēt extra totā hypothe- sis; nō intra illā, ideoque sensus eius veritatis nō est disiunctiuus necessarius intētus ab arguente, sed determinatus contingēs. Si- cut in hac propositione; Crea- tura dicens ordinem ad Deum

Et aliquid adæquate distinctum à Deo, non est pars subiecti Deus, alioquin non verificaretur de subiecto esse adæquate distinctū à Deo; sed Deus est connotatum subiecti adæquate distinctum à subiecto.

52. Ad confirmationem concessa majori, distinguo minorem. Nequit vocatio existere modo possibili, nisi coniuncta cū ex vna illis sciētijs, quatenus non potest existere diuisa ab utra quē scientia concedo minorem quatenus præcise sit possibilis vocatio, ut coniuncta cum vna scientia, vel prout coniuncta cū alia; non autē vocatio secundū se, nego minorem, & deinde cō sequentiam. Itaque Deus per il lam scientiam, si existat vocatio

¶ Petrus conueretur, attingit ex parte conuersationis determinatē entitatē vocationis, non verò disiunctiū confunctionem vocationis cum scientia conuersationis oriundæ ex illa, vel cum sciētia conuersationis non oriundæ ex illa, & quia non solum istæ conjunctiones, vel complexa sunt possibilia; sed etiam vocationis entitas; ideo ex parte conditio nis attingitur quid possibile, ea que veritas reddit sensum contingentem, ut iam exposui mus.

An Deus cognoscatur contingentia conditionata in decreto actualiter exercito, absolute subiectiū, & obiectiue conditio natu?

Explicemus iam modum, & medium, quo Deus vtitur, vt notitiam habeat istorum cōditionalium. In quo magna cōtrouersia nobis est cum PP. Dominicanis. Vtinam intellectus dissidia cum lumnia conformitate voluntatis concilientur.

CAPVT I.

Status controvērsie, Theologorumque sententiae.

I. *V*idimus Deum hanc, & similes veritates contingentes, & conditionales certò, & infalibiliter cognoscere: *Si Tyrii, & Sidonij viderent miracula Chirijli considererentur. At, quo medio ducitur ad cognoscendam illam, potius quam oppositam? Sunt, qui respondeant, rationem esse, quia Deus ex se ipso pro mera sua libertate habet ab æterno decretum efficax, neque pro libertate humana ponibile, neque pro libertate hu-*

humana, quoad suam existentiā uitabile, quod huius naturae est: Decerno, quod Tyrij, & Sidonij, si videant miracula Christi conuertantur, & ad conuersionem prædeterminentur. Vocatur hoc decretum absolutè, & actualiter exercitum ex parte actus, vel subiecti, quia re ipsa existit actualiter in Deo; & non solum existet, si certa conditio peneretur. Vocatur conditionatum obiectiuè, quia non decernit, quod suum obiectum absolutè existat, sed, quod existat, si detur talis conditio. Alij volunt, habere Deum prædictam scientiam, non quia Deus quidpiam actualiter decernat; sed independenter à decreto actualiter exercito; & ex eo præcisè, quod sit verum, quod conuerterentur Tyrij, & Sydonij, Deusque haberet omnia decreta requisita ad talem conuersionem, si daretur talis conditio videndi miracula Christi. Qui primam responcionem adhibent, censent prædictam scientiam esse liberam, ut pote innixa in decreto libero Dei actualiter existenti. Qui vero posteriori modo respondent, existimant prædictam scientiam, neque purè naturalem, & necessariam esse; neque liberam; sed medium inter naturalem, & liberam, propter rationem in seqq. tradendam.

2 Prioris sententiaz sunt Aluarez, Dominicanique Iuniores,

quos sequitur Ioan. à S. Thom. disput. 20. art. 3. & seqq. Curtius Carmel. disp. 6. & 10. Citantur etiam Zumel, Cornejo, Hieronymus de la Rua, Leonar Coqueus, Villegas, & alij, vt testatur Ioann. à S. Thom. art. 6. At cæteri, præter tres, vel quatuor quām sint dubia fidei, expendit Paulus Leonardus de scienzia Media 3. p. sect. 1. Hanc tamen sententiam nonnulli Scotistæ defendunt, quāvis cū aliquo discrimine. Licet enim defendat prædicta cōditionata cognosci à Deo in decreto efficaci subiectuè absoluто; & obiectiuè cōditionato; nolunt tamē, ex talī decreto, purificata iam conditione deriuari physica prædeterminationem, per quā voluntas præterminetur ad actum illū absolutè efficiendū, qui præiulū fuit efficiendus, si talis conditio existeter. Nam inter hos ipsos Scotistas dissidiū est. Nam alijs vocant prædictum decretum antecedens fatentes pro sola Dei libertate; non pro nostra, poni, & quoad existentiā euitari posse. Alij vocant illud concomitans, non tamē latē clarē explicant, an pro sola diuina libertate ponibile, & euirabile sit. Videātur Authores quos adduximus disp. 9. de prædest. cap. 1. Pro sententia Dominicanorū stat Franciscus Fœlix cap. 6. de scientia diff. 2 n. 4. vbi assert Smiling. & Mōtepilosum, licet in excludenda physica præ-

determinatione cū reliquis Scientiis conueniant.

3. Hac est tota authoritas à D. Theol. perita pro hac nouissima sententia de Scientia conditionata intrixa decretis actualiter ex exercitis. Videamus, an opposita sententia maiori polleat authoritate à Theologis Scholasticis defumpta. Monuerim tamen prius, Thomistis huius temporis velle, totum dissidium concedendi, vel negandi scientiam medium, in hoc uno stare. Au Deus certò, & infallibiliter cognoscari prædicta conditionata, vel dependenter à decreto actualiter ex exercito; vel independenter ab illo. Quo fit, ut ex ipsorum aduersariorum confusione, possimus iure optimo praescientiam media, quātum ad rem ipsam, quicquid de nomine sit, Thomistis omnes afferre, qui negauerint hanc scientiam perdere à decretis actualiter existentibus; maxime, cum agere noliores Thomistæ ferant, aliquos ex suis afferri pro sententia negante. Deo cognitionem certam, & infallibilem horum conditionatorum, quoad ipsum eventum, qui esset, si poneretur conditio.

4. Hec postea stant pro nobis in primis ex Thomistarū Schola Verdu in relect. cōtra Scientiam Medium fol. 15. negans decretū cōditionatum, & fol. 12. affirmans Deum cognoscere peccata, in

qua homo laberetur, ante omne decretum actu habitum. Magister Nuarrete tom. 1. controu. 56. pag. 352. negat cum P. Vazq. omne decretum cōditionatum, circa quodlibet obiectum creatum, siue liberū, siue non liberū, & §. 3. ait, si cognoscuntur à Deo futura conditionata, cognosci in diuina determinatione, quæ nō est ponenda. Pro eadē sententia negate hæc decreta multis titulis itat Le desma, vt constabit ipsum legēti disp. 2. pag. 582. cōcl. 2. Cabrera 3.. p. q. 1. art. 3. disp. 1. n. 349. ait friuolā esse, & in Deo, imperfectionē constitutæ solutionē, quæ Deo tribuit præscire conditionalia in decretis actualibus. Zumel hic disp. 8. concl. 3. eandem responsionē vocat ridiculā, quæ Deum imperfectū redit. Videatur tom. 3. variar. & in commentarijs ad 1. 2. & apud Aluarez lib. 1. responsionū cap. 4. n. 5. Fauet Bañez in editione ultima, 1. p. q. 23. art. 3. §. Ad motiu. Rijpolis lib. 1. de diuinis prædefinitionibus q. 1. concl. 2. initio, tribuens idem omnibus Thomistis, & D. Aug. & pag. 93. §. Ad argumentum, ait, haec scientiam esse pure naturalem, licet absolute defectibilem.

5. Ex alijs Authoribus præscientia Media stant ex Ecclesiæ Episcopis Masecañas, Malder. Diotaleu. Belcar. Ex PP. Cisterciensibus, Petrus Lorca, Petrus à S. Ioseph, Angelus Manrique Epit.

Episcopus Racensis in commen-
tarijs ad 1. part. prælo paratis.
Ex PP. Franciscanis testantibus
hanc esse in eatem Scoti. Cael-
lus, Faber, Tamarit. Meurise.
Ioannes Poncius. Ex Capucinis,
vterque Ludouicus, Caspens.
Et Dolan. Ex Augustinianis Mē-
doza, Puteani. Albiz, Basilius,
Pennotus, & qui nuper ad meas
venit manus Cælestinus Brunus
in disputat. quotlibeticis disput.
13. de Scientia Dei §. 8. ex Mi-
nimis Ioannes Duralleus, Ma-
rin. Marsenius, Claudius Ran-
golius. Ex alijs non Regularibus
Curiel, Gamachæus, Andreas
Duuallius, Stapleton. Racon.
Pessant. Thomas Pius, Gerua-
sius Vijoñius, & alij, quos attu-
limus tract. de prædest. disp. 20.
num. 4. ex Paulo Leonard. 3.
part. respōsionum sect. 10. apud
quem sect. 6. videri possunt no-
stræ sententiæ fauentes Acade-
miae Complutensi. Pinciana. Mo-
guntina, Parisiensis, Herbipolen-
sis, Siguntina. Granatenis, &
aliae. Mitto plura, tum quia me-
liori calamo conscripra propè
diem spero. Tum quia dicta suf-
ficien, ut candidus lector vi-
deat, quo iure Thomistæ nouis-
simam introductionem suorum
decretorum cōditionalium op-
positam sententiam autoritate
superare in vulgus spargant. Et
licet pro sua sententia potius ar-
gumentando, quam referendo,
nonnullos Authores trahere stu-

deant, constabit tamen ex dicē-
dis pro Scientia Media, non mul-
ti roboris argumenta esse.

6 Iam vero ex Authoribus
Societatis duos supra 50. refert
Leonardus in opere de Scientia
Media 3. part. sect. 11. Quibus
adiunge P. Martinon. Recupitū.
Ribas, Franciscum Amico. Ri-
pald. Franciscum de Lugo. Ar-
riaga citatos tract. de prædestin.
disp. 20. num. 3. adde P. Annat.
in opere integro de hac re. P.
Gaspar Hurt. diffic. 10. de scien-
tia P. Antonium Perez in asser-
tionibus Theologicis ad 1. part.
num. 88. & seqq.

C A P V T II.

*Probatur ab authoritate nostra
sententia.*

7 **V**erissima mihi est se-
cunda sententia Socie-
tatis, quæ scientiam Medium
pro viribus defendit, nimirum
scientiam certam, & infallibili-
lem contingentium conditio-
natorum independentem à de-
creto libero actualiter exercito
ex parte Dei. Et quamvis hanc
sententiam ab authoritate pro-
bare superuacaneum videatur,
cum nihil addendum restet his
quæ diligentissimè congererunt
P. Suarez tom. 1. de grat. pro-
logom. 2. cap. 5. P. Fattol. hic, &
P. Montoia per plures disputat.
de scientia; præterire tamen

non possumus vnam, vel alterā authoritatē perpendere, non nullaque alias indicare. Sumitur ergo efficacissimum argumentum pro nostra sententia ex Luce 10.13. Marthae 11. 21. illis verbis : *Vt tibi Corozaim, & tibi Berthasidae quisas fin Tyro, & Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis olim in cilicio, & cincere paenitentiam egissent.* Ex quo loco, & alijs constat, non solam homines absolute reprehendi, quia male operantur; sed etiam respectuè, quia male ipsi operantur; bene operantibus alijs.

8. Sic igitur argumentor. Exstat in Sacra pagina increpatiū comparatiū vnius cū alio. Sed ea, ne sit inanis, ac delusoria postulat bene operantem, & non bene operantē inæquales nō esse in illis, quæ independenter ab vſu ſuæ libertatis existunt, ac de plurimum iuvant ad bonam operationem: ergo talis inæqualitas adest non debet, vt increpatiū comparatiū fruitanea nō fit. At ea inæqualitas adest, admissis decretis efficacibus omnino antecedentibus ad vſum libertatis, quæ dentur comparatione bene operantium: ergo talia decreta rei cienda sunt. Probatur minor priuii ſyllogismi. Nam iuxta Aristotel. lib. 3. &

9. Ethicorum argumentum à comparatione inefficax est vbi datur disparitatis ratio valde conducens, vt diuersitatem

fortiantur extrema, inter quæ instituitur comparatio. Vnde comparationes istæ sunt ridicule. Quomodo non amans vehe-mentissimè Regem, à quo nihil boni accepisti, cum ita Petrus amet summis honoribus ab eodem cumulatus? Quomodo famæ detrahis Francisci, mortales tecum inimiciū gerentis; summè commendato Paulo extre-ma omnia tentāte, vt amicissi-um ſe ſe tibi exhibeat? At eius-modi comparationes, ideo ſunt inanēs, quia ex parte operantium datur ante ipſorum actiones ratio valde potens, vt diſfor-miter operentur: ergo, vt comparationes, de quibus loquimur, non ſint inanēs, requiritur, vt antecedenter ad actiones in qui-bus comparatio instituitur non ſit ratio magnopere conducens, vt tales actiones diuersitatem fortiantur.

9. Iam vero prædictam inæqualitatem adefie iuxta ſenten-tiam admittentium decreta, quæ independenter ab vſu noſtræ libertatis ſint efficacia ab intrinſeco, manifestum eſt. Nam respectu bene operantium da-tur antecedenter ad vſum ſuæ libertatis decretum ab intrinſeco efficax adeò conducens ad bonam operationem, vt conne-ctatur infallibiliter cum ipſa. At vero respectu non bene operantis non datur hoc decretum; ſed potius, vel eius decreti defectus;

vel.

vel decretum oppositum, quæ duo conferunt adeò ad non operandum benè, vt connectantur infallibiliter cum omissione bonæ operationis: ergo ex parte benè, & non benè operantis datur antecedenter ad bonam operationem; & ipsius omissionem ingens discriminis ratio magnopere conducens, vt quoad operationem bonam diuersitatem magnam sortiantur. Vnde non apparet, quomodo Iudei non repellerent sufficientissimè comparatiuam increpationem sic dicentes. Quid nobis ex ēplo Tyrorum improperas? Nam si ipsi viderent eadem signa, quæ nos, haberent decretum efficacem prærequisitum, vt poenitētiam agerent; quo tamen nos caretus; neque pro nostra libertate comparare valemus. Quid ergo mirum, quod in tanta rerum dispartitate non agamus poenitentiā, quam illi agerent?

10. Inde confirmatur hæc ratio. Inepita est increpatio comparativa, quando comparatio magis tegit, quam detegit malitiam peccantis. Increpationes enim comparatiuæ institutæ sunt, vt ex unius virtute magis pateat vitium alterius. At prædictis decretis antecedenter efficacibus admisis, increpatio comparans male operantem cum bene operante non magis detegit, sed potius tegit malitiam: ergo tales increpationes, admisis eis de-

cretis, videntur ineptæ. Minor manifesta videtur rem euoluenti. Nam ex parte benè operantis datur ante liberum consensum tam efficax decretum ad bonā operationem, vt cum eius omissione constare nō valeat. Ex parte autem malè operantis, datur in primis carentia talis decreti, quod tamen decretum secundū aduersarios, omnino prærequiritur ad benè operandum; deinde, vice decreti efficacis ad bonum, datur decretum efficax antecedens ad materialē actionem peccandi inconiungibile cū cuitatione malitiæ. Quis autem non videat, ita collatis inter se benè; malèque operantibus, non elucidere magis, sed magis obscurari malitiam peccantis? Quis dubiter, his omnibus inspectis, non esse aptam comparationem istam, vt malè operans confusione patiatur ex conspectu bene operantis sic ipsi oppositi?

11. Quod amplius urgetur. Nam inspectis omnibus, quæ anteuertunt operationem eorum, qui conferuntur inter se, illisque omnibus circumstantijs inter se comparatis, magis occultatur, quam manifestatur malitia peccantis. At ea omnia penitari debent, ne ridicula sit increpatio comparativa. Ergo iuxta sententiam aduersariorum, contra suū finem, ridiculaque videtur increpatio comparativa. Maior constat ex num. 10. Minor sola fui-

explicatione patet. Si enim Petrus, & Paulus aquarentur duntaxat in uno leui munusculo ab Rege accepto ; disparensque es-
t, quia innumera alia Petro
accedere , ridiculus es-
t Rex, qui sic Paullum obiurgaret. Cur
non mihi exhibes ea signa amo-
ris , quæ Petrus , cum à me ac-
ceperis munusculum , quod il-
le ? Nam in promptu es-
t et responso. Quid mirum , si innu-
mera alia in illum concessissim.
Debent ergo omnia peccari, ne
ridicula sit increpatio.

12 Ex quibus , vt omittam solutiones , quæ displicant ipsis aduersarijs , satisque ex dictis , & dicendis eneruantur . Respon-
dent primò Albel. 1. p. disp. 45.
num. 80. & alij , quos sequitur
Franciscus Tœlix capit. 6. de
scientia Dei difficul. 2. Quamuis
Iudæi non fuerint per omnia
æquales Tyrijs , & Sydonijs ; ha-
buisse tamen auxilium sufficiens
ad credendum , idque suffice-
re ad exprobrationem Christi .
Nam reprobi merito reprehen-
duntur in die iudicij comparatiuè
ad Apostolos ; imò , & com-
paratiuè ad Christum longè ma-
ioribus auxilijs ad bonam ope-
rationem præmunitum . Sed in
primis responsio ad hæc exem-
pla facilis est , nimirum non in-
crepari reprobos comparatiuè
ad Christum , quoniam ipsi pec-
carunt , & non Christus . Non
quia bonam omiserunt opera-

tionem cum talibus auxilijs ; &
Christus illam posuit cum alijs
auxilijs longe vberioribus . Nam
vt patet , sic ipsis Christum op-
ponere ineptum medium est ,
vt rubore suffundantur ; sed ip-
sis Christus opponitur , quatenus
ingentes labores perclusi
pro ipsis est , magna que benefi-
cia contulit in ipsos , vt ipso-
rum ingratitudo , ac desidia
magis appareat . Similiter op-
ponuntur ipsis Apostoli , qua-
tenus reprobi saltem habuerunt
auxilia paris roboris , vt exer-
cerent opera , saltem minus he-
roica ; quæ tamen omiserunt ,
quam habuerunt Apostoli ad
exercitium operum longè præ-
stantiorum .

13 Deinde contra solutionē
primò est . Nā , vt constabit tract.
de concord. difficultiū est com-
ponere male operantes habere
sufficiens auxilium ad bonā ope-
rationem , si ad hanc prærequira-
tur decretum antecedens , quod
pro libertate creata nequit ac-
quiri ; sed solum ponи pro arbitrio
Dei . Secundò . Nam aliud
est , quod requiritur ad reprehe-
sionem abolutam male opera-
tis ; & aliud , quod requiritur ad
reprehensionem comparatiuam
per oppositionem cum bene o-
perante . Ad primā sufficit , quod
malè operetur habens sufficien-
tiā ad bonā operationem . Ad
secundā , vñterius requiritur be-
nē operantē non habere antece-
denter

denter ad usum sue libertatis longe vberiora subficia ad bonam operationem. Ratio est, quā iam deditius. Nam obiurgatio comparativa opponit bene operantē male operati, ut hic in mala operatione pudeat ad conspectum male operantis. At nisi opponatur ipsi, qui bene operatus fuerit cum non maioribus subficijs, quam ipse male operatus est oppositione est apta ad erubescendum; sed potius ad aliquā excusationē obtendendā ex eo, quod mirum non sit alterum cum longe maioribus subficijs bene operatum esse: ergo ad increpationē comparatiuā opponendi inter se sunt, qui antecedenter ad exercitium sue libertatis, vel sint aequales; vel saltem non multum discrepant in his, quae suuant ad bonam operationem.

14. Sed, ut rem grauiissimam sub adspicū ponamus. Consideretur ex una parte Beatisima Virgo (præcisim illis, quæ physicā afferunt necessitatē amādi Deū) instruēta scientia infusa euidēter proponēte diuinās perfectiones, præstantissimaque motiva Deū amādi. Manita etiā suauissimis, & intensissimis affectionibus indeliberatis erga Deum, adeo, ut omnibus inspectis, maximā habeat necessitatē moralē amādi, minimamque potestatē physicā omittendi anōrem. Contrā verò consideretur de non suis peccatis impatiensissimi, null eq;

modis vehementissimè concitatus ad odiū Dei, atque ita pensatis omnibus, habeat necessitatem moralē odio habendi Deū, relicta potestate omittendi odium in minimo gradu sufficietia physice. Tunc sic. Quis dubitet ridiculam esse increpationem istam comparatiuam Dæmonem conferentem cum Beata Virgine? O miserum! Quomodo in his circumstantijs vehementissimè concitantibus ad odij, me odio prosequeris, cū Beata Virgo prosequatur amore in alijs circumstantijs vehementissimè prouocantibus ad amorem? Ergo similiter, admissis decretis antecedentibus, quae reiçimus, increpatio male operantis respectuē ad bene operantem ridicula est. Pro bō consequiam. Prima increpatio ridicula est, quia licet utrobique sit potetas ad omissionē odij; alibi tamen est ante usum libertatis adeo moraliter applicata ad odium, ut consurgat infallibilitas moralis odij; alibi vero tam applicata moraliter ad amorem, ut oriatur infallibilitas moralis amandi. At in nostro catu bene operans habet ante suū libertatis usum adeo applicatam voluntatem ad bonam operationem per decretum antecedens, ne resultet infallibilitas metaphysica bene operandi; cum tamē male operans habeat ante

sex libertatis usum suam voluntatem adeo applicatam præuiet ad malam operationem, ut resultet metaphysica infallibilitas male operandi: ergo à fortiori magis hic ridicula erit increpatio comparativa.

15 Respondent secundò, communiter cum Ioanne a S. Tho. disp. 20. art 5. Idcirco rationabiliter Iudeos increpari cōparatiū ad Sydonios quoniam illi non haberent maiorem potestatem ad suam cōuersionem, quam habuerunt Iudei. Quia licet utriusque disparest essent in decreto efficaci Dei circa conuersionem, quia tamen hoc decretum non requiritur ad posse cōuerti; sed potestatē aliunde constitutam applicat infallibiliter ad actualem conuersionem, idcirco in potestate ad conuersionē non datur inæqualitas. Nam obrem iure optimo possunt Iudei reprehendi comparatiū ad Tyrios, & Sydonios, quia Iudei non se conuerterunt cum potestate ad conuersionem illi æquali cum qua Sydonij conuerterentur. Sed contra primò. Quia difficillime intelligitur, quomodo sit vera, & propria potestas, ratione cuius imputabilis sit ad culpam omissionis conuersionis, sine prærequisito ad conuersionem, quod nequit pro nostra libertate comparari; sed solum ponit pro arbitrio Dei. At iuxta aduersarios, decretum antecedens effi-

cax diuinum prærequisitur ad conuersionem; solumque potest pro arbitrio Dei poni; non pro nostra libertate comparari: ergo fine tali decreto non est vera, & propria ad conuersionem potestas, ratione cuius imputabile sit ad culpam non conuerti. Sed de hoc argumento latè tract. de concord.

16 Secundò. Qui conuertitur nequit per increpationem comparativam opponi, cui non conuerritur, ut hic pudeat ad conspectum illius, si ille, qui cōuertitur habeat ad conuersionē potestatem adeo melioris conditionis, quam alter, ut unius potestas sit antecedenter ad conuersionē applicata ad ipsam per applicationem, quæ nequit moraliter componi cum non conuersione; alteriusque potestas contrario modo sit applicata: ergo à fortiori non poterit, qui non conuertitur reprehendi cōparatiū ad illum, qui conuertitur, si iste ante usum sua libertatis applicatur ad conuersionem applicatione physicè, & metaphysicè incomponibili cum negatione conuersionis, cuiusmodi applicatio est decretum efficacis antecedens conuersionis; & alter, qui non conuertitur, non applicatur similiter ad conuersionem; sed potius ad non conuersionem, ut contingit per decretum efficacis de non conuersione.

17 Explicatur. Sicut prævia applicatio moralis ad cōuersiōnem valde confert ad illam; ita etiam præsum decretum efficax ipsius; & sicut prævia applicatio moraliter connexa cum conuersione secum afferit infallibilitatem moralē conuersionis; ita prædictum decretum secum afferit infallibilitatem physicam, & metaphysicam conuersionis. Nunc inquiero. Vel ille, qui conuertitur cum illa applicatione lēcum afferente moralē infallibilitatem conuersionis redditur ineptus ex vitalis applicationis, ut comparatione ipsius obiurgetur, qui non conuertitur; vel non redditur sic ineptus? Si dicatur hoc secundū, constat clare falsitas responsio-
nis ex num. 14. Si dicatur primū: ergo cum inter prædictam applicationem, & decretum efficaciam antecedens, hoc solum discrimen sit, quod illa applicatio moralē afferit infallibilitatem conuersionis; & illud decretum infallibilitatem metaphysicam, profecto, si ex vi prædictæ applicatiōnis potestas illius, qui conuertitur adeo melioris conditionis sit in ordine ad cōuersiōnem, ut, qui conuertitur, nequeat opponi; cui non conuertitur, ut hic erubescat; a fortiori non poterit, qui conuertitur ex vi prædicti decreti illi, qui non conuertitur opponi, ut pudore suffundatur. Et quidem mirum est

id, quod superuenit potestati ad conuersiōnem moraliter conexum cum conuersione sufficiēt inaequalitatem afferre, ut, qui bene sic operatur, non possit componi cum eo, qui nō operatur bene, ut iste pudeat; & ceteris paribus, non afferre timilem inaequalitatem, quod superuenit potestati ad conuersiōnem conexum metaphysicē cum ipsa. Credat, qui voluerit, si potest.

18 Tertiō. Qui non conuertitur impeditus est à Deo non decernente cōuersiōnem ipsius, quominus conuertatur. Nam cum omisso decreti circa conuersiōnem sit incompossibilis essentialiter cum conuersione, Deus ex se omittens tale decre-
tum, impedit conuersiōnem. Rursus, qui conuertitur determinatus est, ut cōuertatur à Deo decernente efficaciter conuersiōni. At ineptus est, ut ipse, qui determinat conuersiōnem vnius, & impedit conuersiōnem alterius, reprehēdat illum, cuius conuersiōnem impedit, compariat ad illum, cuius conuersiōnem dereminat: ergo ineptū videtur, Deum obiurgare, qui non conuertitur comparatim ad illum, qui conuertitur, si prædicta decretā admittantur.

19 Tandem respondent quod post Alvarez, Ledesma; & alios afferit Ioannes à S. Tho. disp. 20. art. 5. scilicet, ideo dissentientes ref.

respective ad consentientes carpi, quoniam illi sufficientibus auxilijs abutentes impedimentum opposuere decreto efficaci Dei circa suam conuersionem; secus autem alij. Sed in primis solutio sustineri nequit, si sermo sit de obstaculo peccatorum precedentium. Tum quia in testimonia adducto non obviatur Iudai comparati cum Gentilibus, quia maiorem illi, quam illi indignitatem prahabeant ad decretum conuersionis; sed quia neque fidem, neque poenitentiam exercuerunt in circunstantijs, quibus Gentiles exercuiserint, nisi velis textui maiestam inferre vim: maximè, quia ex eo, quod Iudai reprehendantur, ut impoenitentes, quando alij poenitentiam egissent, non colligitur maiora in illis praesertim peccata: quippe Deus frequentissime pro suo infinito dominio, misericordiaque solet indignoribus vberiora impendere auxilia, si eut iuxta aduersarios Iudais, quamvis indigniores essent, quā Tyrij, copiam miraculorum, Christi prevalentiam, & prædicationem fecit; quæ tamen Tyrijs defuerunt.

20 Tum quia credibilis est grauiora præcessisse peccata in Gentilibus Idolatris, Veneficis, ac Sodomitis. Tum quia in ipsa reprehensione maioris indignitatis praecedentis idem arguementum formatur. Quamobrem dif-

ficultatis impetus non auferitur, sed differtur. Nam per te in ludæis indignoribus praesertim ante usum lux libertatis decretum Dei conexum infallibiliter cum ea indignitate maiori; cōtra vero in Gentilibus decretum infallibiliter inferens defectum eius indignitatis maioris: ergo tam difficile est, quod reprehendantur alij, quia non conuertuntur cum alijs conuerterentur, quam ex eo, quod maiorem indignitatem habeant cum alijs non habent. Tum quia negari nequit, Petrum, qui in prima occasione peccandi deliquerit, posse reprehendi respectu ad Paulum in ea prima occasione non peccantem. At tunc non est recursus ad peccata praecedentia, quia loquimur de primis peccatis: ergo ad alijs solutionem confugiendum est.

21 Praterea nequit sustineri solutio, si sermo sit de obstaculo infidelitatis, & in poenitentia sequutæ ex defectu decreti efficacis circa fidem, & poenitentiam. Tum quia, ut dixi tract. de auxilijs, & iterum firmabo tract. de concordia, contradictionem implicat impedire, per omissionem fidei, poenitentiaque, decretum efficax circa fidem, & poenitentiam prærequisitum ad hos actus. Vide indicata in resimili disput. 16. num. 10. Tum quia proposita difficultas nou superatur; sed alijs terminis reddit. Quia fidem, & poenitentiam

tiam omittentes habent ante
vsum suæ libertatis pro bene-
placito libero Dei decretum ef-
ficax circa taleni omissionem
connexum infallibiliter cum il-
la, ac proinde, si hæc omissio
est impedimentum, quo impe-
diant decretum efficax circa si-
dem, & pœnitentiam, præde-
terminantur pro libito Dei ad
impediendum tale decretum;
contra verò, qui credunt, &
pœnitentiam agunt prædeter-
minati pro libito Dei ad hos a-
ctus, prædeterminantur ad non
impediendum tale decretum.
Quomodo ergo Deus increpat
illos comparatiuè ad istos, quia
illi; & non isti ponunt obicem
decreto fidei, & pœnitentiae,
cum ipse Deus pro suo benepla-
cito prædeterminet illos, ut o-
bicem ponant; & istos, ut non
ponant?

CAPUT III.

Aduersariorum instantie.

12 **O** Bijciunt aduersarij. Se-
cundum August. cap.
10. de bono perseverantiae, &
alibi sèpè, ad diuinam reducitur
voluntatem, quod hic præ alio
consentiat: ergo licet consenti-
ens, & dissentientis adeò sint dis-
parés, ut Deus efficaciter velit
vnius consensum; potius quam
alterius, reprehendi potest dissen-
tientis relativè ad consentientem:

ergo similiter quamvis pro me-
ro libito Dei, & independenter
ab exercitio libertatis creatæ
prædeterminet Deus conser-
vum vnius; & non alterius. Cō-
firmatur primò. Quia Deus se-
cundum Paulum ad Rom. 9. 18.
cuius vult miseretur, & quem
vult inducat, quin possit homo
diuinæ voluntati resistere: er-
go consentiens, & obduratè
dissentiens fortiusq[ue]ntur discrimen
petitum ex misericordia Dei
circa vnum præ alio; & tamen
dissentiens increpari potest com-
paratiuè ad consentientem: er-
go pariter quamvis discrimen
habeant petitum ex prædeter-
minatione; & imprædeterminatione
ad consensem. Secun-
dò, quia secundum Augusti-
num cap. 14. de dono perleauer.
Discrimen ludæorum, qui dis-
credunt à gentibus, qui crede-
rent; si Chisti præfentia frue-
rentur, sumitur ex non præde-
stinatione diuina aliorum, & ex
aliorum prædestinatione. Si igi-
tur excessus in prædestinatione
non obest increpationi compa-
ratiuæ, cur obserbit in præde-
terminatione? Tertiò, quia iuxta
nos ipfos negari nequit conser-
tentem accipere à Deo maius
beneficium, & maiorem gratiam,
quam dissentientem; tamen iste
relatè ad illum reprehensibilis
est: ergo similiter licet ille; &
non ille prædeterminationem
accipiat.

23. Quartò. Nam, ut sancti PP. dissolvant questionem illā: cur vñus accipit à Deo gratiam efficacem ad cōsensum, & aliis non, minimè confugiunt ad cōsensum vñus; & dissensum alterius, sed ad profunditatem sapiētiae Dei, & inscrutabilia iudicia eius. Hinc Paulus supra ait: *O homo tu quis es, qui resonas Deo!* Hinc Prosper lib. 1. de vocatio-ne gent. cap. 25. Profunditas illius questionis, quam secundum admirationem Apostoli impenetrabilem constemur per liberi arbitrij velle, vel nolle non soluitur: ergo discrimen, vt alius habeat gratiam efficacem, & aliis non, pertendum non est ex nostro consentisu, siue absoluto, siue cōditionato; sed ex mero libito Dei præfinitionis efficaciter, & omnino independenter à nostro consensu, quod cōsentiat vñus, non consentiente altero. Tamē locus est, vt increpetur iste opposito sibi altero: ergo nostra doctrina, neque Apostolo, neque PP. congruit. Tandem, quia Pelagiani negantes donum Dei esse fieri homines ex nolentibus volētes, obiecerunt Augustino nostrum argumentum contendentes, quod ex doctrina Augustini sequeretur, iniustè corripi non obedientes. Vnde, aiunt apud August. de correp. & grat. cap. 6. *Obedientiam non accepimus, quid itaque corripiamur, quasi eam nobis dare possimus?* Quibus respondet

August. cap. 7. Iustè quidem corripi, quia sufficientiam ex Deo habentes, vt in bono perseverarent; ad malum tamen declinarent: ergo nostrum argumentū Pelagianum est; & solutio Thomistarum Augustiniana.

24. Hac argumenta, minus bene perspectam habent nostrā doctrinam. Pro solutione argumenti plenè comprehendenda præmittendum est ex tract. de prædest. Tria decreta Dei concedi posunt circa consentientē, quæ sunt consentienti specialia; non communia dissentienti. Primum est decretum conferendi ipsi vocationem efficacem ad cōsensum, nempe illam, quæ præuisa est per scientiam conditionatam fore, vt, si detur, coniungatur cum cōsensu. Hoc decretum non habet vim per se ipsum exequendi cōsensum; sed media vocatione, quæ pro nostra libertate cum cōsensu coniungitur. Vnde, cùm iuxta nostram sententiam, qui dissentient, habeat sàpè vocationem æqualis roboris ad obtinendum cōsensum, quam ille, qui cōsensum prestat planè deducitur, ex vi huius decreti non habere consentientem suprà dissentientem mains robur, & vim ad cōsentendum. Secundūm decretum est prædefinitio efficax cōsensus per modum intentionis antecedens ad cōsensum; non verò per modum virtutis deter-

mi-

minantis ad executionem consensus, Hoc decretū, iuxta nostram sententiam, non infert cōfensum per modumvis se ipsa facientis nos consentire; sed præcisē determinādo Deū, vt ea det auxilia indifferentia, quæ præuidit, fore, vt si darentur coniungenda sint cum consensu. Vnde, cum iuxta nostram sententiam, sèpè dissentiens habeat auxilia non minoris energiæ ad obtinendum consensum, planè constat, neque ex vi huius secūdi decreti, consentientē superare dissentientem, quoad robur, & vires iuuantes ipsum ad consentiendum.

25 Explicatur. Demus Petru ad cōuercionem impelli suaisionibus virtutis, vt quatuor, ad obtinendam conuerctionē. Demus Antonium suaisionibus eiusdem virtutis impelli ad conuersiōnē: cum hoc solo discrimine ex parte vtriusque, quod Petrus prædictis suaisionibus adiungit pro sua libertate conuerctionē; secus autem Antonius. Certè, si alius homo ex una parte habeat in sua potestate suadere Petro suā conuerctionem suaisionibus prædictis virtutis, & aliunde, quia per diuinam reuelationem ipsi certo constat, semel adhibitis eis suaisionibus conuertendum esse Petrum, velit toto peccatore, vt Petrus conuertatur, nihilq; aliud ad hunc finē præstet, quam prædictas suaiones adhibere. Certè in isto casu æquales erunt, quoad

vires ad conuersionē Petrus, & Antonius, licet quoad affectum eius hominis dispare sint. Vnde nullus negabit hac disparitate nō obstante petita ex affectu, quem suadens habet connexum cum conuersione Petri, posse increpari Antoniū, qui non cōuertitur, opposito sibi Petro, qui cōuertitur. Tertiū decretū est, quod nō est antecedens, siue per modū intentionis, siue per modū decreti executiū ad consensum Petri; sed præcisē concomitans eum consensum; & quoad suam existentiā, & non existentiā non solum in arbitrio diuino, sed etiā in arbitrio creato constitutū iuxta dicta disp. 10. de prædest.

26 Hinc ad argumentū respōdeo. Tribuitur quidē diuinay voluntati consentientem ponere suum consensum; nor tamen, quia Deus talē consensum prædecernat efficaciter, vel præfinitione de se habente vim, vt potentia executiā determinet ad executionem, vel inferente prædeterminationem creatā determinantem infallibiliter ad executionem; sed quia talem cōsentīsum decreuit, vel decreto non adhibente maiorem vim ad cōsentīsum obtinendum à nostra voluntate, quam si tale decretum non existeret, ac proinde cōponibili cum æquali vi physica ex parte dissentientis ad consentiendum; vel decreto, quod suapte natura sic existit, vt simile decre-

Es tum

tum existere, positum sit in arbitrio libero dissentientis. Vnde, si dissentientis respectu ad consentientem obligatus, respondeat: Ego non contentio sicut alter, quia meus consensus non est à Deo definitus, sicut consensus alterius, in promptu erit hæc redargutio. Quid hoc refert, si pensatis omnibus, non obstante decreto Dei, æqualis roboris subsidia habuisti ad consentiendum ac alter, & vel decretum, quod datur respectu alterius non magis innuat ad consentiendum, quod subsidia, quæ in te existunt, vel si est decretum requisitum ad cōsensum, cōstitutum est in tua libertate, quod respectu tui existat, sicut existit respectu alterius; & æqualiter adiutus es ex parte Dei, ut existentiam eius decreti determines, ac adiutus est alter?

27. Ad primam confirmationem similiter respondetur. Apud prædeterminantes sumitur delictum, ex eo, quod dissentientis careat prædeterminatione, ac decreto, tum habentibus vim determinandi infallibiliter voluntatem nostram ad consensum; tum etiam ita prærequisitis ad consensum, ut dissentientis nequeat pro sua libertate comparare tale decretum prædeterminans; & contra consentiens habeat talem prædeterminationem, ac decretum, quod cum increpatione comparativa non

constare, probatum est efficaciter. At in nostra sententia, tametsi cōsentientis resistere nequeat Deo volenti efficaciter, quod cōsentiat, quia cū hoc decreto nequit cōponere dissensum; dissentientis tamē sapè est æqualis cōsentienti, quoad omnia subsidia viribus prædicta, ut cōsensum obtineat: & licet inæquals sit cōsentienti, quoad aliqua decreta, que respectu cōsentientis dātur; tamē, cū hæc decreta, vel præcisè pertineat ad ordinē affectiū nō addendo nouā vim ad consensum efficiendum; vel talia decreta, quoad suam existentiā cōparari possint pro libero dissentientis arbitrio, manet omnino locus ad increpationē comparatiā, ut constat ex prænotatis.

28. Ad secundā confirmationem. Tametsi discrimen Iudeorum, & Gentilium suinatur, quia Iudei discredunt, & gentes credent; libenter tamen fateor, sumi etiā ex parte Dei, qui non prædestinavit Iudeos ad fidem; & prædestinavit Gentiles. Nam, ut cixi tract. de prædest. non est aliud iuxta Augustinū prædestination ad fidē, quā decretū aternum Dei connexū infallibiliter cum illa, & ut iam diximus, variā decretā dātur huius generis, quando fides exercetur. At, cum hæc decretā, ut dicebamus, nouam vim non addant ad credendum, & quā requiruntur ad fidē eo modo, quo requiruntur ad il-

lam,

Iam, possint pro libertate dissentientis quoad ipsorum existentiam cōparari, nō excluditur ratio ad obiurgationē cōparatiuā. Ad tertiam. Excessus beneficij, quod in consentiente p̄̄ dissidente est, sumitur ex nostro cōsensu, dono quidem Dei, per quod, auxilium redditur efficax. At ex aduersarijs excessus sumitur ex p̄determinatione consentientis, & impr̄determinatione dissentientis. Et cūm hic excessus nō sit in potestate libertatis creatæ, neq; obiurgatio comparativa potest esse h̄c. Quare impr̄determinatus es, cūm alter p̄determinetur? Nec etiā h̄c. Quare dissentiris cum alter consentiat: vt argumentatis factis iam euicimus. At iuxta nostram sententiam æ quo iure potest increpatio cōparatiua, sic formari. Quare cum talibus auxilijs ad cōsensum nō posuisti cōsensum, eaque reddidisti efficacia, cūm alias cum non fortioribus auxilijs cōsentirerit, eaque reddiderit efficacia?

29 Ad quartā. Post alios nostros DD. respondet elegantissimè P. Annatus disp. 1. num. 16. Duplicem hic diuersissimā esse obiectionem, & quæstionē. Prima, quam Thomistis nos opponimus, & neque Apostolo, neq; Augustino fuit opposita. Secūda, quam Hæretici Catholicis omnib; opponere possunt. Et quia nō solum doctrina dignissima est, quæ plenè percipiatur; sed verba Pa-

tris Annati dignissima, quæ trāscribātur, sic ex ipso dicatur. Prima quæstio est. Quare mihi exprobras, quod inefficacia reddā h̄c media, eo nomine, quod eadem in Tyro, cū quibusdā alijs, & quidē efficacioribus ex speciali decreto dandis non fuissent inutilia, cum sit verissimū, neque Tyrū aliud facturū, quam, quod ego facio, si nō haberet aliud auxilium, quam, quod mihi datum est, neq; me minus facturū, quā Tyrus faceret, si mihi auxiliū idē quod illi fuisset decretum. Secūda est. Cū postes ira res dispone, vt media, quæ mihi suggeris essent efficacia: & ea, quæ suggeris alteri nō essent, quare maluisti ordinē hunc reb; p̄ræscribere, quām illum? Interrogatio prior procedit ex opinione iniusta exprobrationis: posterior ex opinione iniusta dispositionis.

30 Illa ratione nititur, quæ solui non potest, nisi negando, quod assumit, nempe tantā esse disparitatem virium in alijs, & in alijs ante suum cōsensum. Hec non nititur ratione, quin potius illi admodum repugnat, Deum submittens hominum iuri: ad mensque libertatem disponendi de rebus prout vult. Illa, nec proponitur, nec soluitur vñ, quam apud August. aut Prosp. vt nec apud Apostolum. Hæc proponitur, & soluitur non per humanum velle, sed per diuinum, his verbis: *Homo tu quis*

es, qui respondens Deo. Nunquid potest sigulus, &c. Vnde in hac questione, cur Deus sicut vni dedit gratias, quas efficaces prauidit, non dedit similiter alteri, vt potuit; sed potius inefficaces? non habemus, qui scientiam mediā tuemur aliud responsum præter hoc vnum, adoranda scilicet diuinæ sapientiæ consilia, &c: O al titudo diuinarum! Et: Tu quis es, qui respondeas Deo? Et: An non licet mihi, quod volo facere? Hæc est illa questionis profunditas, quā Prosper negat solui posse per velle, vel nolle creati arbitrij; soluendaque est per velle, vel nolle arbitrij diuini. Hactenus, paucis mutatis P. Annato.

31 Ad ultimam respondeo, diuersissimum esse argumentū, quod Augustino, & Catholicis Pelagiāni obieccebant; & quod nos. RR. Thomistis opponimus. Nostrum sumitur ex eo, quod insulsa sit exprobratio, quæ imbecillibus opponit, quod non operentur, quando longè fortiores operātur. Vnde nostrum argumentum tendit ad excludendam comparatiuam obiurgationem, collatis imbecillibus ante actualem operationē cum longè robustioribus ad operandum. At Pelagianorum argumentum contendit, non esse reprehensione dignos, qui non cōsentient, ex eo, quod impossibile sit bonum cōsensum habeti, nisi donatum à Deo. Non c.

nim percipiebant, quoniam modo sit quis reprehensibilis ex defectu illius, quod ab alio gratiā sed donatur. Vnde Pelagianorum argumentum tendit directè ad excludendam reprehensionem absolutam non consentientis; non ad erubescētiam imbecilloris, quod ipse otietur, quando longè fortior operatur. Hinc Polag. vt reprehensio non contentientis staret, in errorem ingratissimum, & perniciōsissimum inciderunt, nempe cōsensum salutarem non esse donatum à Deo. Nos libentissimè fateamur, milieisque clamamus, cōsensum ipsum salutarem esse donum Dei, cum quo stare dicimus reprehensionem non consentientium. Vnde ex diametro Pelagianis aduersamur.

32 Ad hæc. Esto Pelagiāni contendorint ex Augustiniana, nostraque proculdubio doctrina, comparatiuam exprobrationē eneruari. Quid inde? Nonne fas est ex diuersis medijs hæreticis, & Catholicis idem absurdū arguere? Nonne Ciceronianis arguentibus nostræ libertatis detrimentum ex scientia Dei videntis ab ēterno, quid in tempore sumus acturi, nefas nobis crit detrimentum libertatis arguere, si non ex prædeterminatione, quatenus probabilit̄ ter à Thomistis defensa; saltem ex illa, quatenus per errore intru-

intruditur à Calvino? Quis dubitet? Non ergo, sicut demus Pelagianos inferre comparatię in crepationis imbecillitatę, ex eo quod consentiens salutariter habet suum consensum donatum à Deo; & non consentiens non habet à Deo donatum (quem tamen habet à Deo sincerissimè oblatum) ideo nobis piaculo tribuendum erit inferre ex diuerso medio comparatię exprobra tionis debilitatę, nempe ex eo, quod consentiens habet suum consensum, non solum donatum à Deo, sed vi prædeterminata simpliciter prærequisita extortum, vt cōtendimus; cum tamen adeò sit dispar non consentiens, vt hac prædeterminatione careat, æqualibusq; viribus trahatur ad dissensum,

CAP. IV.

Indicantur testimonia PP. pro nostra sententia.

33 **I** Ndicamus, inquam, breuiter, non prosequemur fusę, quia de hoc negotio satis latè egimus tract. de auxil. & Deo dante agemus tract. de concordia. Igitur quoad exclusiō nem decretorum efficaciū omnino antecedentium, fauent primò. Chrysost. Euthim. Hilari. Hieron. Theophil. Ansel. Glosl. Ordin. S. Tho. & illustrius Aug. Videndi apud P. Ruiz de scien-

tia disput. 61. sect. 5. quatenus opponunt male operantibus exemplum benè operantium, vt erubescant. Quod pro nobis efficacissimum est, iam constat satis. Fauent secundò apud eundem Ruiz ibidem Basili Hieron. Chrysost. & præcipue Cyrillus Alex. afferentes male operantibus nihil deesse ad bonam operationē ex prærequisitis ex parte Dei; deest autem ipsis decretum efficax simpliciter antecedens, & prærequisitum, iuxta aduersarios ad bonam operationem. Fauent tertio apud Paulum Leonar. 2. p. respons. cap. 1. num. 3. Clemens Rom. Dionisius Areopag. Clemens Alexand. Athanas. Chrysost. Nazianzen. Damascen. August. Bernard. & innumeri alij impugnantes fatum præueniens nostros actusliberos, quod alij ab astris, alij à diuina voluntate præuenire iudicabant. Pro quo nota, fatidicorum sententiam apud Iulium Syrenium lib. 3. de fato capit. 28. Dicebant fatum non destruere hominis naturam, & ideo manere semper in nobis nolle, & velle, quia efficacia diuinæ predefinitionis non est in ruinam liberæ facultatis; sed in adiutorium, & subministratioē eius. Videlicet ab his terminos despissite prædeterminatē. Unde arguitur. Tametsi Ethnici dicant non infirmari; sed firmari libertatem per fatum, impugnat-

tur à PP. quia per conditiones, quas fato adscribunt, id ipsum re ipsa destruit, quod ore adstruit. At cōditiones, quas fato adscribunt sunt independere à nobis, quoad existentiam, & non existentiam, & tamen existens non posse ab actu libero separari, ut constabit legenti PP. isteque sunt conditiones, quas prædeterminatōes tribuit suis decretis præ determinantibus: ergo, &c.

34. Fauet quartò apud P. Ruiz de scientia disp. 33. sect. 3. & 4. August. Iustin. Athan. Chrysost. Cirillus Alex. Epiphan. Hieronim. Damascen. Origen. Euseb. Boet. Beda. Hugo Victor. & ali; apud Paulum Leonar. 2.p. responf. sect. 3. num. 12. quatenus, ut scientiam infallibilem Dei cum nostra libertate concilient, sedulo defendunt non esse causam nostri consensus, vbi satis significant causam illius conexam infallibiliter cum illo cuiusmodi est decretum prædeterminans, libertatem diruere. Fauet quintò (præter August. citandū cap. seq.) Clemens Rom. Epist. 3. dicens: *Nihil esse quod audientes fidem ad credendum determinet extra arbitrium eorum.* Item, si quid esset, quod aī credendum, vel non credendum determinaret, meritum, & libertas tolleretur. Non ergo alia determinatio ad actus liberos concedenda est, præter constitutā in potestate liberi arbitrii. Fauet sexto PP. qui

dicunt Deum profunda corda scrutari, ut cōgrua remedia dispenset. Videatur Chrysost. Homilia 19. in Genes. Homil. 22. & ad Hæbr. 13. & alij p̄t simi: quae orsum enim profunditas cordium perscrutanda, si determinatio ad actus liberos præsupponitur ex parte Dei independenter ab electione cordis? Prætermis̄ pluri bus indicatis, & indicandis in anterioribus, & seqq. Fauet septimò. Hugo Victor. in annotat. ad Rom. cap. 9. sentiens ex duobus æqualiter præuentis gratia consentire alterum, & alterum respuere: quod non fitare in principijs prædeterminantium certissimum est.

35. Deinde, ut speciālius cōmemorē August. Fauet hic præstantissimus Doctor quadruplici nomine iam cōmemorato. Rufus. Quia quintò de Civit. cap. 10. excludit ab operib⁹ honestis, & prauis necessitatē, quæ non est in nostra potestate. Necessitas autem ex decreto prædeterminante orta siue dicatur antecedens; siue ad occultancā difficultatem, dicatur consequens, non est in nostra potestate, siquidem, iuxta aduersarios, existētiā ipsius euitare non possumus. Ad hæc, quatenus ait lib. 3. de lib. arbit. cap. 28. cum libertate pugnare causam actus cui liberū arbitrium nequit resistere. At decretū prædeterminans talis causa est, quia sic nostram operacionem

nem causat, ut cum ipsius conatus ad illam componere non possumus non operari. Item, quatenus 3. de lib. arb. cap. 4. vt nostrā libertatem cum diuina scientia conciliet, studiosē defendit, eam scientiam nō magis esse causam actus futuri, quam nostram memoriam actus præteriti. In hoc igitur quorū adeo incumbit; si actus liber patitur causam suis viribus infallibiliter connexam cum illo? Deinde, quia quest. 2. ad Simplician. ait: *Quamvis multi vno modo vocati sunt, tamen quia non omnes eodem modo affecti sunt, illi solum sequuntur vocacionem, qui ei capienda reperiuntur idonei: ergo diuersimode sequi diuinam vocationem nō est pendentum ex decreto prædeterminatē suapte natura in quibuslibet circumstantijs infallibiliter connexo cum responsione diuinæ vocationis; sed ex variarum circumstantiarū occursu, in quibus; quia magis idonei sumus, ut pro nostro arbitrio diuinam vocationem acceptemus, illam re ipsa, Deo donante, & cooperante acceptabimus. Denique, quatenus ait 12. de Ciuit. cap. 6. contingere alterum consentire dissentiente altero, cum tamē ante consensum, & dissensum sint in his, quæ ad consentiendū iuant, per omnia æquales.*

36 Propterea (missis alijs, quæ forsan attingemus infra) putauit Illustrissimus Episcopus, & Ge-

neralis Quæsitor Ferdinandus Mascareñas tract. de auxilijs dis-put. 2. p. 5. num. 5. D. August. neque indicaste vñquam, nec planè somniasset decretum prædeter-minans. Scripsit etiam Eugenius Philadelphius in exercitatione scholastica tripartita cap. 3. §. 7. Quicunque Aug. familiares sunt, nunquā adduci potuerunt, ut pre-determinationē illi aliquādovenisse in mentē suspicentur, ne dor-mienti quidem. Deinde Didacus Paiua vñus ex PP. Tridētini lib. orthodoxarū explicationū ait: *Hanc Coloniensium causam (quæ causa Societatis erat) tam esse cum Augustini causa coniunctā, ut il-lorum hostis esse nullo modo possit qui Augustino quoque bellum non indixerit. Hæc testimonia, quia externorum, facilius apud plures fidem facient.*

37 Demū faveat PP. innumerī quæstiones illas excitates, quarum meminimus disp. 19. II. 14. Discutientes enim, cur Deus cū præsciulset Adamū peccaturū, illū cōdidit, & his similia, nūquā meminere decreti diuini, vbi talis notitia inniteretur. At illud nō omitterent, si illud agnoscerent: ergo illud nō agnoscunt. Minor probatur. Nā cōtra tantorū PP. ingenitatem esset omittere id, quod maius, negotiū facessit, & solū proponere, quod in eadem causa non tantā difficultatē in-gerit. Quis autē non videat diffi-cilius, & mirabilius esse, & saltē Ee. 4 quoad

quoad speciem non adeò videri decens diuinam bonitatē, quod Deus ex se ipso prædecreuerit malas operationes hominis si creetur, & hoc non obstante de- cernat hominē creare ; quam hanc decernere creationē cum præscientia, quod homo nō qui- dem prædeterminatus à Deo; sed solum ex propria determinatio- ne prava male operabitur.

CAPVT. V.

Rationibus probatur nostra sententia.

38. **S**cientia conditionatorū contingentī innixa decreto prædeterminanti multis argumentis rejici potest, quorū aliqua perstringam breuiter, quia propriam sēdem habent in disp. de auxilijs. Adiçiam rursus, quæ magis propria sunt huius loci. Quoties mentionem facio decreti conditionati loquor de decreto prædeterminante Thomistico subiectiū absoluto; & obiectiū conditionato. Prima ratio sit. Nō est aptum medium ad cognoscendum fore conuer- sionem liberam Tyriorum, si vi- derent miracula Christi, decre- tum, quod sub ea cōditione pugnat cum libertate conuer- sionis. Sed tale est decretum prædeter- minans conditionatum: ergo nō est aptum medium, &c. Minor latissimè, & efficacissimè pro-

batur tract. de auxilijs, & de cō- cordia. Cuius probationi apten- tur dicta in hoc tract. disput. 13. num. 9. & 10. ¶ Secunda ratio sit: Quia iuxta aduersarij, ne- quit elie prærequisitum ad con- uersionem liberam conditiona- tam decretum prædeterminans conditionatum, nisi prærequisi- tum sit ad conuerzionem liberā absolutam decretum prædeter- minans absolutum. Sed hoc se- cundum est falsum: ergo & pri- mum.

39. Minor probatur quia aliās non erit in potestate libera ho- minis non prædeterminati ad suam conuerzionem se conuer- tere. Vnde non poterit ipsi ad culpam imputari non se conuer- tere: cumque omnis, qui non conuertitur, sit non prædeter- minatus ad conuerzionem, nulli, qui non conuertitur imputabile ad culpam erit non se conuer- tere. Sequela probatur efficacissimè. Nam, qui simul caret me- dio prærequisito ad finem, & po- testate libera ad comparandam existentiam eius mediij, non ha- bet potestate libera ad hoc, ut finis existat. At non prædeter- minatus ad conuerzionem caret simul, & decreto conuerzionem prædeterminante, quod est me- dium prærequisitum ad conuer- sionem; & potestate libera ad sibi comparandum hoc decretū, quod, ex aduersarijs, non est cō- parabile pro determinatione li- bēr-

bertatis humanæ; sed purè possibile pro arbitrio Dei: ergo non est in potestate libera hominis ad conuersionem non prædeterminati se conuertere.

40 Confirmatur paritate, quam iam dudum proposui tract. de auxilijs, virisque doctis magni ponderis visa fuit, fallaciamque solutionum, quæ præfato argumento adhiberi solent satis dergens. Non minus, ut homo se conuertat prærequiritur prædeterminari à Deo ad suam conuersionem, quam, ut Deus conuertat hominem, prærequiritur Deum prædeterminare hominem ad eandem conuersionem. Deinde, sicut, ex adversarijs, nō requiritur hæc prædeterminatio ad posse hominē conuerti; sed ad actualiter conuerti; sic non requiritur Deum prædeterminare hominem, ut possit ipsum conuertere; sed ut actualiter conuertat. Nam alioqui non omnes posset Deus conuertere; sed illos solos, quos actualiter conuertit. At, si Deus non solum non prædeterminaret hominem ad conuersionem, sed neque pro suo diuino arbitrio prædeterminare posset, nō haberet facultatem liberam, ut hominem conuertet, quia sic deficeret Deo medium vnicè prærequisitum ad conuertendum, facultasque libera ad dannam existentiā ei medio. Ergo si homo non solum non sit præ-

determinatus ad conuersionem; sed neque potestatem liberam habeat, ut existentiam eius decreti prædeterminantis acquirat, nō habebit facultatem liberam, ut se conuertat: quia tunc deficient homini simul mediū prærequisitum necessarium ad suā conuersionem; & potestas libera ad præstādum, quod tale medium existat.

41 Explicatur. Sicut in sententia Thomistarum est medium necessarium requisitum ad conuersionem hominis decretum diuinum prædeterminans conuersionem; sic in sententia Societatis est medium necessarium requisitum ad conuersionem, Deum vocare hominem, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respiciat. Id est, vocare hominē præsciendo fore, ut conuertatur, si tali vocatione palfetur. Præterea. Sicut in sententia Societatis non est requisitum ad posse Deum conuertere hominem vocare ipsum cum hac præscientia; sed solum est necessarium ad conuertendum actualiter hominē. Nam alioqui Deus conuertere solum posset eos, qui conuertit actualiter; ita iuxta sententiam Thomistarum, licet, ut Deus conuertat actualiter hominem sit necessarium medium prædeterminare illum ad conuersationem; hoc tamen necessarium non est ad posse Deum conuertere hominem. Nam alioqui solum possit.

posset conuertere, quem cōuerterit. ¶ Tunc sic. Sæpe nobis opponunt aduersarij, possibile esse in nostra sententia dari hominē tam duræ ceruicis, vt quibuscumque vocationibus pulsaretur à Deo, resisteret; ac proinde respectu cuius non habeat Deus vocationes congruas, quibus infallibiliter ipsum conuerrat. Ex quo inferunt, quod poterit dari casus in quo Deus pro supremo dominio suo libero, non possit conuertere hominum corda. At hæc illatio totam vim sumit ex eo, quod possibilis sit casus in quo Deus nō habeat liberam, & expeditam facultatem ad ponendum id, quod requiritur ad cōuertendum actualiter hominē; nō vero requiritur ad posse cōuertere. Ergo in Deo, ex ipsis aduersarijs, defectus medijs requisiti, vt conuertat hominē simul cum defectu potestatis liberæ ad præstandum, quod tale mediū existat, rectè infert defectū potestatis liberæ ad conuertendum hominē. Ergo in homine defectus medijs requisiti necessario ad conuersionem actualē, nempe defectus decreti prædeterminantis, simul cum defectu potestatis liberæ ad præstandū, quod tale mediū existat, rectè infert in ipso homine defectū potestatis liberæ, vt se ipsū cōuertat.

42 Tertia ratio sit. Nam si requisitū esset decretū cōditionatum ad consensum conditionatum,

ac proinde decretū absolutū ad cōensem abſolutū, lequeretur tam utile, & forte mediū utiles esse ad obtinēdū à nobis cōensem salutarē remittere, & infringere cogitationes, & affectiones allicientes ad cōensem, quā intendere, & roborare. Qued quis nō videat contra lensū omnium fidelium esse, cōmuneq; modū loquendi Patrū circa suavitatem prouidentiæ diuinæ? Sequela probatur. Quod est utiles, vt Deus ex sua misericordia exerceat decretum prædeterminans cōensem salutarē, utiles est, vt à nostra volūtate talē cōensem obtineat, vt ex se manifestū est. At, vt Deus ex sua misericordia tale decretū exerceat, utiles est prædictas cogitationes, & affectiones remittas esse, quā intensitas: ergo remissio utilior est, quā intensio ad obtinēdū à nobis cōfensem salutarē. Minor probatur. Nam, ille, inspectis omnibus aptior est, vt à Deo misericorditer adiuetur, qui sine culpa sua inuenitur imbecillior ad cōsentendū, & cōsequenter indigentior diuino adiutorio. At ille, qui non ex culpa sua; sed aliude, remittas; potius quā intensitas habeat cognitiones, & affectiones ad bonū, sic imbecillior, & indigentior inueniretur. Igitur aptior vt à Deo prædeterminante adiuetur. Vnde, si rem inspicias, ex aduersarij sententia sequi videtur subsidia cogitationum, & af-

affectionum, quo minora sunt
subsidia, eo esse maiora.

43 Hinc possumus quartò ar-
guere sic. Hominem absolute
ponere actum peccati non est
transgredi præceptum, Deo ab-
solute determinante transgres-
sionem materialem; & non de-
terminante obseruationem: ergo
hominē conditionatè peccare,
non est conditionatè transgredi
præceptū. Deo cōditionate de-
terminante transgressionē mate-
rialē; & non obseruationē. Cō-
sequentia est dona, & antecedēs
probatur. Quia ex oposito seque-
retur magis proportionatum, &
magis idoneū est hominē ad e-
uitandū peccatū, quo vehemē-
tius à Dæmone tētetur, vnde in-
signis eset Dæmonis stultitia tē-
tationes acuens ad conlequendū
peccatū. Sequela probatur. Nā,
vt Deus, nō ex nostra; sed inerē
ex sua libertate determinet ho-
minē ad evitatem peccati, ma-
gis idoneus est homo vehemen-
tissimē, & ardenterissimē, quā te-
pidē tētatus. Qui enim sine cul-
pa sua vehementissimē inducitur
ad ruinā, magis idoneus est, vt à
potentissimo, & misericordissi-
mo fortius adiuuetur, quā tepi-
dissimē incitatus. At, quod homo
magis proportionatus, & magis
idoneus est ad hoc, vt Deus pro
sua mera libertate determinet
hominē ad evitandum peccatum,
magis idoneus est ad evitandum
peccatū, quod per vos nō aliter

euitatur, quā sic Deo determi-
nante evitatem: ergo, &c.

44 Explicatur. Nam, vt mani-
festū erit percipiēti mediocriter
principia aduersariū, catenus
grauior tēratio propinquioreū
redit hominem ad ruinā, quia
magis est idonea, quā leuior ad
non obseruationē præcepti. Sed
hoc nō est ita, & oppositū potius
verū est, quia potius grauior tē-
ratio reddit hominē propinquio-
rē, vt Deo ipsum determinet ad
obseruationē præcepti, quod nō
aliter obseruatur, quā determina-
nte Deo: ergo grauior tēratio
nō reddit hominē propinquio-
rē ad ruinā, quā leuior. Quam-
obrē, vel aduersarijs dicendū est
nullā tentationē quantūcūque
acrem esse de se grauiorē alia,
quantūcūque frigida; sed solum
peraccidens, quia frequētius alia
quā alia cōiungitur cum præde-
terminatione ad materiale pec-
cati; vel si aliqua grauior est suap-
te natura, non erit illa, quæ vehe-
mentior est; sed, quæ frigidior.
Quæ qualia sint, facile quiq; e
prudentes expendent.

45 Quinto. Ex ipsa futuritione
cōditionata actusprævi, sic aliter
arguo. Tētationē A, vehementi-
simā esse, valde probabile recidit
fore, vt Petrus peccaret, si tali
tentatione incitaretur. At non
redit valde probabile, quod
iam Deus ab æterno habeat hoc
decretum, volo; vt ponere Pe-
trus actū peccati, si tali tentatione
inci-

incitaretur: ergo illud fore conditionale, nō sumitur ab eo decreto. Maior, & consequentia patent. Minor probatur. Quando subiectum actu non virgetur aliqua tentatione ad determinandum actum peccati; sed præcisè penetrat naturam eius temptationis, nulla inde probabilitas oritur, quod iam se determinat, siue ad hoc, vt peccatum absolute existat, siue ad hoc, vt existat casu, quo detur talis tentatio, præfertim si penetrare naturam eius temptationis potius deterpiat ad hoc, vt preceauat peccare casu, quo ingruat tentatio. Atqui Deus prædicto modo se habet, quando verū est, fore, vt Petrus peccaret, si tali temptatione pulsaretur: ergo ex temptatione lumpata respectuē ad Deum nulla probabilitas oritur de existentia talis decreti. Consequentia est clara. Declaremus præmissas, quæ videntur verissimæ. Maioris veritas cernitur in homine iusto, qui naturam vehementissimæ temptationis ad negandam fidem considerans, secum voluit nunc minimè concitatus tali temptatione, quid ageret si tentaretur. Ridiculus esset, qui diceret has circumstantias probabile reddere, quod iam nunc iste iustus decernat negare fidem, si forte tali temptatione prematur. Hoc autem ideo ritum mouet, quia iste iustus nunc non virgetur tali temptatione; sed manet in tranquil-

litate animi, & præcisa consideratio tentationis non incitantis de præsenti conducit potius, vt ex nunc se præmuniat ad euitandum peccatum, si forte postea tentetur, quam vt nunc peccare decernat, si adueniat tentatio. Patet ergo maioris veritas. Minor etiam constat. Nam quando verum est, fore, vt Petrus peccaret, si tali temptatione pulsaretur, non adest ea tentatio siue Deum, siue hominem impellens, vt peccatum determinent; Deum autem considerare naturam eius temptationis, & quantum homo miser ea preslus vexaretur, iuuat potius, vt pījīsima Dei viscera miseratione cōmota decernant iuuare specialiter hominem, si in tanta preslura constituatur, quam ad anticipatę decernendum, quod ponat actum peccati, si tali temptatione prematur.

46 Sexta ratio sumitur ex his, quæ diximus disputat. 11. de prædest. Ex quo loco constat ad actus prauos non requiri, sed potius implicare decretum præterminans ipsos secundum suū esse physiscum: ergo, vt conditionate existant, non requiritur decretū conditionatum præterminans. Sed de hoc argumēto plura ibi. ¶ Septima ratio sit, quæ colligitur ex dictis eo tractat. disputat. 9. capit. 2. & disput. 6. à num. 61. Quam rationem sic formo. Potest Deus certa,

certa, & intrallibili notitia cognoscere hanc veritatem: Si tribuam Petro libertatem ad obseruandum, & transgrediendum præceptum non furandi, furabitur. Sed hanc veritatem nequit cognoscere ex vi decreti prædeterminatis absoluti subiectiuè; & obiectiuè conditionati: ergo potest illam cognoscere indepedenter ab eo decreto. Minor probatur. Tale decretum coniungibile est cum ea libertate Petri ad obseruandum, & transgrediendum præceptum. Deinde tale decretum non est coniungibile cum ea libertate: ergo est implicatoriū: ergo vi illius re ipsa exerciti prædicta veritas cognosci non potest. Antecedens quoad primam partem patet. Nam decretum, quod non est coniungibile cum aliqua cōditione, nihil infert pro eventu talis conditionis; sed potius tunc nullatenus existit. Sic, si modo decernā: Ecclesiam adibo si nullum actum voluntatis habeam: Certè hoc decretum non infert purificata conditione, me Ecclesiam adire: cum enim conditio sit nullum actum voluntatis habere, non existit pro tunc eiusmodi decretum, & consequenter nihil pro tunc infert.

46 Secundam partem antecedentis probbo. Ut creatura libertatem habeat ad obseruandum, & transgrediendum præceptum requiritur, ut supremus Dominus, cui subordinatur ita,

ut sine ipso beneplacito nequeat obseruare præceptum, vel non sit ex se ipso determinatus ad hoc ut non obseruetur præceptum, vel saltem sit promptus, & paratus, quatenus ex ipso est, ut præceptum obseruetur. Atqui creatura subordinatur Deo, ut supremo Domino, sine cuius beneplacito nequit operari, & Deus sic ex se ipso decernens efficaciter: Statuo, ut creatura si habeat libertatem ad obseruandum, & transgrediendum præceptum non furandi exerceat eam actionem, non est ex se paratus, neque non determinatus, ut posita in creatura tali libertate præceptū hoc seruetur; potius tale decretum pugnat cum præparatione animi ex parte Dei, ut in tali casu præceptum obseruetur: ergo tale decretum coniungi non potest cum libertate creaturæ ad obseruationem præcepti. Consequentia patet. Maior videtur certa. Si enim Petrus v.g. nequit à me librū accipere, nisi ex meo beneplacito, non stabit libertas Petri ad accipiendum librum, si ego tam absim, ut velim illi librum dare, quod potius velim efficaciter negare. Deinde quomodo imputabitur ad culpam Petro talem librum non legere, si nō possit legere, quin ego sim animo paratus, ut legat; & aliunde toto pectore nolo, quod vel librum habeat, vel legat? Si ergo creatura, ut certissimum est, ita Deo

Deo subordinatur, ut contradi-
ctionē implicet obseruare præ-
ceptum sine beneplacito Dei,
cerre, si Deus pro tali, vel tali
casu non est voluntate sua para-
tus, ut creatura præceptum ob-
seruet; sed potius habet volun-
tatem efficacem in contrarium,
quam creatura, neque frustrare
valet, neque impedire; sane hoc
inconiungibile prorsus cum eo
erit, quod creatura pro tali, vel
vel tali casu libertatem habeat.
Quo fit, decretum hoc Thomis-
ticum infrustrabile, & inimpe-
dibile à creatura, quod Deus pu-
rè ex se ipso concipit: *Statuo, ut*
si creatura talem libertatem habeat,
eliciat actionem furandi, esse cum
eo inconiungibile, quod creatu-
ra talē habeat libertatē, si ipsam
habeat. Quo nihil implicantius.

48 Minor certa est quoad pri-
niam partē de subordinatione
creatūrā ad Deū, quam ibi signifi-
cavimus. Quoad secundā partē
patet. Quia nihil magis opponi-
tur cū prōptitudine, & præpara-
tionē voluntatis ad vñā partem,
quā decretū efficax partis oppo-
sitæ. Atqui Deus decernens, ut si
creatūra ponatur libera ad obser-
uationē, & transgressionē præ-
cepti non furādi exerceat actio-
nē furandi, decretū ex se ipso ha-
bet ab intrinseco efficax infrus-
trabile, & inimpendibile à crea-
tura circa partē, quæ opponitur
præcepti obseruationi pro cir-
cūstantia talis libertatis; ergo nō

habet præparationē, & prōpti-
tudinem animi, vt pro tali casu
præceptū obseruetur. Et quidem
nullus dixerit, subditū, qui toto
pectore refugit Indos adire, quā-
vis id à superiore præcipiatur,
paratū animo esse, vt Indiā adeat
præcipiē superiore. Nullus di-
xerit promptū, & paratū esse pa-
rente, vt filius, si velit, religionē
ingrediatur, qui decernit ex se
ipso, quā efficaciter potest, vt fi-
lius quātūvis velit non agredia-
tur religiōsā vitā. Vbi quo no-
ta. Primū est. Cum homines nō
possint pro sua libertate, iuxta
sententia Thomistarū, impedire
existētiā illius decreti antecedē-
ti efficacis, de quo loquimur, fit
iuxta eam sententia, non solum
Deū esse imparatū, vt humana
voluntas obseruet præceptū; sed
etiam hæc impotens est, vt pro suo
arbitrio, vel Deū paratū reddat
ad obseruationē; vel saltem im-
pediat, quod imparatus sit. Quo
videtur prorsus interclusus adi-
tus, vt prædictū decretū cōiung-
ibile sit cū libertate ad obser-
uandū præceptū. Secūdū est, qui
voluerit D. Th. pro nobis perpē-
dere, præstabit facile, si legat ip-
sum in cap. 6. Ioann. lect. 5. q. 3.
illis maximē verbis: *Ex quo ergo*
Deus paratus est dare omnib⁹ gra-
tia, & ad se trahere, nō imputatur
ei, si alius non accipiat; sed ei, qui
non accepit. De hac præparatione
multa dixi tractat. de auxilijs,
dicturus iterum in Concord.

49 Octaua ratio sit. Vel quādo Deus cōiungit abſolute; cōtingenter tamen vnum extremū cum alio, necesse eſt, vt prius decreuerit cōditionatē talē coniūctionē; vēi non? v.g. Quādo Deo cum creatione Adami cōiungit permīſſionē peccati, & ſic inęteris, rogo, necesse ne ſit, vt prius decreuerit permittere peccatū Adamo, ſi iſum creet, vel neceſſe nō ſit hoc; ſed poti⁹ prima, riū decretū permittēdi peccatū potuerit eſſe decretū abſolutū, vel poſt decretū creationis; vel ſimul cū hoc decreto? Neutrum videtur poſle congruenter dici iuxta ſentētiā aduersariorū. Nō primū. Tum quia incredibile eſt non poſle Deū luſpendere omne decretū puniēdi peccatū, donec peccatū videat, fed neceſſarium eſſe tā anticipari in decernendis poenis, vt vel nō poſſit poſt præuiſum peccatū decernere abſolute ſuppliciū; vel debeat prius conditionatē decernere, quod peccatū puniet, & nō condonabit, ſi cōmittatur. Et quis dixerit, niſi contentionis ſtudio, non poſſe coniungi hos actus involūtate diuina. Nōlo quidquam decernere circa punitionē peccati donec committatur; ac deinde poſt præuiſum peccatū ſic ſehabere: volo punire hunc hominē, quia peccauit. Tum quia ſicut Deo temper; & neceſſario præfentiſſima ſunt motiva ſufficiētia, vt decernat permittere pec-

catū hominis, ſi hominē creet, ſic iſi Deo prætentissima ſunt motiva, vt ſimul creare hominē iſiſuſq; peccatū permittere decernat: ergo nō eſt cur, ſicut pri-mario, & immediatē poſte exerce-re ſuam libertatē decreto conditionato permittendi peccatum, non poſſit eādem liber-tatem primario, & immediatē exerce-re decreto abſoluto.

50 Neq; videtur poſſe dici ſe-cundū. Tū quia ſequeretur poſle ſecū cohārere poni ſimul vnum extremū cū alio; & tamen Deū altissima ſua ſapiētia, & mirabi-li prouidētia nō prius præuenire quod poſito vno ex illis extre-mis, ponetur, & aliud: hoc autē cū prætantia infinita diuina ſa-pientiæ, ac prouidentiæ pugnat. Sequela patet. Nā iuxta aduersa-rios, nequid Deus ante creationē Adæ cognoscere: Si creauero Ad-amū permittā iſum peccare, niſi ex vi decreti conditionati ante-cedentis creationē. Hoc igitur decretō ſeculo, prædicta ſciētia euaneſcit. Tū quia iuxta Aug. ci-tatū dīlp. 19. n. 13. peruerſiſſimū, & infauifimū eſt dicere, Deum neſciuile mala futura illorum, quæ nō rapiuntur. At ſcientia, de qua Aug. hic, eſt ſciētia cōditio-nata maſtrū, quæ illis hominib⁹ accident, ſi nō rapiuntur. Quippe loquitur Augustinus de ſcientia, quæ mouere poſte Deū, vt eos rapiat, ne prædicta malitate q̄uātū abſolute: quam ſcientiam eſſe

con-

conditionata cōstat ex disp. 19.
n. 15. ergo impossibile est iuxta
Augustinum manentibus in vi-
tis accidere mala, Deumque sua
scientia nō praeuenire, quod vita
perseuerante contingent. At cō-
trarium verum esset, si Deus ante
decretem absolutum, vt per-
seuerent in vita & permittantur
peccata non habeat decretum
conditionatum, circa talia mala
vel ipsorum permissionem, si
detur perseuerantia vita. Nam,
iuxta aduersarios, ab hoc decre-
to pēdet vnicē, ac necessariō ta-
lis præscientia: ergo necesse est,
vel non coniungi perseuerantia
vitæ cum permissione malorū,
vel Deū decreto subiectiū ab-
soluto, & obiectiū conditiona-
to, prius decernere permis-
sionem eorum malorum sub hy-
pothesi, quod vita persistat. A-
lliorum considerationi relinquo
plura, quibus hæc possent vrgeri,
principiū ad hominem contra
plurimos ex Thomistis, qui no-
lunt concedere Deo scientiam
conditionatam eorum futuro-
rum, quæ absolute contingent;
sed tantum eorum, quæ nunquā
erunt. Videantur Aluarez lib. 1.
responſ. cap. 1. num. 27. Albelda
1. part. disp. 44. sect. 3. num. 38.

Ex Scotistis Smisirg. traſt.
3. de Deo, disputat. 2.
nu. 1. 6. Felix ca.
6. de scientia
difficult. 3.
nu. 6.

DISPVT. XXI.

*Probatur à priori nostra sententia,
& oppositiones contra
ipsam.*

R Estat à priori probare nostrā
sententiam, & obiectiones
contra illam diluere. Multa, quæ
pertinent ad vsum scientiæ me-
diæ soluimus tract. de prædictis
expediemus nunc, quæ contra
ipsius existentiam faciunt.

CAPVT I.

*Probatur à priori nostra
sententia.*

E Am conficio sic. Ut
Deus cognoscat obie-
ctum creatum cōditionate exi-
stere duo præcisè sufficiunt præ-
ter ipsam cognitionem. Primū
est, intellectualitatem diuinam
esse infinitam. Secundum est,
objecitum existere conditiona-
tē. Sed neutrū istorum impor-
tant decretum actualiter exerci-
tum ex parte Dei: ergo decretū
hoc non est necessarium ad præ-
dictam cognitionem. Conse-
quia patet. Probo singillatim
præmissas. Primò Maiorē. Vbi
diuinus intellectus habet, quod
sufficit ex parte sui; & quod suf-
ficit ex parte obiecti, ut cogni-
tio.

tionem exerceat, exerceat illam: cum non possit Deus pro suo libito ignorare, quod scibile est. At ex eo praeceps, quod intellectus diuinus sit simpliciter infinitus; & obiectum conditionate existat, habet intellectus diuinus, quod sufficit ex parte sui; & quod sufficit ex parte obiecti, ut praedictam cognitionem exerceat: ergo, his praeceps intellectis, datur quicquid sufficit ad exercitium huius cognitionis. Minor huius syllogismi, quoad primam partem pater. Nam intellectus diuinus iure suae infinitatis habet quantum est ex se plenissimam sufficientiam ad intelligendum; quam non haberet, si non haberet illud, quod ex parte ipsius sufficit, ut cognoscatur. Quoad secundam partem probatur.

2. Dupliciter solum excogitari potest per obiectum stare, quod non cognoscatur a Deo, vel quia non haberet absolute entitatem, & existentiam, vel quia sic se habet, ut si cognosceretur a Deo tali, vel tali cognitione, falleretur Deus. At eo praeceps, quod obiectum conditionate existat, nullo ex his titulis per ipsum stat, quod non cognoscatur a Deo cognitione asserente existere conditionate: ergo eo praeceps, quod obiectum conditionate existat, nullo modo per ipsum stat, quod praedicta cognitione non cognoscatur a Deo. Minor, in qua sola potest esse

difficultas, probatur, quoad primam partem. Nam obiecta creatura non cauunt; sed praeceps terminant diuinam cognitionem: Ad hoc autem munus non requiritur, quod habeant absolute entitatem, & existentiam. Tum quia, ut omnipotencia Dei terminetur ad creaturas, tanquam ad id, quod potest producere, & re ipsa non producit, non est opus, creature esse, & existere absolute: ergo ut diuina cognitione terminetur ad conuersationem Tyriorum, v.g. tanquam ad obiectum de quo solum asserit, non quod est, & existit; sed, quod esset, & existaret, non est opus, quod talis conuersatio sit, & existat absolute; sed, quod esset, & existaret, si daretur praedicatio Christi. Tum quia scientia creaturarum possibilium terminatur ad creaturas, quas tamen non requirit, ut actu exercitas, & existentes absolute, sed praeceps, ut possibiles. Tum quia scientia, per quam Deus alterius mundo negat existere, terminatur ad alium mundum, & tamen non petit, quod absolute existat; sed potius, quod non existat. Tandem quia decretum ipsum Thomisticum, quo Deus absolute ex parte subiecti decernit, quod conuerteretur Tyri, si videret miracula Christi, terminatur ad conuersationem Tyriorum; & tamen non exposcit illa, ut absolute existentem: ergo ex Ff co,

eo, quod obiectum, quod pure terminat, & non cauiat cognitionem, non existat, non sit per ipsum, quod non cognoscatur. ¶ iam vero, neque stare per obiectum conditionate existens, quod non cognoscatur à Deo cognitione præcisè assentente, quod conditionatè exiit, non, in quam, stare ex alio capite assignato, nempe quia falleretur Deus, si tales cognitionem haberet, facile probatur, quia contradictionem implicat existere conditionatè obiectum; & nihil aliud cognitionem affirmare, quam existere conditionatè; & tamen cognitionem esse fallam: ergo nequit stare per obiectum conditionatè existens quod prædicta cognitio non existat ex eo, quod falsa esset, si existeret.

3. Dices id, quod non pauci Thomistæ significant, nempe, ut Deus cognoscatur per scientiam conditionata, nō infallibilem obiectum conditionatè existens, v. g. quod sub conditione prædicationis Christi conuerterentur Tyrii, nō sufficere, quod Tyrii conuerterentur in illa hypothesi; & intellectum diuinum esse infinitum; sed requiri vltterius, Deum actualliter decernere conversionē Tyriorum sub illa hypothesi: quia donec tale decretum existat, nō datur medium omnino infallibiliter cum eavertitate connexū. Sed contra est, quia iuxta hanc

solutionem hæc duo condiscuntur, & quod dicitur absolute ex parte Dei decretum assignatum, & quod daretur conuersio ex parte Tyriorum sub conditione prædicationis. At hoc ultimum tam infallibile fundatum est huius veritatis: *Conuerterentur Tyrii, &c.* Quam illud decretū: ergo si semel præscindendo ab hoc decreto intelligatur, quod conuerterentur Tyrii sub illa conditione, intelligitur fundamentum sufficiens ad infallibilitatem eius cognitionis. Minor probatur. Nam fundatum infallibile veritatis contingentis non posset esse necessarium; sed debet esse contingens. Tum quia aliqui neque ipsum decretum, quod assignas est fundatum infallibile veritatis contingentis, cum tale decretum, ita existat, vt posset non existere. Tum quia fundatum infallibile veritatis contingentis est essentialiter conne-xum cum ea veritate: nihilque necessarium est essentialiter conexum cum aliquo contingentie, quia iam non est necssarium; sed defectibile ex defectu possibilis contingentis, cum quo connectitur: ergo infallibilitas fundamenti veritatis contingentis petenda est ex omnimoda inco-possibilitate talis fundamenti cū eius veritatis defectu. At sicut tam illud decretum prorsus inconiungibile est cum eo, quod non

non esset conuersio Tyriorum sub conditione prædicationis; ita etiam prorsus inconiungibile est cum eo, quod non esset conuersio sub tali conditione, quod conuersio esset sub ea conditione: ergo hoc ipsum esset conuersonis tam infallibile fundamentum est huius veritatis: *Esser conuersio, quā illud esse actu* *tui decreti.*

4 Dices secundò. Ideo non sufficere ad prædictam cognitionem diuinam conditionatam, Deum esse infinitè intellectualem; & quod esset conuersio sub tali conditione, quia præterea requiritur motuum obiectuum eius cognitionis; hoc autem motuum nequit esse vel ipsa conuersio creata conditionaliter existens, quia motuum diuinæ cognitionis non est creatum; sed increatum; vel prædicata necessaria Dei, quia cum indifferentia sint ad hoc, ut esset; & ad hoc, ut non esset conuersio sub illa conditione, nequeunt esse motuum obiectuum, vt Deus cognoscat unum præ aii. Sed contra est primo, quia licet obiectum creatum nequeat esse motuum physicum causatiuum, vel constitutiuum diuinæ cognitionis; bene tamen motuum intentionale terminatum, vt constat ex his, quæ sæpè diximus in hoc tractat. At, ut cogni-

tio diuina, per se, & formaliter loquendo existat, frustra requiritur, vt præter obiectum terminatum, & intentionaliter motuum innaturali obiecto physicè motu: Nullum enim prædicatam assignabis in cognitione diuina per se, & formaliter sumpta, propter quod expolcat obiectum physicè motuum: ergo solutio tradita non satisfacit.

5 Secundò. Nam aduersarij tenentur concedere ad obiectum physicè motuum diuinæ cognitionis non requiri distinctionem realem ab illa. Nam essentia diuina indistincta realiter à cognitione Dei est, ex aduersarijs, obiectum physicè motuum huius cognitionis, vt omittam alia exempla. Nunc sic. Vel ad obiectum physicè motuum cognitionis, requiritur distinctio saltem ratione nostra ab illa cognitione; vel nulla requiritur distinctio, siue realis, siue rationis? Si hoc secundum: ergo frustra queritur ad scientiam conditionatam aliud motuum physicum distinctum ab ipsa scientia conditionata, quæ se ipsam per se ipsam cognoscit. Si dicatur primum: In ipsa scientia conditionata dantur duo prædicata formaliter ratione nostra distincta: aliud esse prædicatum diuinum connexum cum

Ff 2 eo,

eo, quod esset conuersio v. g. si daretur talis cōditio, quod prædicatum præcindit ab eo, quod sit scientia, complacentia, vel decretum; aliud esse scientiam conditionatam illius conuersonis; ergo primum illud prædicatum poterit esse motiuū physicum secundi. Ergo nisi aliud caput assignetur, non est opus recurrere ad decretum actualiter existens pro assignando motiuū physico scientiæ conditionatæ.

6. Probemus iam minorem discursus præformati num. 1. nempe neque intellectualitatem infinitam Dei, neque existentiā conditionatam actus creati inuolere decretum actualiter exercitum ex parte Dei. De intellectualitate infinita res est certa, quia cum sit prædicatum necessarium Dei, non inuoluit decretum liberum. De existentia conditionata conuersionis probatur. Nam ea existentia nō est, quod talis conuersio sit præsens; sed, quod esset. At licet ad hoc, vt sit, requiratur decretum actuale; non tamen ad hoc, vt esset: ergo licet requiratur ad existentiam absolutam; non tamen ad conditionatam. Minor, in qua est difficultas probatur. Primo. Quod conuersio sit possibilis non exposcit, quod decretum existat actualiter; sed, quod sit possibile: ergo, quod conuersio existat conditionatè;

vel, quod idem est, quod existe-ret non requirit decretum exi-stere absolute; sed solum con-ditionatè; vel, quod idem est, quod existeret. Secundo, con-uersio præcisè prout existens nunc non requirit ipsius causam existerere antea, vel postea; sed tantum existerere nunc, quia ut det esse nunc, sufficit nunc exi-stere: ergo effectus non quidem, ut absolute existens; sed præcisè prout existeret, data certa con-ditione, non requirit, quod de-cretum effectus existat; sed, quod existeret ea conditione data.

7. Tertiò. Effectus, ut possi-bilis, tantum petit formaliter, & immediatè causam eius, ut pos-sibilem, quod si petit aliquam causam, ut existentem, illa est causa ex cuius possibilitate bene infertur ipsius existentia. Hinc combustio possibilis petit ignē, ut possibilē: quod si Deum petit ut existentem, est quasi remotè, quia petit Deum, ut possibilem; & ex possibilitate Dei entis sum-mè necessarij colligitur eius exi-stentia: ergo effectus ut condi-tionatè existēs, solū petit decre-tum ipsius cōditionatè existerere. Probo cōsequentia. Non potest effectus, ut possibilis petere ultra causæ possibilitatē ipsius causæ exi-stentia, nisi quādo ex possibi-litate causæ infertur ipsius exi-stentia: ergo effectus, ut cōditio-natè existens non potest petere ultra

ultra existentiam conditionatam decreti, existentiam absolutam ipsius, nisi quando ex conditionata existentia bene infertur absoluta. At in decretis liberis Dei ex conditionata existentia non bene infertur absoluta. Nam ex eo, quod Deus decerneret cruciatus aeternos D. Petro, si decederet in peccato lethali, non infertur illos absolute decernere: ergo effectus, ut conditionatè existens, solum petit existentiam diuini decreti conditionatam, id est, quæ exerceretur; non, quæ iam exercetur.

8 Quartò. Ratio horum omnium à priori est, quia cum effectus titulo habendi existentiam petat causam, ex qua illam accipiat, iuxta eam proportionē, & mensuram, iuxta quam habet existentiam, petit formaliter, & immediatè existentiam in causa: possibilem, si ipse effectus existit possibiliter; actualem, si existit actualiter, conditionatam, si existit conditionatè. Quo circa dixit optimè D. Thom. 2. contra gent. cap. 21. num. 3. Effectus suis causis proportionaliter respondent, ut scilicet effectus in actu, causis actualibus attribuamus, & effectus in potentia, causis, quæ sunt in potentia. ¶ Confirmantur superiora reuocatis in memoriam quæ diximus disp. 10. distinguētes duplē futuritionē rerū; aliam in ratione entitatis intrin-

secā (saltem ex parte) rebus futuris; aliā, in esse veritatis extrinsecā reb⁹ futuris, quēadmodum iuxta D. Th. 1. p. q. 16. art. 7. ad 4. Non ens non habet ex se, ut sit verum, sed solummodo ex intellectu apprehendente ipsum. Vbi duo obseruanda sunt. Primū est. Ut aliquid obiectum sit verum, non requiritur, quod intrinsecè in se ipso entitatē habeat; sed sufficit, quod existat obiectivè in intellectu terminando cognitionem verā, nempe se conformantē in enunciando cū statu obiecti significato per ipsam, siue talis stat⁹ sit obiectum non esse, siue posse esse; siue esse actu, siue fuisse, siue futurū esse, siue, quod esset, si talis, vel talis conditio poneretur. Ut enim ait D. Th. q. 1. de verit. art. 5. in corp. In hac ad equationē (in qua stat veritas) intellectus, ac rei, non requiritur, quod utrumque extremorum sit in actu. Intellectus enim noster potest nunc adquirari his, que in futurum erunt, nunc autem non sunt, alias nō esset hac vera. Anti-Christus nasceretur, unde hæc denominatur vera a veritate, quæ est in intellectu tantū, etiam quando non est res ipsa.

9 Legatur ibi ad 2. vbi loquens de non ente ait: Unde, quod intellectui cuicunque aequaliter non est ex se ipso non ente, sed ex ipso intellectu, qui rationem non entis accipit in se ipso. Deinde ad 6. Quod est futurum, in quantum est futurum, non est: ¶ simi-

similiter præteritum in quantum huiusmodi. Vnde eadem est ratio de veritate præteriti, & futuri, sicut & de veritate non entis. Vide dicta dilput. 12. num. 8. Obseruetur secundò, id, quod optimè notauit ex Arist. pluribus in locis D. Thom. qui legi potest lib. 3. contra gentes cap. 9. in fine, vbi ait: *Ens dupliciter dicitur, ut philosophus in Metaph. docet. Vno modo secundum, quod significat essentiam rei, & diuiditur per decem prædicamenta: & sic nulla priuatio potest dicere.* Alio modo secundum quod significat veritatem &c. Vnde, iuxta dicta disp. 10. futurum non est completere futurum in esse rei, donec existat intrinsecè; bene tamen in ratione veri.

10 Ex quibus ad præsens institutum sic formo rationem. Iuxta aduersarios respectu conuersationis, v.g. conditionate futuræ datur duplex formalitas in Deo; altera decreti ad voluntate spectantis, quo decernit Deus quod existeret conuersio, si daretur prædicatio; altera scientiæ ad intellectum pertinentis, qua Deus cognoscit, quod conuersio existeret, si prædicatio daretur. Iuxta nos autem hæc sola formalitas scientiæ datur. Atqui ad statum conuersationis prout præcisè esset si daretur prædicatio; hæc sola formalitas scientiæ sufficit: ergo superuacaneum est aliam formalitatem decreti ad-

statuere. Minor probatur. Cōuer-
sio prout præcise esset, abstrahen-
do ab eo, quod sit, non habet statu-
m intrinsecum in esse rei; sed
statum extrinsecum in esse veri-
tatis. Atqui ad statum intrinse-
cum in esse veritatis sufficit cog-
nitio infallibili modo dicens,
quod illa conuersio esset, sub cō-
ditione prædicationis, quæ re-
uera esset sub conditione: imo
D. Thom. quando meminit hu-
ius status, totum negotiū reuo-
cat ad intellectum, nullā men-
tione facta voluntatis: ergo ad
statum conuersationis, prout præ-
cisè esset, si daretur prædicatio;
sufficit prædicta formalitas sci-
entiæ. Explicatur. Sicut tuum illud
decretum Dei statuentis, quod
conuersio esset, si daretur prædi-
catio, excludit ratione efficaciam
divinæ voluntatis, quod non ef-
ficit conuersio sub ea conditione,
ita scientia Dei cognoscentis,
quod conuersio esset, si daretur
prædicatio, excludit ratione in-
fallibilitatis divini mentis, quod
conuersio non esset sub ea con-
ditione. Deinde, sicut posito de-
creto non datur conuersio in-
trinsecè in esse rei; sed daretur;
ita posita scientia non datur cō-
uersio in esse rei; sed daretur po-
sita cōditione. Cur ergo ad hunc
statum conuersationis non suffi-
ciet scientia, sicut sufficit de-
cretum? Præsertim, cum status
veritatis, ut cōdistinctus ab statu
exigitatis proprior sit intellectus,
quam

quam voluntatis ; & aliunde, vt
in hoc cap. vidi mus ad infallibili-
tatem scientia non requiratur
decretum.

C A P V T . II.

*Obiectiones contra scientiam
mediam.*

11 **E**X multiplici capite pe-
tuntur. Primo ex eo,
quod decretum prædeterminans
requisitum videatur ac omnes
actiones creatas. Ceterum omit-
tendæ sunt obiectiones ex isto
capite. Tum quia de illis egimus
fuse tract. de auxilijs, & agemus,
Deo dante, in concordia. Tum
quia, etiā hoc dato, non impug-
natur directe scientia Media, ex
eo enim, quod ad actum, qui est
requiratur decretum prædeter-
minans, quod actualiter sit, non
infertur, ad actum, qui esset, re-
quiri decretū prædeterminans,
quod iam actualiter sit ; sed ad
summum, quod actualiter esset.
Secundum caput est ex eo, quod
scientia Media neque sit utilis,
neque possibilis ad componen-
das prædefinitiones diuinas, pre-
destinationem, electionē ante-
cedentem efficacem ad gloriam
vt coronam, & efficaciam gra-
tia cum libertate creata, neque
ad alios usus posuit in Theologia
conducere. Sed etiam omitten-
dæ sunt obiectiones ex isto ca-
pite, quia directe non militant

contra existētiā sc̄ientiā Me-
diā ; sed contra eius usum, de
quo ipsam plura diximus per
varias disputationes tractat. de
prædest. pluraque alia adiunge-
mus in Concord. Solum igitur
adducemus, & expediemus ar-
gumenta, quæ directe militant
contra scientiam Mediā, con-
tenduntque probare, non aliter
posse Deum certo, & infallibili-
ter cognoscere contingentia
conditionata, quam ex vi decre-
ti actualiter exerciti, quo Deus
statuat, quod dentur, si detur cer-
ta conditio.

12 Primò igitur obieciunt.
Quicquid ab æterno transit ab
statu necessariō possibilitatis ad
statum contingentem futuritio-
nis, dicit ab æterno existen-
tem aliquam rationem eius trā-
sus. At conuersio Tyriorum,
v. g. quæ non solum est in statu
necessariō possibilitatis ; sed in
statu contingentem futuritio-
nis, sub conditione inspiciendi mi-
racula Christi transiit ab æterno
ab statu necessariō possibilitatis,
ad statum contingentem futuri-
tionis conditionata : ergo dicit
existēti ab æterno rationē ali-
quā eius transitus. At hæc ratio
nequit esse alia, quā decretū exi-
stens ab æterno Dei decernētis,
vt si existat talis conditio, detur
conuersio Tyriorū : ergo in hoc
decreto actualiter ab æterno e-
xercito nititur hæc futuritio cō-
ditionata, & cōsequēter cognos-

bilis verè non est, nisi tale decretum existat. ¶ Hoc argumentum frequens est Thomistis, & maximè Albelda 1. part. disput. 44. sect. 3. quod argumentum apud P. Annat. disp. 1. cap. 2. tanti facit Tuissius Calvinista, ut dicat lib. 2. cap. 23. pag. 148. Ita est claram, ita evidens, ut omnem humanam autoritatem, quā tacumque fuerit non modo Thome; sea Scholasticorum ad unum omnium in aduersum nitenē prorsus obruat.

13 Primò infringitur argumentum contra plures Thomistas, qui, ut foret ab æterno decretum diuinum sub aliqua conditione, nempe decretū de Incarn. Spiritus S. sub conditione, quod Deus statueret existētiā alterius mundi, non putant requiri iam exercitum in Deo decretum aliud reflexum, quo statuat libere sub conditione dcernendi mandū aliū, de Incarnatione Spiritus Sancti. Deinde respondeo. Quodvis creatum, quod ab æterno habet esse absoluē extra statum possibilitatis, habet etiam ab æterno absolute exercitam rationem existēdi absoluē extra statum possibilitatis; eaque ratio, vel consistit in decreto actualiter exercito, vel cōnectitur cum actuali exercitio talis decreti, vi cuius ea res creata sit absoluē extra puram possibilitatem. Ceterum illud creatum, quod ab-

æterno non habet absoluē; sed conditionatē esse extra puram possibilitatē, quod non est aliud, quam, quod esset extra illā, si daretur talis conditio, non dicit ab æterno existentem rationem aliquam, ad hoc ut verum sit, quod ita esset, cōsistentem in eo, quod iā exerceatur aliquod decretum Dei; sed ad summū dicit ab æterno existentiam conditionatam talis decreti, id est, quod existeret decretum de tali conuersione, si daretur inspectio miraculorum Christi. Nam ad existentiam conuersionis requiritur accommodata existentia decreti, nempe ad absoluē absoluta, ad conditionatam conditionata: quoniam igitur ea Tyriorum conuersio non est; sed esset; ideo non requiritur decretum diuinum esse; sed sufficit, quod esset.

14 Sed urgebis primò. Nā per nos ad existentiā effectus requiritur decretum proportionatū, & accommodatum ad tales existentiā. At sicut ad existentiā absolutam conuersionis Tyriorum est decretū accommodatū decretū absoluē existens; & ad existentiā possibilē decretū possibile; ita etiā ad cōditionatā hoc decretū conditionatū: Decerno, ut Tyrii conuertantur si iuspiciant miracula Christi: ergo tale decretū cōditionatū requiritur ad existentiā conditionatā conuersionis. Resp. Ad existētiā effe-

effectus requiritur decretum accommodatum, sine quo non possit dari talis existentia, non tam aliud, sine quo potest effectus dari. Quare permisso gratis, quod sit utile, & in hoc sensu accomodatum ad conuersionem conditionatam Tyriorum, decretum illud: *Volo ut conuertatur si videant miracula Christi; falsum tamen est, non posse conuersionem conditionatè existere sine tali decreto iam exercito.* Nam sicut, ut conuersione sit possibilis, sufficit, quod sit possibile decretum; ita ut conuersione esset, si daretur talis conditio sufficit, quod decretum esset, si ipsa existeret.

15 Vrgebis secundò. Ut effectus sit absolutè futurus nō sufficit decretum futurum; sed requiritur decretū præsens. Nam conuersione Petri non erit cras, si Deus ab aeterno non habeat decretū præsens, quo statuat eam conuersionem existere cras: ergo, ut effectus sit conditionatè futurus non sufficiet decretum subiectiuè conditionatum, nempe, quod esset, si poneretur conditio, sed requiritur decretum, quod actualiter sit. Respondeo concessio antecedente negatur consequentia. Ratio discriminis est aperta. Nam ut cras existat conuersione Petri, requiritur saltē cras existere decretum Dei circa talem conuersionem; cumque in diuinis decretis, propter suā

aeternitatem, idem sit aliquando existere, semperq; & ab aeterno existere, fit requiri saltē ex perfectione Dei tale decretum, vt se in per existens. Similiter, vt verum sit, quod conuersio Tyriorum existeret, si daretur talis conditio, requiritur, quod esset decretum circa talem conuersionem, si daretur talis conditio, cum autem hoc stet absque iam exercito decreto, nō requiritur actualiter exerceri.

16 Vrgent tertio Iuniores Thomistæ. Ad hoc obiectum scientiæ conditionatæ: *Tyri cōuerterentur, si viderent miracula Christi,* requiritur in aliquo saltē statu decretum diuinum circa talem conuersionem. At non præcisè in statu possibilis. Nam cum ea conuersione sit futura sub conditione, & non præcisè possibilis, decretum circa illā debet saltem esse futurum sub conditione, ut causa, vel causalitas proportionetur effectui. Nō in statu futuritionis conditionatæ, quia decreta Dei aeterna sunt incapacia futuritionis realis, sive absolutæ, sive conditionatae. Nō in statu existentiæ aeternæ sub conditione. Nam decretum pro eo statu per nullam scientiā cognoscibile est, non enim per scientiam visionis, quæ est se aliquando existētibus absolute, non per scientiam necessariam, ut pater, quia talis status decreti est contingens; non per scientiam me-

diam,

medium, quæ non est de presentibus, sed de futuris conditionate: ergo ad talēm veritatē conditionatam requiritur decretū, ut absolute existens.

17 Rsp. Requiritur decretum, ut cōditionatē existens ab aeterno. Ad impugnationē respondō, cognosci prout in eo statu per scītiā medium, quæ non solum est de futuris, sed de contingentib⁹, p̄teritis, & p̄sentib⁹ conditionatē, independentibus in eo statu à decreto actualiter exercito. Nam eadem ratione, qua probatur scītiā de futuris contingentib⁹ conditionatis esse medium inter naturalem, & liberam, idem ostendit de scītiā contingētiū conditionalium, p̄teritorum, & p̄alentium. Et sicut iuxta aduersarios in hoc decreto subiectiū conditionato, si Tyrii ridearent miracula Christi, converterentur cognoscitur, quod Deus sub ea conditione decernet absolute p̄determinationem ad conuerzionem, & neque cognoscitur hoc decretum p̄cise, ut possibile; neque ut futurum conditionatē, sed ut aeternaliter conditionatē p̄sens; cognoscitur tamen per scītiā liberam, quia per scītiā innicentem decreto actualiter exercito; ita iuxta nos decretum circa conuerzionē Tyriorum, quod aeternaliter conciperetur à Deo, sub ea conditio-

ne, cognoscitur à Ieo per scītiā contingentē; media tamē, quia tale ostiellum, seu decretū prout in eo statu non indiget a. Quali exercitio diuinę libertatis.

18 Vrgebis quarto. Non minor est existentia causæ requisitæ ad effectum, quam existentia effectus. Nā cum effectus nequeat existere nisi dependenter a causa, existit causa, qualiter existit effectus; sicut propter eamdem rationē possibilis est causa, qualiter possibilis est effectus. At p̄ciso actualiter decreto minus existentiæ causahabet, quam effectus in hac, & similibus cōditionalibus: si Petrus cognoscat bonitatem diuinā; amabit liberē Deum; ergo data hac veritate cōditionali, repugnat secludere decretū actualiter exercitū. Minor probatur. Nā in illa conditionali, amor Dei est futurus sub cōditione. At cogitatio diuinæ bonitatis, licet sit ipsa conditio, non tamen est futura sub alia conditio; nam de ista cōditione vñier eadem qualitio, & in infinitum abiibimus; neque talis conditio est existens absolute, quia conditionalis nihil penit in esse; ac proinde non importat absolutā existentiam conditionis.

19 Hoc argumentum contra omnes est, qui veritates conditionales admittunt, sive decretis innixas, sive independentes ab illis. Nam in hac conditionali: Conuerterentur Tyrii, si Christus coram

curā ipsis predicaret, tamē si de-
mus verā esse ex vi decreti, præ-
dicatio Christi noa videtur habe-
re tantam existētiā, quantam
cōuersio, cum hæc habeat saltē
existētiā cōditionatam; præ-
dicatio verò solūm possibilem;
non verò existētiā sub alia con-
ditione; vel saltem, vt infinitus
processus abrumpatur, sistentū
est in conditione non existente
conditionaliter sub alia. Veris-
fima igitur solutio sit, concessiā
maiori, negare minorem; ad cu-
ias probationē respondeo, con-
ditionem, seu cogitationem di-
uinæ bonitatis, non minus ex-
istentiæ importare in ea cōditio-
nali, quam amorem; quamvis in
ea conditionali dicatur amorē
fore sub conditione talis cogita-
tionis, & non dicatur cognitio-
nen fore sub altera conditione;
Ratio est aperta. Nam amor nō
habet aliam existētiā ex vi eius
conditionalis, nisi, quod esset, si
daretur talis cogitatio. At ex vi
talis conditionalis etiam habet
ipsa cogitatio, quod esset, si da-
retur ipsa cogitatio: ergo tantā
habet existētiā, quantam a-
mor. Probatur minor; quæ sola
est difficilis. Nam ex vi talis cō-
ditionalis verū est, quod ea co-
gitatio, si existeret, coniungere-
tur cum amore. Hoc autem est,
quod est ipsa cognitio, & a-
mor, si esset ea cogitatio: ergo
ex vi talis cōditionalis habet ipsa
cogitatio, quod esset, si ipsa dare-
tur.

20 Secunda obiectio sit. Si
præciso decreto actuali vera sit
conditionalis hæc: Si Petrus ha-
beat auxilium A conuertetur libe-
ré, sequeretur possibile esse cō-
plexū hoc * Petru abolutē con-
uerti sine decreto Dei circa cō-
uerſionem ipsius * Sequela est
absurdissima, quia nullus effectus
bonus existeret potest, nisi volen-
te Deo positiū: ergo talis con-
ditionalis vera non est indepen-
dēter ab actuali decreto Dei cir-
ca conuersionem Petri. Proba-
tur sequela. Conditionatū tran-
sit in absolutū eo præcisè, quod
detur in rerum natura conditio.
Sed in prædicta conditionali cō-
uersio libera Petri est conditio-
natū; & præcisè est conditio Pe-
trum habere auxiliū A; ergo eò
præcisè, quod detur in rerū na-
tura Petrum habere auxiliū A;
ac proinde præcindendo ab a-
ctuali decreto circa conuersio-
nem Petri, dabitur absolutē cō-
uersio Petri, & cōsequēter pos-
sibile erit Petrum abolute con-
uerti sine ullo decreto diuino cir-
ca eius conuersionem. In primis
retorquetur argumentum con-
tra Thomistas. Nam conditio-
nales istæ debent ab ipsis re-
putari diuersissimæ. Prima:
Si fierent coram Tyrijs miracu-
la Christi conuertentur. Se-
conda. Si coram ipsis fierent
ea miracula, & ad conuersio-
nem prædeterminarentur, con-
uertentur. Nam pri mā est
libe.

libera; secunda naturalis. Prima non cognoscibilis ex connexione necessaria terminorum; sed ex vi decreti liberi. Secunda cognoscibilis ex connexione necessaria terminorum. Prima à nullo, præter Deum, citra visionem beatam, vel diuinam reuelationem, vel clarè, vel certò cognoscibilis. Secunda cuique penetrati terminos manifestissima. Prima igitur ex parte conditionis non importat, ut secunda, miracula Christi, & prædeterminationē; sed præcisè miracula Christi. Tum sic. Conditionatum transit in absolutum ex præcisa purificatione conditionis. Sed conditio primæ conditionalis de conuersione nou includit prædeterminationem: ergo poterit contingere conuerti sine prædeterminatione, quod aduerarij non concedent.

21 Distinguatur igitur pro omnibus illa propositio * Conditionatum purificata conditione transit in absolutum * illatio nē est verum. Formaliter non semper est verum, sed sibi simē falsum. Ratio prioris est. Nam à veritate conditionata simul cum positione conditionis perpetuo valet consequentia ad positionē euentus, qui conditionatē verificabatur. Ratio posterioris est, quia non semper positio conditionis, de qua verificabatur coniungendam esse cum euentu, si talis conditio poneretur, est ipsa

positio euentus, sed, vel causa ipsius, vel res aliquomodo conducens ad positionem euentus. Quamobrem ex veritate conditionata simul cum positione conditionis eatenus infertur dari absolute euentum, de quo verificabatur esse dandum, si poneretur conditio, quatenus ex huius positione simul cum illa veritate conditionata infertur esse danda reliqua omnia requisiita ad positionem euentus. Iator, interdum positionē conditionis non solum esse extremū inferens positionem absolutam euentus; sed etiam esse ipsummet euentum, ut in conditionilibus siue proprijs, siue in proprijs, in quibus idem dicitur sub conditione sui ipsius, ut in hac: Si existat animal rationale, existet homo.

22 Tertia obiectio. Conditionata disparata, ut hæc, si Papa dormit Turca conuertetur, petit ad sui veritatē decretum actuale Dei connectentis conditionē cum conditionato: ergo conditionalis non disparata ubi conditio est indiferens ad conditionatum, & eius carentiam, ut in hac: Si Petrus cognoscat bonitatem diuinā, amabit Deum, petit similiiter ad sui veritatem decretum actuale Dei connectentis conditionem cum conditionato. Antecedens quod à pluribus nostris Societatis admittitur, videtur verum. Nam ad veritatem conditionis

ditionalis requiritur conditionē aliquomodo conducere ad cōditionatum, cumque conditio disparata non conducat de se intrinsecē, cōducere debet ab extinseco decreto Dei. Consequentia probatur. Sicut in cōditionali disparata non habet conditio de se intrinsecē utilitatem ad conditionatum, & aliunde talis utilitas significatur per propositionem; ita similiter in p̄dīctis conditionalibus pertinentibus conditio non haber de se intrinsecē fore, ut si ponatur cōiungatur cum conditionato; & aliunde id affirmatur per propositionem. Sed propter primum, ad veritatem priorum conditionalium requiritur actuale decretum Dei tribuentis conditioni utilitatem ad conditionatum; ergo propter secundum, ad veritatem posteriorum conditionalium requiritur actuale decretum Dei extrinsecē tribuentis conditioni, fore, ut si ponatur coniungatur cum conditionato.

23. Omisla nunc doctrina, quæ supponitur de conditionatis disparatis, quam expēdemus dit: p. 23. responde o permisso antecedente, negataque consequētia. Discrimen est, quia si verum est antecedens, ideo est, quia cōditionalis disparata dno affirmat implicitē, vel explicitē, & fore, ut existeret conditionatum, posito, quod existeret cōditio, v.g. fore, ut existeret conuetsio Tur-

cæ, si existeret somnus Papæ, & conditionem esse vtilem ad existentiam conditionati. Ad primū non requiritur decretum, quod actu sit; sed sufficit, quod foret, si poneretur conditio; ad secundum verò requiritur decretum actuale, promissio, vel quid simile tribuens conditioni extrinsecam denominationem, utilis ad conditionatum. Conditionalis autem pertinens, licet demus affirmare similiter illa duo; non tamen requiritur decretum actuale; non enim ad fore, ut existeret conditionatum, si existeret conditio, nam ad hoc sufficit, quod foret decretum si daretur conditio: non ut conditio sit utilis ad conditionatum, quia de se est utilis independenter à decreto.

24. Ut clarius proponatur quarta obiectio, noto primò. Potest Deus habere hoc decretū subiectiuē absolutum, & obiectiuē conditionatum: Decerno, ut si Tyrīs fiat p̄dicatio Christi, detur illis gratia efficax ut convertantur. Hoc enim decretum non magis pugnat cum libertate conditionata conuersionis, quā pugnant cum libertate absoluta decreta p̄definitiua dependētia à scientia media, quæ circa liberos actus admisimus tract. de p̄dest. Neque aliunde p̄dictum decretum potest impossibile censer. Noto secūdō, iuxta magis receptam Theologōrum

rum opinionem tract. de voluntate Dei, non posse diuinam voluntatem habere se pure suspen-
siue circa obiectum amabile; sed versari debet circa ipsum , vel positiuè volens; vel positiuè no-
lens. ¶ Iam sic arguitur. In illo signo in quo Deus cognoscit : si fiat Tysis prædicatio Christi, ha-
bebunt gratiam efficacem ad conuerzionem habet Deus, vel decre-
tum subiectiuè absolutum ; & obiectiuè conditionatum, quod assignauimus ; vel hoc aliud ipsi oppositum: Nolo, ut si fiat ipsis ea prædicatio gratiam efficacem ha-
beant ad suam conuerzionem. Quia debet Deus non suspendere v-
trumque decretum , & non est cur differat exercitium usque ad aliud signum. At pro signo cog-
noscendi talem veritatem non est prædicta nolitio, quæ cum ea veritate pugnat: ergo existit de-
cretum illud: Decerno, ut si fiat ipsis prædicatio gratiam habeant efficacem ad conuerzionē. Tunc sic.

25 Ergo non potest Deus non cognoscere veritatem illam in prædicto decreto subiectiuè absolu-
to ; & obiectiuè conditionato. Probatur consequen-
tia. Nulla veritas potest cognos-
ci à Deo , nisi quantum cognos-
cibilis est pro illo signo , in quo cognoscitur à Deo , ut conitat ex non semel dictis in hoc tract.
At prædicta veritas pro eo sig-
no , quo cognoscitur à Deo est cognoscibilis in illo decreto,

quippè, quod existit in eo signo,
& infallibiliter cum ea veritate conneicitur : ergo cognoscitur in eo decreto. Respondeo. Ta-
metsi repugnet Deo pura suspen-
sio libera, sicutque possibile prædi-
ctum decretum subiectiuè absolu-
tum, & obiectiuè conditiona-
tum (non quidem Thomisticum prædeterminans, & inimpe-
cible pro nostra libertate; sed præ-
definiens gratiam efficacem de-
pendenter à scientia media non
strante eam gratiam , si detur
coniungendam esse cum con-
uerzione , & rursus impedibile
pro nostra libertate) adhuc dico,
non esse opus, ut pro signo scien-
tiæ talis veritatis detur siue præ-
dicta volitio, siue nolitio diuina;
non tamen ideo dabatur pura
suspesio libera; sed affectus re-
flexus positius excludens eos
duos actus. Sic si negetur nobis
possibilis pura omissione libera
possumus neque Petrum amare,
neque odio habere; sed affectum
alium posituum elicere , excluden-
tem amorem , & ocium di-
rectum. Vnde in casu argumen-
ti neque dabatur circa veritatem
illam actuale decretū Dei, quod
ipsam inferat; neque decretum,
quod ipsam excludat. Simili mo-
do occurrentum est simili argu-
mento, quod in præsenti of-
ponit Nazarius con-
trouer. i. §. Est
autem.

CAP.

CAPVT III.

Difficiliores obiectiones contra scientiam medium.

26 D^emus Deum habere hanc scientiam: Si Iudas haberet auxilium A. conuerteretur. Et obiectio quinta sit. Nihil diuinum determinat Deū ad hanc sciētiā affirmatiuam, potius quam ad negatinam oppositam. Deinde nihil creatū determinat: ergo Deus habet eam scientiam, potius quam oppositam, quin detur ratio determinans ad hoc ut illa existat, potius quam opposita, quod est inintelligibile. Prior pars antecedentis probatur. Nam prædicata diuina alia sunt necessaria; & alia contingentia. Prædicata necessaria Dei sunt aequē indifferētia, ut existat ea scientia, & opposita, proindeque non sunt ratio determinans, ut existat alia præ alia. Prædicatum continens Dei, si quod esset, quod determinaret ad eam scientiam, potius quam oppositam certe non aliud, quam hoc decretum efficax subiectiuē abolutum; & obiectiuē conditionatum. Volo ut Iudas conuerteretur, si habeat auxilium A. At negamus esse requisitum hoc decretum pro determinanda diuinamente ad eam scientiam affirmatiuam: ergo nihil diuinū de-

terminat Deum ad iōsam. Secundam partem antecedentis probo, nēm p^e nihil crearū determinare. Nā si aliquod, non aliud, quam cōuersio ludæ, quæ esset, si daretur auxilium A. At ea cōuersio non determinat: ergo nihil creatū. Minor probatur. Quia, quod non est intrinsecè; sed esset, nihil habet intrinsecè, sed haberet, cum sit ex terminis manifestū intrinsecè esse, quod habet aliquid intrinsecè. At cōuersio ludæ non est intrinsecè; sed esset: ergo nihil habet intrinsecè; sed haberet, si daretur: ergo non habet prædicatam rationis determinantis ad existentiā eius scientiæ; sed haberet, si daretur auxiliū: ac proinde non habebit itūc diuina mens, quo determinetur ad scientiā affirmatiuam præ negatiua. Quomodo ergo vñā habet præ alia? Confirmatur. Quia cōuersio ludæ nō est; sed esset, non habet rationem meriti mouentis diuinam voluntatem ad decernendum præmium; sed haberet: ergo quia non est; sed esset, non haberet; sed haberet munus rationis determinantis diuinum intellicitum ad scientiam.

27 Comīnunis solutio, quam antiquiores ex nostris satis indicant, & nouiores exprimunt, mihi verissimā est, si bene explicetur. Tota responsio his verbis continentur. Ad scientiam affirmatiuam præ negatiua fidei p. o.

proportionaliter dicatur de negatiua præ affirmatiua) duo determinant. Aliud ex parte Dei; & aliud ex parte creaturæ. Ex parte Dei, necessitas diuina mētis, ut perspiciat nō solum quod ab solutè est; sed quid eslet si talis, vel talis conditio poneretur. Ex parte creaturæ, conuersio ipsa quæ eslet, si daretur tale auxilium. Necesitas illa, quæ datur ex parte Dei, determinat physicè inadæquatè; conuersio, quæ eslet ex parte creature, determinat inadæquatè logicè. Declarat. Determinatur Deus ad hanc scientiam: Conuerteretur Iudas, si haberet auxilium A., & quia vera Iudas cōuerteretur ex suppositione eius auxiliij; & quia diuina mens iure suę infinitatis necessitatem habet, ut perspiciat quicquid eslet ex qualcumque suppositione. Ex his simul sumptis determinatur adæquatè; inadæquatè tamen ex unoquoque scorsim. Deinde, quoad modū determinandi magnum est inter utrumque discrimen. Nam illa necessitas, quæ se tenet ex parte Dei, determinat per modum formalitatis physicè existentis in Deo ab æternō redditis que ipsum omnino determinat, ut clarrisimè percipiat, quicquid ex qualibet suppositione contingat. At conuersio, quæ eslet ex suppositione eius auxiliij determinat per modum rationis obiectiuè inferentis logicè simul

cum infinitate diuina mentis, Deum habere scientiam conditionatam affirmatiua præ negatiua. Hoc ultimum, in quo præcipua difficultas sita est, explicatur sic.

28. Conuersio sub his terminis: *Esset si daretur auxilium A.* simul accepta cum infinitate diuina mētis determinat per modum rationis obiectiuè logice inferentis ad hoc, ut detur ex parte Dei ab æterno scientia conditionata affirmatiua, præ negatiua. Ratio est. Nam illud sub his, vel illis terminis determinat logicè ad aliud, ex quo per bonā consequentiam deducitur aliud, & maxime si deducatur ex illo à priori, saltem prioritatem rationis. At ex his obiectis sub his terminis expressis: Deus habet necessitatem, ut ab æterno perspiciat, quicquid ex qualibet suppositione contingat, conuersioque contingat si daretur tale auxilium & deducitur per bonam consequentiam logicam, Deū ab æterno perspicere, quod conuersio eslet, si daretur tale auxilium, & hoc præcedit prioritatem rationis ad prædictā scientiam æternam Dei: ergo conuersio sub his terminis: *Esset si daretur auxilium A.* determinat ad prædictam scientiam affirmatiua præ negatiua.

29. Et quidem necessitatem illam se tenentem ex parte Dei præcedere saltem prioritatem ratio-

tionis ad scientiam diuinam cōditionatam affirmatiuā, constat quia scientia diuina conditionata affirmativa, est suo conceptu scientia intellectus diuini infiniti, proindeque nequit clare, & exactè cogitatione definitiuā percipi, nisi clare, & exactè simili cognitione percipiatur infinitudo diuinæ mentis, quæ in linea intelligendi imbibit prædictam necessitatem ad perispiciendum quicquid sub qualibet suppositione contingenter, & consequētorea scientia dependens est in exacta definitione à definitione Dei, ut habentis perspicaciam illam necessariam. Contra verò potest Deus exactè cognitione definitiuā exprimi, quatenus habens necessitatem ad quodlibet sub quacumq; suppositione perspicidum, quin opus sit meminisse, clarèque exprimere sciētiā diuinā prout actualiter determinatè attingentem, quod Iudas conuerteretur si tale haberet auxilium: ergo illa necessitas diuinæ mentis præcedit prioritatē rationis ad hanc scientiam sic determinate sumptam. Illud enim præcedit ratione ad aliud, quod est ab hoc definitiuè independens: secus contra. Propter eandem rationem cōuersio sub hac ratione: Eſſet ſi daretur hoc auxilium, præcedit ratione ad prædictam scientiam. Nam cōuersio, ſub ea ratione, eſt quoad intelligentiam definitiuam in-

dependens ab intelligentia definitiuā talis scientiæ; non autem contra: Quis enim benè concipiat definitiuè, Deū ſcire, quod eſlet conuersio, ſi tale auxilium exiſtat, niſi benè noſcat, quid ſit, quod conuersio eſlet ex ea poſitione?

30. Ex quibus fit non eſſe necſariam exiſtentiam physicā, neque ab ēterno; neque in tempore ex parte conuerſionis, quæ non exiſtit, ſed exiſteret, ut ex ea cōuerſione determinetur diuinus intellectus, ut habeat ab ēterno prædictam scientiam affirmatiuam. Ratio eſt, quia li-
cet determinatiuum, quod exer-
cet munus determinādi per mo-
dum influentis physicè, requirat
coexiſtentiam ſui cum exiſten-
tia illius, ad quod determinat; alia tamē ratio eſt de determina-
tiuo, quod exerçet munus de-
terminādi per modum rationis
logicè inferentis exiſtentiam il-
lius, ad quod determinat. Nā ad
hoc ſatis eſt, quod ex una parte
exiſtat illud, ad quod determinat;
& aliunde ex tali determi-
natiuo logico deducatur per bo-
nam conſequentiā exiſtentia
illius, ad quod determinat. In
quō munere physica exiſtentia
determinatiui non innoluitur.
Sufficit enim conuerſioni, quod
eſlet ſub tali conditione, non
verò requiritur, quod iam ſit,
ut ex illa per bonam conſequen-
tiā inferatur, iuncta infinita

perspicatia diuinitatis metis, Deum habere predictam scientiam. Sic ut ex entitate Petri non existentis, que in hoc modo conditio nato cognooscimus: si existeret, existeret sine contradictione, logicè inferatur. Deum cognoscere Petrum, ut non implicanter, non est opus, quod Petrus iam existat; sed sufficit, quod existeret sine implicatione contradictionis calu, quo existeret.

31. Explicatur amplius. Nam ut conuersio non solum, ut cognita per cognitionem falsam; sed per cognitionem veram, inferat recta illatione logica, Deum habere predictam scientiam, non amplius ex parte ipsius conuersonis requiritur, quam, quod ex parte ipsius necesse est, ut haec notitia sit verissima: Existeret hec conuersio, si daretur tale auxilium; sed ut haec notitia sit verissima non requiritur ex parte conuersonis, quod iam existat intrinsecè, vel ab æterno, vel in tempore; sed sufficit, quod existeret data hypothesi: ergo hoc sufficit, ut cognita per cognitionem veram interat recta illatione logica predictæ scientiæ existentiam, & consequenter, sicut his, quæ diximus ut logicè sit ratio a priori determinans existentiam eius scientiæ ¶ Vbi pro nonnullis æquiuocationibus refecandis, obseruetur, aliud esset, quod objectivè, quasi in actu priuato determinat logicè, præ-

dictæ scientiæ existentiam; & aliud id, quo exercet in actu secundo determinare logicè eius scientiæ existentiam. Primum est ipsa conuersio, quæ data hypothesi esset: illa enim est obiectum, quod cognitum secundum statum, quem haberet, data hypothesi, bene arguit existerere in Deo ralem scientiam. Secundum est ipsum exercitium terminandi predictam scientiam indistinctam ab illa. Nam conuersionem, quæ esset, determinare in actu secundo logicè talis scientiæ existentiam, non est aliud, quam hanc scientiam existere terminatam ad illam conuersionem, ita ut sit infallibile argumentum existentiæ talis scientiæ status bene cognitus, quem haberet conuersio sub hypothesi data.

32. Sic in physicis, virtus combustiva, quæ est in igne ad actualem combustionem, est ipsa vis vrendi: exercitium autem eliciendi combustionem indistinctum est ab ipsa combustione. Sic in intentionalibus, bonitas habendi sanitatem, quæ non est, sed esset, si sanitas existeret, est, quæ mouet ad sanitatis desiderium; exercitium autem mouendi in actu secundo est ipsam desiderari. ¶ Ex quibus omnibus ad argumentum factum num. 26. dicatur, ipsam conuersionem, quæ non est, sed esset, determinare Deum con-

iunctim cum infinitate intellec-
tus diuini ad scientiam con-
ditionatam affirmatiuam. Quia
talem conuersionem determi-
nare logicè ad prædictam scien-
tiam , non est eam conuersio-
nem aliquid præstare , quod re-
quirit ipsam existere , & habe-
re esse intrinsecè absolute , &
simpliciter ; sed existere cum
hoc addito diminuente , nem-
pe prout sufficit ad hoc ut euadat
vera prædicta scientia. Ad
quod sufficit , quod conuersio
eslet , si daretur concitio ; non
vero requiritur , quod iam sit.
Ad confirmationem. Ut con-
uersio constituat hominem me-
rentem , necesse est , ut consti-
tuat ipsum in aliqua differen-
tia temporis dignum præmio :
cumque nullus sit præmio dig-
nus propter illa , quæ benè gere-
ret , si daretur certa conditio ;
sed propter illa , quæ benè gerit
absolute ; inde non sufficit ad
meritum actus bonus , qui eslet
sub aliqua conditione , & nun-
quam est. At conuersio non ali-
ter determinat ad scientiam con-
ditionatam , quam logicè inferen-
do , nullo physicè præstito , quod
quantum est ex ipsa vera erit præ-
dicta scientia , si detur : & ut sci-
entia dicens , quod eslet conuersio ,
si daretur tale auxilium vera sit ,
quantum est ex ipsa conuersio-
ne , sufficit , quod conuersio eslet
sub illa hypothesi ; non requiritur
quod iam sit.

33 At virgebis. Futuritio co-
ditionata conuersionis duplex
est iuxta dista disp. 10. capit. 3.
Alia entitativa indistincta à fu-
turitione absoluta. Alia in ra-
tione veritatis ; & hæc futuritio
consistit in eo , quod conuersio
terminet hoc iudicium: *Erit co-
uersio , si detur talis conditio* , &
aliunde tale iudicium sit iudi-
cium verum. Tunc sic , quod
determinat Deum , ut habeat
scientiam conditionatam de con-
uersione Iudæ , nequit esse fu-
turitio conditionata in ratione ve-
ritatis: ergo nulla. Prima pars an-
tecedentis videtur clara. Quia
futuritio conditionata entitati-
ua conuersionis Iudæ supponit
falsò , quippe , quæ est inciliuncta
à futuritione absoluta talis con-
uersionis , eaque conuersio non
est absolute futura. Posterior
pars antecedantis probatur. Fu-
turitio conditionata talis con-
uersionis in ratione veritatis mihi
aliud est , quām eam con-
uersionem terminare hanc sci-
entiam verissimam Dei : exis-
teret conuersio Iudæ , si dare-
tur tale auxilium. At , quod de-
terminat Deum ad hanc sci-
entiam non est conuersionem lu-
dæ scientiam ipsam terminare:
Hoc enim est indistinctum ab
ipsam scientia : ergo quod de-
terminat Deum ad hanc sci-
entiam non est futuritio conditio-
nata conuersionis in ratione ve-
ritatis.

34. Respondeo, utramque futuritionem determinare Deum, aliter tamen, & aliter, ut cognoscat, quod esset conuersio sub illa hypothesi. Futuritio conditionata in ratione veritatis, determinat Deum in genere, quasi causæ formalis, ut cognoscat prædictū obiectū. Ratio est quia talis futuritio, ut bene probat obiectio est illa ipsa scientia Dei, & haec scientia constituitur: Deus formaliter cognoscens prædictū obiectum. Futuritio conditionata entitativa conuersionis Iudæ (quam futuritionem si supponeres exerceri absolue, falsa esset suppositio; nihil tamen falsum est dicere, quod ea futuritio ex parte conuersionis esset, si daretur tale auxilium) determinat in genere obiecti logicè inferentis, quod talis scientia si daretur vera esset, quantum est ex parte obiecti. Ratio est, quia si formetur hic discursus. Conuersio existeret, si daretur hoc auxiliū: ergo ex parte conuersionis non erit falsa scientia diuina, quæ hoc ipsum affirmet. recta quidem est eiusmodi consecutio, proinde obiectum antecedentis recte infert obiectum consequētis. At obiectum antecedentis est ipsa entitativa conuersio identificata cum futuritione entitativa conuersionis, qua parte talis futuritio claudit ipsam conuersionem, obiectum inquit antecedentis est ipsa entitativa

conuersio, quamvis non enuntiata modo tendendi ab soluto; sed conditionata ergo ipsa entitativa conuersio, & entitativa futuritio illius, qua parte claudit conuersionem ipsam, infert obiectum conclusionis præfati discursus. Cum igitur obiectum eius conclusionis sit non esse falsam prædictam sciētiā diuinā, si daretur, idque inferat in intellectu diuino dari, consequens tandem est ipsam conuersionem entitativam, eiusque futuritionē entitativam, qua parte claudit conuersionē ipsam, determinare Deum ad prædictam scientiā in genere obiecti logicè inferentis existentiā ipsius. Sic ipsa bonitas sanitatis identificata cum sanitate, quā æger non habet, mouet infirmū in genere obiecti ad desiderium sanitatis: mouet enim bonitas; quam apprehendit sibi conuenientē, & hoc modo apprehendit sanitatem, & bonitatē identificatam cum sanitate.

35. Omissis nunc argumentis, quæ probare contendunt, scientiam conditionatā contingentē non posse non esse Deo liberam, ac proinde essentialiter inniti decreto libero Dei: hæc enim argumenta commodius expendam disp. 12. Vbi aperiam, quomodo hæc scientia sit Media inter naturalem, & liberam. Obijctes tandem. Non potest Deus certo, & infallibiliter cognoscere obiectum, quod non est determinatè verū.

At

At obiectum scientiae conditio-
natæ contingentis non est deter-
minatè verum independenter a
decreto actualiter exercito : er-
go neque cognoscibile certò , &
Infallibiliter à Deo. Minor pro-
batur. Nam hoc obiectum: Con-
uersio esset, si daretur tale auxiliū,
non est verum in se ipso intrin-
secè , quia conuersio pro eo sta-
tu non est intrinsecè; sed est; &
consequenter nihil habet intrin-
secè; sed haberet. Deinde talis
conuersio non est determinatè
vera in suis causis creatis, nempe
in voluntate creata, auxilijs diu-
næ gratiæ, &c. Nam huiusmodi
causa secundū se sumptæ sunt in-
differentes , ut conuersio esset;
& non esset, si daretur tale auxiliū.
Solum ergo restat , eam
conuersionem esse determina-
tè conditionaliter veram in cau-
sa increata , pro suo decreto de-
terminata actualiter ad hoc , ut
conuersio daretur, si daretur ta-
le auxiliū.

36 Concessa maiori negatur
minor. Ad probationem respō-
deo , tale obiectum neque in se
ipso intrinsecè est determinatè
verum, neque in suis causis crea-
tis, ut bene probat obiectio; ne-
que in decreto actualiter exer-
cito ex parte Dci , ut latius con-
stat ex dictis in hac , & superio-
ri disp. sed est determinatè ve-
rum in ipsa scientia conditiona-
ta Dei , ut intrinsecè connexa
cum eo , quod conuersio esset,

Si daretur tāe auxiliū: Ratio
est. Nam obiectum esse deter-
minatè verum non est aliud,
quam terminata cognitionem
veram ; potius quam falsam. At
conuersio ex eo, quod terminet
scientiam diuinam infallibilem
dicentem , quod cōuersio esset,
si daretur tale auxiliū termi-
nat scientiam veram , potius
quam falsam : ergo ex hoc capi-
te habet esse determinatè verā,
non physicè in ratione entitatis;
sed intentionaliter in ratione
objeci.

37 At urgebis. Scientia con-
ditionata est speculativa non fa-
ciens suum obiectum esse verū;
sed supponens: ergo conuersio
non habet ex vi terminandi
prædictam scientiam , quod ve-
rè esset, si daretur tale auxiliū;
sed hoc habet antecedenter ad
scientiam. At non ex alio capi-
te , quam ex decreto actuali-
ter exercito ex parte Dei : ergo
id habet ex tali decreto. Respo-
deo , si sistamus intra ipsum sta-
tum conditionatum , scientia
conditionata non est factiua, sed
speculativa sui obiecti , v. g.
conuersionis , quæ esset, si da-
retur tale auxiliū , quia licet
causare soleat remotè conuer-
sionem , prout absolute existen-
tem , dirigendo Deum ad col-
lationem auxiliij ex quo pro-
uenit absoluta existentia con-
uersionis; nullatenus tamen cau-
sat eam conuersionem si in sta-

tu conditionato sistetur, Deus. que non procedat ad positio-
nem conditionis. Inde intra sta-
tum conditionatum ea scien-
tia non præsupponitur priori-
tate causalitatis ad suum obie-
iectum , quin imò subsequitur
ad illud sibilectione rationis,
ut supra explicui. At pro eo prio-
ri, non habet conuersio, quod
iam sit verum, conuersionem
fore „ si detur tale auxilium;
quia pro eo priori tale obie-
ctum neque habet entitatem;
sed haberet ; neque habet ter-
minare cognitionem; sed ab hoc
præscindit , ac proinde pro eo
priori, neque denominatur ve-
rum veritate entitatis ; neque
veritate cognitionis. Dicimus
ergo, conuersione in statu cō-
ditionato esse determinatè verā
per determinationem sumptam
ex infalsibili cognitione diuina,
quam terminat ; & vt eam ter-
minet, tanquam scientiam spe-
culatiuam, non requiritur, quod
præsupponatur ad illam eius ob-
iectum , ut vestitum denomi-
natione veri ; sed tatis est , vt
secundum se præsupponatur ad
ipsum prioritate rationis, non
tanquam id quod iam est;
sed, quod est et si po-
neretur con-
ditio..

DISPVT. XXII.

*Quem habeat cognoscendi modum
scientia conditionata, & qua
variae sit media?*

INdagandus superest modus,
quē habet cognoscendi scien-
tia media ipsiusque qualitates.

CAPVT I.

*An Deus cognoscat futura condi-
tionata libera in se ipsis, &
quo iure talis scientia
dicitur Media?*

IN Ostri Scriptores conti-
muniter, & iure optimo
defendunt, Deum cognoscere
primario in se ipsis terminatè
futura cōditionata libera, in qua
difficultate fere nihil addendum
superest præter iam dicta tum
disp. 9. capit. 1. circa cognitio-
nem divinam creaturarum pos-
sibilium in se ipsis. Tum etiam
d. p. 13. cap. 4. Vbi de cognitio-
ne futuri liberi in se ipso. Recog-
noscenda sunt ibi dicta. Nihil e-
nim aliud necessarium est, quam
præsenti instituto doctrinam ibi
traditam aptare. Ex qua sit pri-
mo, actum liberum creatū con-
ditionatè futurum non esse ob-
iectum physicè motuum scien-
tia conditionata , quia neque
tali scientie dat esse per influxum
phy-

physicum, nequè per cōstitutionem intrinsecam, quorum alterum ex disp. 3. requiritur ad obiectum physicè motuum. Et secundò tales actus liberos conditionatè futuros esse obiectū intentionaliter motuum scientiæ conditionatæ. Ratio est eadem, quā tradidimus loc. cit. vt circa possibiles sint obiectum intentionaliter motuum scientiæ diuinæ. Et tertio directe, & primario loquendo eosdem actus in se ipsis terminantur, & verificatiue cognosci. Ratio est.

2 Quia, illud obiectum dicitur in se ipso immediate terminatiue, & verificatiue cognosci, per ordinem ad quod verificatur diuina scientia sic terminata ad ipsum, vt ad nullum aliud immediatus terminetur, propter quod illud attingat. Sed scientia cōditionata istorum actuum liberorum, sic terminatur ad ipsos directe, primarioque loquendo. Nam hoc modo non terminatur siue ad decretum Dei actueliter existens in Deo; siue ad aliud medium propter quod talia futura tangat, vt ex præced. disp. constat: ergo attingit talia futura directe, primarioque loquendo in se ipsis terminatiue, & verificatiue. Dixi directe, primarioque loquendo, nam veluti reflexe, & secundario nō est dubium, Deū cognoscere hæc futura, tum in ipsa scientia conditionata, quasi reflexe cognita, prout connexa

certò cum ipiis; tum etiam in complacentia distin circa ipsa, vt cōditionatè futura ea proportione, qua idem diximus disp. 8. de creaturis possibilibus.

3 Fit quartò. Sicut diximus disp. 13. cap. 4. Deum, supposita sua intellectualitate infinita sufficiēter determinari, vt ab æterno cognoscatur infallibiliter futura libera, eo præcisè, quod ipsa sint exercenda in sua differentia temporis, abstrahendo ab eo, quod ipse Deus in se ipso cognoscatur existere prædicata conexa intelligentibiliter cum eis actibus absolute futuris; sic etiam Deus supposita sua intellectualitate infinita sufficiēter determinatur, vt ab æterno cognoscatur infallibiliter futura libera conditionata, eo præcisè quod exerceatur in sua differentia temporis si daretur certa conditio, præcindendo ab eo, quod Deus in se ipso cognoscatur existere prædicata conexa cum eis actibus liberis, vt cōditionatè exercendis. Fit quinto, siue Deus habeat in se ipso, vt volunt Thomistæ, decretum subiectuè absolutū; & obiectiuè conditio natu; siue alia media, in quibus certò, & infallibiliter cognoscibilia sint eiusmodi futura; siue neq; talia decreta, aut media præ cognita detinunt actueliter in Deo; tamē adhuc negandū nō est, Deū præter cognitionem in alio cognoscere in se ipsis hæc futura conditionata. Quēadmodū, tametsi

existant in Deo media , in quibus certo cognoscat creaturas possibles , & absolute futuras, probatum est loc. cit. Deum insuper in se ipsis haec obiecta cognoscere.

4 Circa secundam difficultatem , nemp̄e , quo iure scientia haec dicitur *Media*, dissidium de nomine est. Nam circa rem ipsam nihil aliud volumus , quam Deum infallibiliter cognoscere actus liberos sub cōditione futuros indepedēter ab eo , quod ipsos actualiter , & absolute ex parte subiecti decernat per decretū conditionatum ex parte obiecti. Sed quia nostri aduersarij nō solum contra rem ipsam ; sed etiā contra nomen per iniuriam insultarunt , cogor nominis rationem breuiter exhibere. Noto primō , scientiam diuinam diuidi in scientiam simplicis intelligentiae , & visionis. Illa dici solet , quæ præcisè res contemplatur , ut necessario possibles hæc , quæ terminatur ad ipsas , ut absolute existentes in aliqua differentia temporis. Plerique autem , quos postea citauimus , melius , & cōformius D. Thomę dicunt , sciētiam simplicis intelligentiae , esse illam , quæ rem attingit præscindendo ab eo , quod existat , aut non existat in aliqua differentia temporis ; visionis autem , quæ non intuetur , ut existentem in aliqua differentia temporis . Secundo diuidi solet diuina sciē-

tia in naturalē , & liberā , quamvis D. Th. nec meminicit huius diuisionis , vt testatur P. Suar. prolog. 2. de grat. cap. 7. num. 8. Naturalis dicitur , quæ inest Deo necessariō , ac proinde independenter ab eo , quod suam libertatem exerceat ; sic Deus cognoscit se existere , & creaturas esse possibles.

5 Libera dicitur , quæ inest Deo contingēter , desiderans ad hoc , vt sit quod Deus exerceat suam libertatem erga illius obiectum , vel decernendo , vel permettendo , quod sit. Hac ratione libera est Deo haec scientia. Petrus me amabit ; item haec : *Anti-Christus peccabit*. Nam vt prima existat in Deo , requiritur , quod Deus exerceat suam libertatem decernendo talem amorem ; & vt secunda existat , requiritur , quod Deus exerceat suam libertatē permittendo tale peccatum. Noto tertio , hanc sciētiā contingentem : *Si Petrus habeat auxilium A. consentiet* , quam habet Deus independenter ab eo , quod actualiter habeat decretum circa contentum , non vnum dum taxat obiectum contingens respicere. Nam per eam scientiam Deus cognoscit consensum , vt existentem conditio- natē , qua ratione est contingens , quia potest ea conditione data non existere. Deinde per eam scientiam cognoscit Deus hanc ipsam sciētiā , quæ per se ipsam præ-

præsentissima est intellectui di-
uino; & est contingens, quia lo-
co ipsius potuit opposita existe-
re. Item per hanc scientiam cog-
noscit tale auxilium non esse ab-
solutè coextitum dissensui;
neque dissensum extitum esse
dependenter à potestate libera
constituta pertale auxilium. Vn-
de per hanc scientiam cognos-
cit carentiam absolutam talis
coexistentiæ, ac dependentiæ.

6 Ratio est. Quia per hanc scie-
tiam perfectè penetrat hanc ve-
ritatem: Si Petrus habeat auxi-
lium A. consentiet: Ergo attin-
git ea, cum quibus ineuitabiliter
connectitur hæc veritas. At hæc
veritas connectitur ineuitabili-
ter cum carentia absoluta coe-
xistentiæ dissensus cum hoc au-
xilio, & consequenter cum ca-
rentia dependentiæ dissensus à
libertate constituta per hoc au-
xilium: ergo attingit has caren-
tias absolutas. Minor probatur.
Quia talis veritas connectitur
ineuitabiliter cum hac veritate:
Non dabitur coexistentia dissensus
cum hoc auxilio, vt patet. Item
connectitur cum hac veritate
necessaria: *Non dabitur sine hoc*
auxilio coexistentia dissensus cum
illo. Nam iuxta nos, omne con-
tingens connectitur ineuitabili-
ter cum quolibet necessario: er-
go talis veritas conditionata cū
coconnectitur, quod nullo mo-
do detur prædicta coexisten-
tia, & dependentia, ac per con-

sequens cum absontis carentijs
ipſarum.

7 His positis PP. Fassol. Heri-
ce. Becan. Alarcon, & alij putant
scientiam, de qua loquimur esse
medianam inter simpliçem intel-
ligentiam, & visionem; quia nō
solum cōtemplatur cōfensum
vt possibile, vti scientia sim-
plicis intelligentiæ; neque, vt
existentem absolutè, vti scientia
visionis; sed contemplatur ip-
sum, vt extitum, sub cōdicio-
ne, quod detur auxilium A. Pro
quo statu non adeo distat ab ex-
istentia cum auxilio A. quam si
præcise possibile esset existere
cum illo. Cæterom scientiam,
de qua loquimur comparatam
ad cōfensum sub conditione
futurum reuocat ad simplicem
intelligentiam P. Molina ad art.
9. quæst. 14. 1. p. §. Scientia Diu-
na. P. Valent. 1. part. quæst. 14.
punct. 5. Cardinal. Bellar. lib. 2.
de amissione grat. capit. 17. in
responſ. ad 1. argum. Caluini. P.
Suar. Prolog. 2. de grat. cap. 6.
num. 7. P. Valent. 1. part. quæst.
14. disput. 67. num. 27. P. Arrub.
ibi disp. 36. cap. 9. referens Sta-
pleton. P. Lefsius in Apolog. cap.
19. num. 1. & plures alij. Cuncti
tamen DD. nostri scientiam,
de qua loquimur, censem re ipſa
Medianam inter naturalem, & li-
beram. Quia neque habet om-
nia prædicata naturalis; neque
omnia prædicata liberæ; ed par-
tim prædicatum, quod habet
scien-

scientia naturalis; & non ab eis partitur, i.e. prædicatum, quod habet scientiam libera; & non naturalis. Non habet omnia prædicata, quia scientia libera: quia hæc petit decretum actuale prosecutuum, vel permisuum sui objecti; at scientia conditionata nullum circa suum obiectum petit decretum actuale. Hinc habet prædicatum, quod conuenit scientiae naturali, & non liberæ, nempe independentiæ ab actuall decreto libero; & rursum habet etiam prædicatum, quod competit scientiae liberæ, non vero naturali, nempe contingentiam.

8 Iraque, sicut apud Thomistæ prædeterminatio est actus medius inter actum primum constitutiuum potestatis ad nostras operationes; & inter actum secundum, scilicet nostram operationem actualem, quia cum actu primo constitutuuo potestatis ad operandum conuenit in antecedentia ad nostram operationem, & cum nostra operatione conuenit in subsecutione ad potestatem operatiuam a liunde constitutam. Ita iuxta nostram Scholam propter convenientiam, & disconuenientiam scientie conditionatae cum naturali, & libera, taliis scientia dicitur inter utramque Media. Sicut etiani iuxta subtilem Scotistarum Scholæ, distinctio, quam vocant formalē ex natura rei

dicitur ab ipsis Media inter distinctionem reali simpliciter, & puram distinctionem rationis: quia prædicta distinctio formalis ex natura rei conuenit cum distinctione reali simpliciter, quod est ante operationem intellectus, discrepat ab illa, quia inter sua extrema reali simpliciter idem. titatem admittit; quam illa excludit. Rursum conuenit cum distinctione rationis, quia sicut hec admittit, ita etiam admittit ipsa reali simpliciter identitatem inter sua extrema; discrepat ramen ab illa, quoniam ipsa est ante operationem intellectus, secus illa. Vnde non est, cur semel re supposita, tantarum Scholarum DD. nomen scientiae Mediae reprehendant. Quin potius laudabile est, quod adeo graues, Doctasque Scholas, quoad modum loquendi indiuersis materialijs, sed eadem proportionali ratione, imitemur.

9 Dico igitur primo scientia conditionata contingens comparata ad consensum sub condicione futurum potest dici non incongrue media inter simplicem intelligentiam, & visionem, si nomine simplicis intelligentie accipiatur dumtaxat scientia possibilium præcisè, ut possibili. lii. Ratio est, quam ex authoribus n. 7. primo loco citatis, retulimus. Sed quia, ut bene authores ibidem 2. loco citat, receptior apud antiquos, & apud

D. Th.

D. Th. Visitator est accep^{tio} sciētiæ visionis pro scientia obiecti, quod absolute existit pro aliqua differentia temporis; & acceptio simplicis intelligentiæ pro scientia obiecti prout p̄fscendentis ab eo; quod existentiā exerceat in aliqua differentia tēporis, idcirco. Dico secundō, scientiam conditionatā, prout comparatā ad cōfensem conditionaliter futurū p̄fscindendo ab eo, quod existat, aut non in aliqua differētia tēporis, esse scientiā simplicis intelligentiæ. Dico tertiō. Sciētia conditionata prout, quasi reflexe, cōparatur ad se ipsam, ut absolute existēt, & prout cōparatur tanquā ad absolute existentes ad carentias coexistētiae, ac dependentiae, quarū memini- mus num. 6. est scientia visionis. Quippe, ut sic, cōparatur ad obiecta absolute existētia. Dico vīmō cum authoribus. Societatis, scientiā conditionatā prout cōparatur ad cōfensem conditionatē futurum, ad se ipsum, & ad p̄dictas carētias esse re ipsa me diā inter sciētiā uaturalē, & libera. Rationē at signauim⁹ n. 7. & 8

C A P V T II.

Obiectiones.

10. **E**xpediendæ sunt, quæ dīpp. anterioribus ad hunc locū remissimus. Obiecties primò ad hominem. Nam iuxta principia, que late à nobis statu-

lita sunt trist. de p̄d. disp. 10. hæc scientia conditionata: Si Petrus haberet libertatem A. abuse retur ipsa peccando, indiget permissione libera Dei actualiter exercita; ergo est scientia libera Deo; non media internaturalē, & liberam. Antecedens probatur. Nā iuxta illa principia, Deus potest pro sua libera determinatione p̄fstante, quod Petrus non abutatur peccando tali libertate. Deinde requiritur Deum non p̄fstante hoc, ut sit verum, Petru m peccando abusorum esse tali libertate, si illam habeat: ergo ut hoc sit verum, requiritur Deum non ponere obice in huic veritati, quem libere ponere posset. Sed in hoc sit tñ hanc veritatem permettere: ergo veritas illius scientiæ, & consequenter ipsa scientia indiget permissione libera Dei actualiter exercita.

11. Negatur antecedens. Ad probationem, concessio tōto antecedenti, & cōsequentia, distinguo minorē sublunctam. In hoc sit liberē permettere libertate propria inuolente permettentē ex sua determinatione, & electio ne permettere nego minorē; li bertate propria, vel impropria, vel hoc inuolente, vel nō inuolente hoc; sed p̄cūsē pro aliena libertate determinari Deum quasi passiuē, ut non ponatur obex, quem Deus posset pro suo nutu ponere, concesso minorē. Ac deinde dicatur:

p̄p.

per adicam scientiam, & veritatem ipsius nulla permissione diuina egere, quæ sit propriè exercitium libertatis positum veluti actiue ex electione diuina, quicquid sit de indigentia permissionis, ad quam Deus non se determinat pro sua libertate; sed pro aliena determinatur.

12 Rem explico. Omissione decreti inferentis Petrum bene usurum fore libertate A. si illam haberet, tot modis dari potest, quanto potest impediri tale decretum. Illud autem, saltem duplum citer potest impediri. Primo, cato, quod Deus ductus indifferenter ex conuenientijs, quæ in eo plenident, quod omittatur tale decretum, omittat ipsum potens ex alijs conuenientijs illud exercere. In hoc euentu tale decretum impediretur ex libera Dei electione, ac determinacione; non vero impedito præcisè illo ex aliena determinatione, Deoque, quasi mere passiuè se habente. Secundo quatenus sit verum (non quia voluntas diuina ex propositis sibi conuenientijs reddidit illud verū; sed quia sic res se habent, quasi mere passiuè se habente Deo) quod Petrus abuteretur peccando tali libertate, si haberet illā. In hoc casu, cum hæc veritas sit incompossibilis cum illo decreto, quod Deus habere posset de bono usu eius libertatis, certè ex illa im-

peditur tale decretum. Sed cum ea veritas non sit pro libertate Dei, neque involuat, quod aliquid Deus ex sua electione faciat; sed, quod voluntas creata data hypothesi pro sua libertate aliquid ficeret, scilicet peccaret, consequens est huiusmodi impeditio eius decreti Dei non exerceri pro libertate Dei se determinantis; ied pro libertate voluntatis creatæ se conditionaliter determinantis ad peccandum pro ea hypothesi: & quia prædicta veritas non eget alia impeditio talis decreti, consequens tandem est, ut nullo egeat diuinæ libertatis exercitio actua li propriè loquendo.

13 Obijcies secundò. Scientia conditionata contingens non existit necessariò: ergo contingenter. At non contingenter, & non liberè respectu Dei, quia existaret casualiter respectu Dei, & præter intentionem ipsius, quod iunimæ perfectioni diuinæ libertatis derogat: ergo existit liberè respectu Dei, & consequenter per decretum liberum Dei. Conseruatur. Ut actus liber sit necessario possibilis requiritur iuxta nostra principia possibilis necessaria actualiter existens: ergo ut sit contingenter sub conditione futurus requiritur futuritio conditionata contingens actualiter existens: ergo sicut per nos necessaria possibilis actus liberi creati consistit in habitu-

cine

dine necessaria Dei ad ipsum denominante illum potissimum; ita futuritio conditionata consistet in habitudine contingente Dei ad ipsum denominatum illum futurum conditionatè. At non in habitudine contingente Dei, & non libera Deo, propter nuper dicta ergo contingente, & libera. Quod autem aliud est decretum liberum, quam habitudo Dei contingens, & libera ad obiectum creatum? Tandem ergo futuritio conditionata stat in decreto libero Dei actualiter exercito.

14. Ad argumentum, cōcessio antecedente, & prima consequentia respondeo, talem scientiam existere contingenter; non tamen liberè respectu Dei. Ne go tamen inde sequi, casualiter existere respectu Dei, quamvis independenter à decreto ipsius existat. Caeus quæstionē de nomine. Quod attinet ad rem ipsam præcise est aperire, quomodo hic nulla casualitas, ut sic loquar, interueniat, quæ pugnet cū perfectione diuina. Quod sic explicō. Non est contra diuinam perfectionē, aliquid existere contingenter, quin Deus efficaciter decernat ipsius existentiā. Tum quia sic existit malitia peccati, tum quia iuxta probabilem opinionem admittentium in Deo puram omissionem liberam, ita existit talis omissione. Cuī rei vberiorem rationem trademus

postea. Quo circa cum ex communi senti contingere aliquid casu respectu Dei, sit quoddam impossibile pugnans cum diuina perfectione, non est præcise contingere citra liberum decretum Dei. Est igitur ipius existentiam velut excidere, vel in scio Deo, vel affectu suo efficaciter nolēte talem existentiam. Primum arguit mentis inscitiam. Secundū, voluntatis imprudentiam decernentis non esse, quod euitare non potest. Hinc eiusmodi causalitas impossibilis, eslet contra diuinam perfectionem. At scientia conditionata eius casualitatis expers est, quia licet in existendo sit independens à decreto efficaci Dei; tamen idem est ipsam existere, & penitissimè sciri à Deo, præsciente quoque ante ipsius existentiam quicquid tunc de illa scibile erat. Neque Deus efficaciter renuit ipius scientiæ existentiam, quando ipsa existit: nam ipsa Dei perfectio talem affectum excludit.

15. Ad confirmationem respondeo. Ut actus liber creatus sit possibilis, necesse est, existere possibilitatem necessariam ipsius. Tum quia necesse est possibilis esse ipsius causas, & cum inter ipsas præcipua sit omnipotētia Dei, necesse est possibile esse omnipotētiam Dei: cum, que possibilis omnipotētia cum ipsius existentia exercita connectatur ineuitabiliter, con-

sequens tandem est requiri sa-
tem remota, & indirecte, ad hoc
vt actus creatus sit possibilis,
omnipotentia diuina actualiter
existens, quæ est possibilitas ne-
cessaria creaturarum. Tum quia
vt actus creatus sit necessario
possibilis in ratione veritatis (nā
possibilitas entitatiua ipsius in-
trinsicæ ipsi non est necessaria;
sed contingens, vt constat ex
eisip. 6.) necesse est existere actū
verum dicentem non implicare
contradictionem. Vnde vt sit
possibilis, & vt sit necessario
possibilis requiritur aliquid a-
ctualiter existens. Iam vero fu-
turatio conditionata conuersio-
nis, v. g. vel sumitur entitatiuè
vel sumitur verificatiuè; si sumi-
tur primo modo, non dicit ali-
quid actuale; sed quod esset co-
uersio, si daretur certa conditio:
si sumitur secundo modo, non
dicit actuale decretū; sed actua-
lem scientiam infallibilem asse-
rentem, quod esset conuersio, si
daretur illa conditio. Quamob-
rem proposita paritas nullo ex
latere probat actuale decretum.

16 Sed contra obiectes ter-
tiæ. Quicquid est contingens, &
importat positivam, & realem
perfectionem non existit nisi per
decreturn efficax Dei. At scien-
tia conditionata diuina contingen-
gens est, & importat positivam
& realem perfectionem: ergo
non existit nisi per decreturn ef-
ficax Dei. Minor, in qua sola vi-

deture esse difficultas patet. Ideo
enim: creature non posunt exi-
stere nisi per decretum efficax
Dei, quia dicunt contingentiam
& positivam perfectionem rea-
lem. Hæc obiectio non tam dif-
ficultis est, quatenus tangit scien-
tiam Medium, quam prout at-
tingit arbitrissimam difficulta-
tem de perfectione, quam di-
cunt actus contingentes Dei se-
cundum terminationem ad ob-
iecta creatura. De quo tractat. de
volunt. Nunc breui ex ibi dice-
dis respondeo, scientiam con-
ditionatam contingentem nul-
lam prorsus entitatianam perfe-
ctionem importare præter ne-
cessariam perfectionem Dei ter-
minatam ad obiectum contingens,
in qua terminatione nulla
alia perfectio imbibitur præter
perfectionem necessariam Dei,
vt est communissima Theolo-
gorum opinio loco citato. Quo
sit, eam terminationem scientie
conditionatae contingentis ad
suum obiectum non arguere de-
creturn efficax Dei circa ipsam
scientiam. Tum quia in senten-
cia, quæ admittit in Deo puram
suspensionem liberam non re-
quiritur ad hanc decretum effi-
cax: quia talis omissio nullam
addit perfectionem supra perfe-
ctionem Dei necessariam; & a-
liunde ipsa non est amor efficax
sui; nam alioqui iam non esset
pura omissio: ergo idem prop-
ter rationem proportionalem di-
cen-

cendum erit de scientia conditionata contingente. Tum quia iuxta menturam perfectionum realium, quæ dantur in rebus correspondentibus in Deo affectus, quibus tales perfectiones sint ipsi Deo perfectissimè voluntariæ. Vnde, ubi non est in rebus duplex perfectio, quarum alia sit perfectio necessaria Dei; & alia perfectio contingens participata, non est requisitus duplex affectus in diuina voluntate: necessarius aliis, quo sua perfectio sit sibi perfectissimè voluntaria; liber aliis, quo perfectio contingens participata a Deo sit ipsi Deo planè, & perfectè voluntaria; sed hæc nunc iufficiant.

CAPVT III..

Rēliquæ obiectiones à ratione.

17 **O**bijcles quartò. Sicut ad summam, & infinitam Dei potentiam pertinet posse efficere, quidquid effectibile est; ita etiam potest impedire quidquid impeditibile eit. Oppositum autem sequeretur in nostra sententia. Nam impeditibile est fore, ut voluntas abstinenter a peccato, si tali tentatione pulsaretur. At hoc nequit impediri a Deo, quia Deus secundum nostram sententiam nequit libere præstare, quod peccaret voluntas, si pulsaretur ea tentatio-

Confirmatur primò. Nihil contingens existit, quin saltem existat pro libertate Dei permittentis; licet non positivè determinantis, ut videre est in formaliter peccati malitia existente pro libertate Dei permittentis. At hic status: Peccaret voluntas, si tali tentatione pulsaretur, est aliquid contingenter existens, saltem in ratione veritatis: ergo existit pro libertate saltem Dei permittentis in ratione veritatis: ergo non independenter ab omni via etiā permisso libertatis diuinæ. Confirmatur secundo. Quia rursus in nostra sententia minaretur infinitudo diuinæ omnipotentiae: quippe aliquid elet in rerum natura possibile, quod ponere non posset pro libertate Dei. Per nos enim est in rerum natura ponibile, fore ut voluntas creata peccaret, si tali tentatione pulsaretur. Per nos etiam hoc fore non estponible pro libertate Dei. Tertio, quia etiam est in rerum natura ponibile, fore ut voluntas creata abstinenter a peccato, si tali tentatione pulsaretur. Hoc autem fore tam in ratione entitatis, quam in ratione veritatis existit independenter ab actuall exercitio diuine libertatis.

18. Quartò minueretur infinitudo diuinæ prouidentiaz, ac domini circa nostros actus liberos. Ad hanc enim infinitatem pertinet, ita Deum disponere se

nostris actibus liberis, ut quicunque status ipsorum existat pro libertate, & dominio Dei. At saltem status conditionatus ipsorum, neque in ratione entitatis, neq; in ratione veritatis existit secundum nostram sententiam ex libertate Domini noce Dei; sed independenter ab eo quod Deus actualiter vtatur sua libertate: ergo diuina prouidentia, dominium, & libertas Dei circa nos nos actus liberos non habet plenam, & infinitam perfectionem. Quinto. Demus esse hunc statum cōditionatum contingentem, & bonum: Si Petrus pulsaretur tali tentatione abstineret a peccato: quippe in eo casu peccaret. Tum sic. Vel ille status bonus est Deo possibilis; vel non? Si secundum, quid absurdius, quam aliquid possibile, & bonum esse impossibile Deo? Si primum: ergo cum nihil Deo possibile deficiat, nisi pro libertate Dei, fieri talem statum deficere pro libertate Dei. At illum deficere est existere hunc alium: *Fore ut voluntas libera ad peccandum, & non peccandum, peccaret si pulsaretur tali tentatione:* Ergo hoc existit pro libertate Dei.

19 Argumentum in primis infringitur. Nam parentia formalis malitia peccati est impedibilis, siquidem potest existere malitia formalis. Tamen Deus non potest ex determinatione sua libertatis impedire tale ca-

rentiam: eam enim impediti est ponit malitiam peccati formalē, quæ extra sphærā est diuinæ determinationis, ut recte aduersarij. Deinde respondeo, ad infinitatem diuinæ potentiae pertinere, quod possit efficere quicquid effici potest per veram effectiōnem arguentem perfectionem fecunditatis in ipsa potentia; nō vero, quod solum potest effici per effectiōnem, quæ potius est defectio arguens in ipsa potentia debilitatis imperfectionem. Propterea non pertinet ad infinitatem omnipotentiae diuinæ posse efficere malitiam formalē peccati, ut dicebam disput. 11. de prædest. similiter ergo ad infinitatem omnipotentiae pertinet posse impedire quicquid impedibile est impeditione argentea perfectionem; non vero imperfectionē in principio impediēte. Quoniam ergo ex propriā libertatis determinatione impedire hunc statum: *Voluntas libera ad peccandum, & non peccandum abstineret a peccato, &c.* sit ex determinatione propriæ libertatis ponerel hunc alium oppositum: *Peccaret voluntas, &c.* eaq; positio ex determinatione libertatis diuinæ sit contra summam sanctitatē Dei, ideo non pugnat cum diuina perfectione; sed eam commēdat, non posse Deum pro suo nutu libero priorē illum statuim impeditre, & posteriorem ponere.

20 Ad primam confirmationem resp. Nullus status contingens peccati existit, quin existat pro libertate Dei permittentis exercita per permissionem iuxta proportionem, secundum quam talis status inuokuit peccatum. Quapropter existentia possibilis peccati dicit permissionem possibilem Dei; existentia exercita permissionem exercitam; existentia, quæ exerceretur permissione, quæ exerceretur. Cum igitur ex vi eius status nihil aliud habeat peccatum, nisi quod ex data hypothesi exerceretur, patet non dicere usum permissionis libertatis diuinæ, qui iam sit; sed qui esset, iuxta supra dicta. ¶ Ad secundam confirmationem. Sicut non minuitur, sed extollitur diuina virtus ex eo, quod nequeat malitiæ formalem peccati ponere, quia hoc esset contra summam Sanctitatem diuinæ virtutis; properter eandem rationem dicimus, prætiam diuinæ virtutis exaltari ex eo, quod nequeat Deus ex se ipso determinatiæ ponere statum illum: *Peccaret voluntas, &c.* qui solum ponibilis sit pro malo exercitio absoluto, vel conditionato libertatis creatæ. Ad tertium. Illud *fore*, ut voluntas creata abstineret à peccato, &c., ex parte entitatis abstinendi à peccato nihil dicit, quod sit; sed præcisè, quod esset. Ex parte veritatis in intellectu diuino nullā

dicit perfectionē realē distinctā à perfectione necessaria Dei. Ex quibus, iuxta dicta, necesse non est, ut importet decretū actualiter exercitum ex parte Dei; sed præcisè, quod exerceretur.

21 Ad quartam. Perfectiones illæ diuinæ non minuuntur ex eo, quod nequeat Deus de statibus nostrorum actuum liberorum disponere dispositionibus chimæricis, & pugnantibus cum ipsis perfectionibus Dei, cuiusmodi dispositiones esse contendimus decreta illa antecedenter prædeterminatiæ, & efficacia subiectiæ absoluta, & obiectiæ conditionata, quæ arguentes defendunt. Potest tamē Deus de nostris actibus liberis, & eorum statibus disponere dispositionibus omnibus, quæ non sint chimæricæ, neque pugnantes cū perfectionibus Dei. Et sicut ad statum possibilitatis nostrorum actuum liberorum, salua perfectione Dei, non requiritur decretum actuale diuinum; ita neque ad statum futuritionis conditionata. Ad ultimam. In primis infringitur contra aduersarios ut supra. Nam Deo possibile est, hominē carere formalī malitia peccati. Hæc autem carentia deficere nequit nisi per positio- nē formalis malitiæ, quæ nequit existere pro determinatione libera Dei, cum sit extra sphæram determinationis diuinæ: ergo a liquid Deo possibile deficit, quin

Hh talis

tal is defectus determinetur à Deo. Deinde respondeo. Nihil aliud est deesse statum illum conditionatum Deo posibilem: Si Petrus liber ad peccandum, & non peccandum pulsaretur tali tentatione, abstineret à peccato: nihil, inquam, aliud est deesse statum hunc; quam adesse hunc oppositum: Peccaret Petrus liber ad utrumvis, si &c. Cum igitur adesse hunc statum, nihil dicat ex parte realitatis peccari, quod sit; sed quod esset: & ex parte veritatis in intellectu divino nihil dicat perfectionem realem addes supra perfectionem necessariam Dei, sit adesse hunc statum, vel, quod idem est, deesse alium, non oportere, quod sit pro libertate Dei actualiter exercita; sed tantum opus esse, quod hypothesis data, exerceretur permissum circa peccatum diuinalibertas.

22. Obijcies quinto. Principiū Indifferens ad extrema opposita non potens pro sua libertate se determinare ad unum extremū præ alio, nequit habere unum præ alio, nisi ab aliquo prædeterminetur actualiter ad positionē unius præ alio, sed intellectus divinus de se præcise sumptus est indifferens ad hanc, & ad oppositam scientiam: Si Iudas haberet auxilium A. conuerteretur. Et nequit ex propria libertate, cum sit facultas necessaria, determinare se ipsum ad hanc scientiam proximali: ergo nequit habere hanc

scientiam præaliam nisi ad hoc prædeterminetur actualiter ab aliquo. At sceluso dicit: o actualiter Dei statuentis, quod conuertetur Iudas, si haberet tale auxilium, nihil apparet prædeterminans actualiter ad illam scientiam, quippe conuersio ludus sub eo auxilio non est actualiter, sed esset: ergo, sceluso prædicto decreto, nequit intellectus divinus illam scientiam habere præ opposita, & consequenter illam habet dependenter ab eo decreto actualiter existente: ex quod tandem fit, eam scientiam esse propriissimè liberam; non medium inter liberam, & naturalem.

23. Hoc argumentū putatur omnium validissimum contra scientiam Medium. Resp. Prin. cipium indifferens ad extrema opposita, & pro sua libertate non potens se determinare ad unum præ alio, nequit habere unum præ alio, nisi vel ab extremitate prædeterminetur ad tale extremitum; vel ab intrinsecō sit prædeterminatum ad ipsum pro circumstantijs, quæ dantur modo sufficiente, ut absolute sit determinatum ad tale extremitum præ alio. Sichabitus charitatis, qui de se est indifferens, ut prout nostro voluntatis coniungatur cum amore elicito viribus eius habitus; vel cum omissione talis amoris, quia de se prædeterminatus est, ut pro determina-

tione voluntatis; non verò pro suo nutu libero ponat amorem voluntate se determinante ad amandum, ideo licet positio eius amoris sit voluntati libera; non tamen habitus: sic in præsenti dicimus Deum esse de se indifferentem absolutè ut cum qualibet ex scientijs conditionatis coniungatur; prædeterminatus tamen infinita vi sui intellectus, vt ex suppositione, quod conuerteretur Iudas, si haberet tale auxilium, habeat huius obiecti scientiam, potius quam oppositi, & cum hæc suppositio, vt pote nihil creatum dicens, quod sit; sed præcisè quod esset, non dicat decretum actuale Dei, id. circa determinatus est absolutè Deus, posito, quod conuerteretur Iudas, si haberet tale auxiliū ad scientiam huius obiecti indepedenter ab actuall decreto Dei, quapropter ea scientia non est simpliciter libera.

24 Summa igitur solutionis est, Deum non habere pro sua determinatione libera prædictā scientiam, quia non habet ipsam ex vi decreti exerciti actualiter à Deo; sed determinatus vltimò, completere, & absolutè ad illam habendam partim ex ipsa diuinæ mentis infinitate; & partim, ex eo, quod conuerteretur Iudas, si haberet tale auxilium, ubi nullum actuale decretum Dei inuoluitur. At vrgebis primò. Quod vltimo completere,

& absolutè determinat Deum, vt prædictam scientiam conditionatam conuersionis habeat; potius quam scientiam conditionatam non conuersionis, non est præcisè diuinus intellectus, sed complexum, vel quasi complexum ex ipso intellectu Dei, & ex eo, quod conuerteretur Iudas, si tale auxilium haberet. At, per nos, hoc vltimum nihil dicit, quod existat; sed præcisè, quod existeret: ergo Deo habente scientiam illam conuersionis, potius quam oppositam, nō exiit ab solutè, plena, completa, & absoluta determinatio, vt ea scientia sit, potius quam opposita. Quod videtur imperceptibile.

25 Sed huic replicationi iam antea satisfecimus. Ex quibus breuiter dicendum est, Deo habente prædictam scientiam tria consideranda esse. Primum, infinitas diuinæ mentis. Secundum, ipsa scientia. Tertium, obiectum conditionaliter alterum. Hæc omnia sunt plena determinatio Dei, vt reddatur sciens, quod conuerteretur Iudas sub illa hypothesi. At hæc tria prædictam determinacionem ad hunc effectum formalem, potius quam oppositum, compleant in diuerso genere. Infinitas intellectus diuini in genere, quasi principij, & lubrici, quod redditur sciens. Ipsa scientia in genere, quasi causa formalis exhibentis eum formalem

effectum. Conuersio, quæ esset, in genere obiecti terminantis, per ordinem ad quod verificatur ea scientia, & in genere rationis logicè inferentis eiusdem scientiæ existentiam: Quia verò ad præstandum aliquid in duplice primo genere requiritur existeritia physica illorum, quæ præstant aliquid in eo genere; & quia tamen ea existentia physica nō requiritur ad præstandum aliquid in illo tertio genere, sit inde, Deum habere prædictam scientiam existente physicè, & actualiter plena determinatione ad ipsam, secundum quod ad eam scientiam requiritur existentia physica talis determinationis; & non existente physicè absolute, sed solum conditionate, secundum quod ad ipsam scientiam non requiritur physica, & absolute existentia talis determinationis. In quo nihil imperceptibile inuenio.

26 Vrgebis secundo ad hominem contra nos. Non est contra existentiam liberā actus in subiecto, quod existat necessario ex aliqua suppositione in tali subiecto, si subiectū ipsum posset pro suo libito euitare, quod talis suppositio detur. At, licet Scientia conditionata peccati, quod committeret Petrus, si talem libertatem tali tentatione pulsatam haberet, existat necessariò in Deo ex suppositione, quod Petrus peccaret, si tales existerent cir-

cumstatiæ; potest tamē Deus pro suo libito talē suppositionē impedire, quia iuxta disp. 10 de p̄ḡ dicitur. potest Deus pro suo libito sic res disponere, ut datis eis circumstantijs neque Petrus peccet, neque verū fuerit, quod peccaret si in talibus circumstantijs constitueretur: ergo sciētia talis peccati sub conditione futuri, libera Deo est. Consequētia est certa. Minor cōstat ex nostris principijs; & maior negari nō potest. Licet enim necesse sit me consentire ex suppositione, quod consentiam; consentio tamē libere, quia suppositionem ipsam consentius euitare possum.

27 In primis ferè nullus ex nostris potest hoc argumēto cōtra nos insultare. Nam ferè omnes sentiunt, de quo infra, Deum cognoscere per scientiam Mediām; non vero per scientiā simpliciter liberā decreta, quæ ipse Deus ab æterno haberet, si talis, vel talis conditio daretur, v.g. cognolectit Deus (ponamus hoc) quod decerneret Incarnationē Spiritus S. si cōderet aliū mundū. Utigitur ipsi defendant hāc sciētiā Dei non esse simpliciter libram; sed mediā, quamuis Deus habeat libertatem antecedētem ad condendū alium mundū non decernendo Incarnationē Spiritus Sancti, ac proinde quāvis habeat libertatem antecedētentē, ut suppositio illi veritatis cōditio nalis, sciētiæque cōditionatæ nō exi-

existat, eodem modo nos ipsi poterimus nos defendere. Respondeo ergo. Aliud est, quod ali- quid non sit contra libertatem actus; & aliud, quod ad libertatem actus sufficiat, ut ex se patet. Fa- teor, non esse contralibertatem actus, quod existat necessariò in subiecto ex suppositione, quam subiectū ipsum potestate antece denti valet evitare; non tamen hoc sufficit ad libertatem actus simpliciter. Sed viterius requiri- tur, quod actus non ponatur ex vi præcisè suppositionū, quæ li- cet vel ex toto, vel ex parte sint evitabiles ab ipso subiecto, non tamen inuoluunt actualē exercitiū libertatis eius subiecti. Nō enim est simpliciter alicui liberū quod in illo datur sine exercitio simpliciter tali sue libertatis, cuiusmodi exercitiū non est, non exercita actualiter ea libertate. At hæc scientia existens in Deo: Si poneretur Petrus in talibus cir- cunctatijs; peccaret, licet sit eu- tabilis à Deo; necessariò tamen existit ex vi harum suppositionū. * Diuina mens infinita est, & Pe- trus peccaret, si poneretur in ta- libus circumstatijs. * Cum igitur, vt Iepe diximus, in his supposi- tionibus non inuoluatur exercitiū actualē diuinæ libertatis, idcirco prædicta scientia non est simpliciter libera Deo; sed Me- dia inter liberam, & necessariam. Vbi moneo, cauendam esse litem vocalem. Nam quoad

rem ipsam solam contendimus eam scientiæ ita existere in Deo, vt sit contingens, & non requie- rens ad exitendum exercitium actualē libertatis diuinæ.

CAP. IV.

Objectiones ex D. Augustino;

28 Q **V**oniam oppagnato- res scientiæ Mediae pro viribus contendunt PP. Augusti- num, & Tho. contra illam pug- nasse, cum tamen nos in præsen- ti tractatu, & tractat. de auxilijs contenderimus, à prædictis PP. stabilitam esse, videndum super- est, quid ex illis afferant aduersarij directè pugnans contra scien- tiā Medium. Nam, quæ per- tinēt ad institutum affine, com- modius suis locis enodantur. Di- luemus illa, quæ solutionem de- siderant, omisimus, quæ noua non egent solutione; sed eiusdem ap- plicatione. Primò obijcitur Augustinus de prædest. SS. capit. 10. illis verbis: Prædestinatione Deus ea præsciuit, quæ fuerat ipse facturus, & infra. Quando promis- fit Deus Abrahe fidem gentium non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promis- fit, quod ipse facturus erat, non quod homines, &c. Vnde ar- gui ut. Prædestinatione iuxta phra- sim Augustini est decretum ef- ficax rei prædilectæ, vt non semel concessimus tractat. de

prædest. ergo cum Deus prædestinet actiones liberas nostras, quæ facit, & promittit, ipsa discernuntur efficaciter à Deo. Rursus, actiones hanc conditionatè futuræ efficiuntur à Deo. Quicquid autem a Deo efficitur prædestinatur ab ipso iuxta Augustinum: ergo actiones nostra liberae, etiam in statu conditionato prædestinatur, ac per consequens efficaciter decernuntur. ¶ Respondeo. Nihil aliud probat argumentum, quæ omnia opera bona fieri per decretū efficax Dei proportionatè existens ad statū ipsorum operum. Nam in opera bona, quæ sunt per decretū, quod est, & opera bona, quæ essent, per decretū, quod esset. Hoc autem quod libenter cōcessimus tractare prædestin. non pugnat contra scientiā Mediā, ut patet intellēgenti, quæ sēpè diximus.

29. Obijciunt secundò Aug. ibi cap. 9. illis verbis. Quid enim est verius, quam præcīsse Christum, qui, & quando, & quibus locis in eum fuerant credituri? Sed utrum prædicato sibi Christo a se iſis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est, utrum tamen immodo eos præscierit, an eos prædestina uerit Deus, querere, & discrere, tunc necessarium non putau. Hinc arguitur. Secundum August. opera nostra, quæ tantum præsciuntur, & non prædestinantur, sunt præcisè ex nobis ipsis; non vero Deo donante. Sed opera saluta-

ria conditionata, non sunt præcisè ex nobis ipsis; sed Deo donante: ergo non tali præciūtur, sed prædestinatur, id est efficaciter decernauntur. Idē robur, & ea ē solatio. Concessa maiori, distinguo minore. Deo donante conditionatè, id est, quæ non tollim ex nobis ipsis; sed dono Dei fierent, concedo minorem. Deo donante absolute, id est, quæ absolute fuit a nobis absolute cooperante donatione diuina; nego minorē: & distinguo cōsequens. Prædestinantur conditionatè, id est, prædestinātur, si poneretur conditio, cōcedo consequētiā, prædestinantur absolute, nego. Quamobrem, sicut iuxta aduersarios in hac veritate cōditionata: Si prædeterminauero homines ad fidem, habebunt fidem ortam ex mea prædeterminatione, ac denominatione, fides non est ex nostris viribus præcisè, sed est conditionatè ex prædeterminatione, & donatione Dei, nō quæ iam sint; sed quæ essent, & ex quibus esset fides, data prædeterminatione, & donatione; sic nos proportionaliter dicimus, neque vt credo, impugnabimur si tēdo in authōritatibus, quicquid sit de recursu ad rationes, quib⁹ satisfacere enrauiamus.

30. Obijcit tertiò Gonzalez, & cum ipso Carr. Ioan. à S. Th. & alij. Eadē quæstio, quæ nunc, proposita est D. Aug. à B. Prospero. At August. eam soluit per de-

cre-

cretum prædestinans: ergo scientia cognitione innititur decretis prædestinatiis; non autem est independens ab ipsis. Maior probatur ex his verbis Prosperi ad Aug. in Epist. quæ extat ante librum de prædest. SS. ubi sic interrogat. Vtrum præscientia Dei ita secundum propositum maneat, ut ea ipsa, quæ sunt proposita sint accipienda præscita? An per generacionem causarum, & species personarum ista varientur, ut quia diuersæ sunt vocaciones, in his, qui nihil operatur saluantur, quasi soli Dei propositū videatur existere: in his autem, qui aliquid boni acturi sunt per præscientiam possit stare propositum? An vero uniformiter licet diuidi præscientiam propositam temporali distinctione non posse, præscientia tamen quodam ordine sit submixta proposito, & sicut nihil sit quorumcumque negotiorum, quod non scientia diuina præuenierit; ita nihil sit boni, quod in nostram participationem non Deo auctore defluxerit. Ecce nostram quæstionem, aiunt aduersarij, nempe, an præscientia horum conditionalium innitatur decreto; an contra efficacia decreti innitatur præscientia.

31 Iam verò minor illa, nempe hanc questionem ab August. dissolui per decreta, quibus innitatur præscientia, probatur ex loco citato num. 29. ubi loquens Aug. de illis, quos Deus credituros præsciebat, si prædicaretur

ipsis Euangelium ait. Vtrum tam cummodo eos præsicerit, an eos prædestinaverit Deus querere, & disserere tunc necessarium non putauis. Proinde, quod dixi tunc voluisse hominibus apparere Christū, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui electi fuerant in ipso ante mundi constitutionem. Et paucis interiectis, quæ dixit in quæstione contra Porphyrium (unde ansam arripuerem Semipelag. ut August. obijcerent Deum moueri ex meritis conditionate existentibus ante suum decretum) ait esse dicta excepta (ut dixi) altitudine sapientie, & scientie Dei, & sine præjudicio aliarum causarum. Hanc obiectiōnē firmissimè diluit P. Annat. disp. 3. Ex quo breuiter dicemus, quæ possunt apud ipsum videri solidissimè probata. Igitur.

32 Respond. primo. Nego maiorem. Ad testimonium ex D. Prospero dicendum est, trimembrem esse interrogationē Prosperi. Primo inquirit. Vtrum omnia opera salutaria, quæ præsciuntur à Deo, siue sint initiationes fidei, petitiones, ac desideria, siue quilibet alia, ita sint ex Deo, vt donentur ab ipso ex proposito salutis hominum, ne-

que sint præcise ex viribus naturæ terminantia præscientiam, qua cognoscantur; non vero propositum, per quod gratuito donantur à Deo? Hoc membrum significatur illis verbis: *Verum præscientia Dei, ita secundum propositum maneat, ut ea ipsa, quæ sunt proposita (ea ipsa non alia) sint accipienda præscita?* In qua quæst. nos cum Augustin. putamus nullum bonum opus præsciri à Deo, quod à Deo non sit donatum per decretum gratuitum talis operis, & per decretum præparans gratiam præuenientem ex intentione salutis.

T Secundò inquirit, an distinctione sit opus? Constat enim in paruulis nihil posse præsciri aptum, ut moueatur Deus ad propositum dandi ipsis gratiam, & gloriam: nam huic motioni sunt prorsus inrepta merita conditio nalia, quæ non exercent; sed exercent, si diutius viuerent. Dicendum ne erit propositum iustificandi; & saluandi paruulos esse quidem absque præscientia actuum, qui viribus naturæ eliciti moueant ad tale propositū; at verò propositum iustificandi, & saluandi adultos esse cum præscientia talium actuum? Hoc membrum significatur illis verbis: *An per genera causarum, & species personarum ista varieatur, & quia diuersæ sunt vocationes in his, qui nihil operaturi saluantur, quasi solum propositum vi-*

destur existere, in his autē, qui ali quid boni acturi sunt per præscientiā possit stare propositum. In qua quæst. mens Aug & nostra est; sicut in paruulis nihil præcītum præit, ut moueatur Deus ad primū decretum prædestinās ipsos; ita in adultis nihil tale præire, sed exprim o decreto, propositoque prædestināte cuncta prædestinatōrum salutaria bona deriuari. De quo tract. de prædest.

33 Tertiò inquirit, an sicut in paruulis propοlitū iustificādi, & saluādi non sequitur ex meritorū præscientia; ita in adultis tale propositum nō sequatur ex meritorum præscientia sine influxu gratuito Dei factorū; sed potius cuncta merita, quæ à Deo præciuntur oriantur ex illo proposito, fiantque Deo gratiōē ipsa donātē: *Quod mēbrū, vbi pars affirmatiua Augustiniana, nostra que est, illis verbis significatur.* An vero uniformiter licet diuidi præscientia à proposito temporalī distinctione non posir, præscientia ramē quodā ordine sit subnixa proposito: etsi nihil sit, quorūcumq; negotiorū, quod nō se ētiā diuinā præuenērit, ita nihil sit boni, quod in nostrā participationē nō Deo authore defluxerit. Hanc esse genuinā Prospēri mētē manifestēpatebit legēti Annatū supra. Vnde, quæstio Aug. proposita, ea nō est, quā modo versamus, quāvis mētē biam præoccupatis facile sit verba sonare contra quam significant.

34 Secundò respondeo minorem obiectionis esse falsam, quatenus contenditur medium assignatum ab Aug. ad hanc, & similes veritates conditionatas agnoscendas: *Si his hominibus prædicaretur Euangelium, crederent, esse decretum Dei actualiter exercitum subiectiuè, & cōditionatū obiectiuè.* Nam Aug. ad illam quæstionem, cur potius in talibus, quām in alijs sēculis Christus venerit? Tria dumtaxat ad rem nostram dicit, in quibus neque leuiter indicatur, quod aduersarij volunt. Primum est, certissimum esse, Deum præscississe tales homines credituros, si prædicaretur ipsis Euangelium. In quo præscientiam conditionatam concedit; non tamen adstruit medium, quod aduersarij volunt. Secundum est, homines de quibus videt credituros esse, si prædicaretur ipsis Euangelium non esse sub ea conditione credituros purè ex se ipsis; sed ex Deo donante fidem per prædestinationem, seu decretum ipsius fidei. In quo non significatur actualiter existere tale decretum ad reddendam infallibilem eam veritatem; sed exercendum casu, quo poneretur illa conditio, ut dixi cap. præced.

35 Tertium est. Quamuis Apostoli, & alij, quibus Christus apparuit. Deinde Tyrii, & Sydoni, quibus non apparuit, concuerint inter se, quatenus omnes

illi crederent, si prædicaretur ipsis Euangelium, tamen alijs prædicatum fuit præalijs, atque alijs præ alijs Christus apparuit propter latētes, & inscrutabiles causas pertinentes ad occultissimā voluntatem, & imperium iudicium Dei discernentis pro supremo dominio alios ab alijs. Vnde causæ istæ non consistunt in decreto subiectiuè absoluto, & obiectiuè conditionato per quod Deus ita statuat: *Volo ut credant tales homines, si prædice tur ipsis Euangelium.* Nam hoc decretum iuxta aduersarios cōmune est Tyrijs, & Sydonijs, quibus non conueniunt latentes illæ, ac discretoriæ causæ consistentes in electione speciali Dei. Ut enī ait Aug. de bono perseverantia cap. 9. *Sed neque illis profuit, quod poterant credere (id est, quod crederent) quia prædestinati non erant ab eo, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles viae.* Apostoli autem, & alij non solum mere conditionate crediderunt; sed illis Christus apparuit, & donum fidei accepterunt absolute à Deo, quia electi fuerant in ipso ante mundi constitutionē. Videatur Annat. dicta disp. 3.

36 Pro solutione aliorū præ oculis habe notationes istas. Prima est, Semipelagg. cōtendisse, ne Deus esset personarum acceptator, ut antequam ad gratiam, vel ad gloriā alios præ alijs prædesti-

desinaret, praeficeret ex parte prædestinati, potius quam non prædestinati nonnihil boni facti viribus arbitrij, non tamen Deo gratuito donati; ex quo Deus moueretur ad tales prædestinationem. Vnde salutis seriem ita exebant, ut primū homo itis viribus eliceret desiderium fidei, ac salutis. Deinde Deus inde moueretur ad donandam ipsius perfectionem fidei, aliasque virtutes. Tertio iple homo suis virtibus in gratia accepta perseverat usque ad mortem: vnde quarto mouetur Deus ad eligendam ipsi gloriam. Secundo, non semper, ut perferam existimarent nonnulli ex nostris aduersariis contumici ab Arnato; sed quācūcum nullum bonum absolutē faciūt inueniebant, quod esset Deo ratio ad electionem gratiæ, & gloriæ, recurrebant ad merita conditionata, quæ viribus naturæ, non tamen Deo gratuito donante forent. Quapropter, ut in cuperetur Deus a concedendam alijs præ alijs parvulis gratiam baptismatis, dicebant rationem esse Deum de alijs, potius quā de alijs præuidere, quod viribus naturæ talia merita elicent, si diuitiis viuerent. Deinde, ut moueretur Deus admittendū Christū his potius tēporibus quā alijs, dicebant rationē esse Deū præuidisse illis poti⁹ tēporib⁹ homines fore, qui suis viribus crederent, si prædicaretur ipsis Euāliam.

37 Vnde tertio. Dupliciter errabant circa hæc merita cōditionata. Primo, quatenus meritum quod nunquā crit, sed eplet, si daretur certa conditio, non solum volunt, quod ad præmīū moueret, si talis conditio daretur, sed quodiam moueat. Secundō, quatenus volunt esse conditionatè meritum salutare, quod posita conditione existeret pure ex viribus arbitrij, nō autē Deo gratuito donante. In quo manifeste decipiuntur, sicut enim meritum absolutē nō est, nisi, quod absolutē est ex Deo gratis illud donante; ita neque conditionatē nisi, quod esset ex Deo gratis donante, si daretur certa conditio. Quartò errabant, quatenus censebant ex diuino proposito, seu præcedente constitutione, libertatem humanā destrui, si talis sit constitutio, ex qua proueniat Deum cōferre gratiā præueniētem ad omne opus bonū, unde à Deo gratuito donatū oriatur. Si enim omne opus bonū à Deo donatum accipimus, nō eximus (inquit ipsi) nostri iuris ad ponendum, & euitandum ipsum, neque apta erit hortatio, ut pona tur, neque correptio, quia non ponitur. Et licet hoc argumentū infringatur in incremento fidei, bonisque alijs operibus, quæ per donum Dei esse fatentur, id non probat errorem assignatum, ipsorum nō fuisse; sed vitiū incon sequentiæ contraxisse, quā nota nit.

uit Aug. cap. 17. de bono perse-
verantia, illis verbis: *Cur ergo &
ijsi nobisū prædicti int̄ dona Dei esse
sa, ijsi ijsi continentia? Quid si
hec eundem dona Dei esse prædicatur
non impeditur hortatio, qua homi-
nes hortamur esse sapientes, & con-
tinentes; que tandem causa est, ut
existimetur impediri exhortatio
qua exhortamur homines venire ad
fidem, & in ea permanere usque in
finem?*

38 Vnde ultimò diuersissima
est controuersia inter Aug. & Se-
mipelag. & inter PP. Dominicanos,
& PP. Societatis. Cōtrouer-
sia inter Aug. & Semipelag. est;
an omne opus salutare Deo do-
nante existat? Affirmat Aug. &
Semipelag. negant. Nostra con-
trouersia de hoc nō disputat; sed
tanquā verisimilē supponit, quod
Aug. affirms, nēpē omne opus
salutare Deo donante existere,
quo supposito de modo donādi
disputat, defendētib⁹ PP. Domi-
nicanis donari à Deo per decretā
prædeterminantia, idque nobis
negantibus. Hic deinde, aliā cīle
præscientiam, quam ad præde-
stinationem, ad gratiam, & glo-
riam anteire volunt Semipelag.
ne per talē prædestinationem
laudetur libertas; aliā verò præ-
scientiam, in qua nos fundari vo-
lumus infallibilitate in prædesti-
nationis ad cōsenīū, nolentes
inniti in intrinseca, & infallibili
connexione mediocriū præcedē-
tium, ne libertas corrūat. Semi-

pelag. volunt ad prædestinationē
præcedere præscientiā alīctius
operis salutaris, quod purē ha-
beat hono ex suo dominio, nē
per diuinā donationem; itam si
omnia sunt per diuinā donationē
nē capiunt quoniam lo fet
libertas, ad quā requiri videatur,
quod aliquid latēm ex solo suo
dominio liberum agere valeat.
Nos autem hōc prorsus auersa-
tes, volumus ad omnē adūm
bonum Deum dare gratuitō ef-
fica cēm gratiam, ex qua proce-
dat nos consentire libētē, con-
fensu tamē gratis donato à Deo.
Deinde infallibile Deo esse, quod
nos ita cōsentiem⁹ ea gratia præ-
ueniente collata, quā tamē in-
fallibilitas non fundatur in præ-
dicatis intrinsecis gratiā; sed in
præscientia Dei, per quam scit
homine in liberrimē consensu
rum, Deo tamē gratis donante
talem consensum, si tali gratia
præueniatur. Inanis est labor
hēc firmare post diligentissimā,
necnon fructuofissimā operā
à P. Annato positā disp. notata.

CAPV I V.

Obiectiones ex D. Thomas.

39 **A** Ttingimus non paucā in
hoc tract. & plura alia
tract. de auxil. roborantia de-
novo in Concord. ex quibus sa-
tis patet longe plura scripta re-
liquiae præceptorē Angelicum
qui

quibus nobis quam aduersarijs
fauent. Videamus, quæ contra
scientiam medium afferuntur.
Obicit primò Ioannes à S. Th.
D. Th. 3. p. quæst. 1. art. 5. ad 7.
vbi referens Augustini responsio-
nem ad quæst. illam paganorum:
ent potius hic, & nunc venerit
Christus, quam in alia peristasi
rerum, ait Augustinū reprobasse
primam suam responsionem, &
ad mysterium occultum diuinæ
prædestinationis totum nego-
tium reuocasse: ergo *totum hoc*,
nemp̄ fore, vt homines essent
credituri, si Christus veniret, nō
ad præscientiam futuri euentus,
sed ad diuinam prædestinationem,
& decretum referendum
est. Rēp Mens horum PP. satis
est clara. Dicebat Augustinus ad
Paganos, idcirco venisse Christū
in his potius circumstatijs, quam
in illis, quia præuidit, fore, vt ho-
mines crederet, si in his veniret.
Quia verò possent instare Paga-
nū, hanc rationem non satisfac-
re adæquatè, quia etiam præui-
dit Deus Tyrios, & Sidonios a-
cturos poenitentiam, si inspi-
rent miracula Christi, & tamen
non disposuit, quod talia mira-
cula patrarentur apud ipsos; sed
apud obstinatos Iudeos. Ideo
respondet Augustinus de bono
perseuerantia cap. 9. & ex ipso
D. Th. ultimatam, & adæqua-
tam rationem reducendam esse
ad occultum beneplacitum Dei
volentis propter altissimos fine s

alijs disponere aduentum Re-
demptoris, & congruentissima
media ad fidem, & salutem; &
nolentis erga alios ita & benefi-
cum exhiberi, vbi nihil prorsus
de decreto conditionato; sed
solum de prædestinatione abso-
luta.

40 Obicit secundò. Nam
D. Th. exponēs illa verba Matth.
11. *Si in Tyro, & Sidone, &c.* ex
August. ait referendum esse in
voluntatem Dei, & causas præ-
destinationis, quod non patra-
uerit apud ipsos talia signa, quā-
uis præsciuerit fore, vt agerent
poenitentiam, si apud ipsos pa-
trarentur. Sed haec obiecitio non
est ad rem. Tum quia, et si dare-
mus, quod prorius est falsum,
nemp̄ secundum interpretationem
Augustini, quam ibi refert
D. Th. admittendum esse de-
cretum, quod P. à S. Th. defen-
dit; non tamen inde colligere-
tur admitti à D. Th. in quo nullū
apparet vestigium, cur potius
eam interpretationem preterat,
quam alias ab ipso adductas re-
citatius dumtaxat. Tunc quia
aliud est hanc veritatem: *si Tyri*
vidarent miracula Christi, poen
itentiam agerent inniti in hoc de
creto diuino actualiter exerci
to: Decerno ut agant poenitentiam
si talia miracula videant; aliud ve
rò reduci in voluntatem absolu
tam Dei nolle apud ipsos talia
miracula patrari, tametsi talem
veritatem præuiderit. Primum

neque leviter insinuant Augustini, & D. Th. Secūdū est verisimilum; non vero cōtra nos, neque ad rem præsentem spectans.

41 Obijcīt tertio D. Thomā quæst. 6. de verit. art. 3. in respōl. ad 4. argumentum, quod contendebat non esse absolutē certum; sed tantum conditionatē certum, voluntatem humanam consensuram, quamvis Deus ex se ipso prædestinet; seu præcērnat talem consensum. Nam sicut Sol non causat fructum in planta, nisi presupponat plantā benē dispositam ad generationē fructus, & ideo attentis præcisē, quæ sunt ex parte Solis, non datur certitudo absoluta, quod planta generabit fructum; sed tantum sub ea conditione: *Si sit benē disposita*; ita Deus non causat nostrum consensum liberū, nisi presupposita nostra voluntate, quæ se determinet ad consentiendum; vnde attentis præcisē, quæ se tenent ex parte Dei prædestinantis consensum, non erit ab solutē certa positio consensus; sed præcisē sub ea conditione: *Si voluntas se determinet ad consentiendum*. Cui argumento respondet D. Th. disparem esse rationem, quia planta non subiacet Soli, quoad esse dispositam ad generationem fructus; sed quoad gignendum fructum ex suppositione, quod sit disposita. At nostra voluntas subiacet Deo prædestinanti, quoad se de-

terminandū ad consensum. Vnde hoc ipsum potest certissimè colligi, ex eo quod illud prædestinet Deus. Ex quo arguit Ioannes à S. Th. Nam secundū assertores sententiæ mediae voluntatem nostram se determinare ad consensum non fundatur in absoluta, intrinseca, & infallibili efficacia diuini decreti; sed ante hoc decretum, & independēter ab illo supponitur præsumum. At illud ipsum fundatur iuxta D. Th. in prædicta efficacia absoluta diuini decreti: ergo hoc testimonium D. Th. est manifesta iugulatio scientiæ mediæ, vt loquitur P. Ioannes à S. Th.

42 Omissis, quæ de hac iugulatione lepidè loquitur P. Annato. Respond. Mens D. Th. manifesta est: nempe, spectatis, quæ sunt in Sole influente in hac inferiora, non inferri certitudine absoluta ficalneam, v. g. facturam ficus, quia si sit arida non feret fructus; & Sol non infert aridam non fore, quia non facit ficalneam ex arida viuacem; sed ipsa viuente concurrit cum illa, vt fructificet. At spectatis, quæ sunt in Deo præintendente efficiaciter nostrum consensum liberum, infertur certitudine absoluta consensum esse extirū: quia talis intentio ex se ipsa intrinsecè, non solum cum eo connectitur, quod nostra voluntas consentiat, si velit, sed infert infallibiliter ipsum nolle: quatenus

ea intentio non infert qualiacumque media conferenda esse ad consensum; sed etiam illa, quæ Deus præuidet infallibiliter coiungenda cum ipso. Hic autem non video, quomodo vel levissime significetur, necessarium esse decretum prædeterminans abolutum subiectum, & obiectum conditionatum ad cognoscenda futura libera conditionata. Quomodo vero testimoniū alatum proficiat potius, quam officiat scientiæ mediæ videri poterit P. Annat. omitto, quædem Author afferit, ex quælit. 12. de verit. art. 10. ad 8. Ex 1. p. quæst. 19. art. 1. ad 2. Ex 1. sent. dist. 46. quæst. 1. artic. 1. ad 2. Ex quæst. 2. de verit. art. 12. ad 9. Quæ omnia videri possunt apud Annat. cit. Mihi enim animus non est in his terere tempus, quia nihil in illis inuenio, quod legenti sincerè textus non statim appareat volenter, aut non satis perceptua adduci.

43 Obiectitur quarto ex alijs D. Tho. Tum quia futuritionem rerum, ad diuinum decreto reducit; ad quod nos futuritionem conditionatam non reducimus. Tum quia infallibilitatem cognitionis futurorum reducit, vel ad præsentiam ipsorum in æternitate, vel ad ipsorum determinationem in suis causis. At future conditionata libera, cum non sint, sed essent, non sunt in æternitate prætentia; & cum

sint libera, non sunt in suis causis determinata ad esse; præ non esse, nisi accedat decreto diuinum determinans. Tum quia iuxta D. Thom. quæ non sunt præsentia in æternitate, ut re vera non sunt præsentia futura conditionata, cognoscuntur à Deo in Idæis diuinis, quæ iuxta D. Thom. quæst. 3. de verit. art. 3. sunt rationes rerum determinatæ per decreta: ergo hoc requiritur ad scientiam diuinam conditionatorum contingentium. Tandem quia futura aboluta cognoscuntur à Deo, non in se ipsis; sed in decreto iuxta D. Thom. ne quid creatum sit obiectum formale diuinæ notitiae: ergo propter eamdem rationem futura conditionata non in se ipsis; sed in decreto cognoscuntur.

44 Probationes istæ non urgent. Ad primam. Nihil aliud vult D. Th. quæm futuritionem radicalem rerum, quæ causantur à Deo sumi ex decreto proportionato ad causationem: nempe quæ causantur, ex decreto, quod sit; & quæ causarentur, ex decreto, quod esset. Ad secundam. Nihil aliud vult D. Thom. quam illa, quæ in aliqua temporis differentia existunt, cognosci à Deo infallibiliter, vel quia in se ipsis existunt, & æternitas diuina complectitur ipsarum durationem, proindeque nihil dicit, quominus infinitus intellectus cog.

cognoscat infallibiliter ipsa, vel quia ipsarum causæ sunt in actu primo determinatae infallibiliter ad existentiam talium obiectorum, quando illa, ex eo quod non sint actus liberi; sed obiecta necessaria, non excludunt eam determinationem ex parte actus primi. Vnde non colligitur futura libera conditionare existentia cognosci in decreto actuali. Sufficit enim ipsis, ut cognoscantur à Deo, præsentia conditionata, nempe, quæ esset; sicut futuris absolute præsentia absoluta, nempe, quæ est. ¶ Ad tertiam. Mens D. Thom. est, quæ non sunt absolute extra statum possibilatis cognosci à Deo per scientiam naturalem in Idæis diuinis repræsentantibus earum rerum essentias, ut constat ex disiput. 8. At vero Deum cognoscere obiecta illa, quæ sunt absolute extra statum possibilatis, vel in se ipsis; vel etiam quando sunt ex obiectis, quæ decernuntur à Deo (ut sunt omnia contingentia creata præter peccata), in Idæis applicatis per decretum; vel in ipso decreto; hoc autem non excludit futurā conditionata libera cognosci à Deo in se ipsis independenter à decreto actu posito. Ad vitimam D. Th. nihil aliud vult, quam obiecta creata non esse physicè motiva diuinæ cognitionis; ut sæpe explicuimus, semperque obiectum

physicè motuum habere esse intra Deum: cum quo stat scien-tiam medianam habere pro obie-cto formaliter terminatio, & intentionaliter motu ipsa ob-iecta creata conditionaliter fu-tura; pro motu autem physico, vel nihil, vel existentiam ci-nicinam, ut aliqui ex nostris volunt, requisito tanquam conditione, non tanquam parte motus, quod obiectum eset, si daretur, vel ipsam scientiam medianam, quasi re-flexe cognitam.

DISPUT. XXIII.

De obiectis materialibus scientie medie.

Expliquimus existentiā huius scientiæ, cognoscēdi modū, medium, & obiectum forma-le. Superiunt explicanda nonnulla obiecta materialia, suppo-sito tanquam certo ex præce-dentibus consensu nostros libe-ros conditionare existentes sub hypothesi conduceente ad ipsos, indifferenti; tamen ad existen-tiam, & carentiam illorum cognosci per hanc scientiam.

[3.]

CAPVT I.

De cognitione diuina circa decreta libera, quæ ipse Deus haberet ab æterno, si daretur certæ conditiones.

ID Vplex hic difficultas. Prima. Num Deus ea decreta cognoscat. Secunda. Per quam scientiam. Certum est primo, Deum cognoscere decreta, quæ haberet sub conditione conexa essentialiter cum ipsis, v.g. Si ego decernerem efficaciter conversionem Iudei, decerneret media efficacia ad illam. Hæc enim veritas est necessaria; nullaque veritas latet Deum. Secundo certum est, quod haberet Deus ab æterno quædam decretalibera, si darentur certæ conditiones, etiam indifferentes de se ad existentiam, & omissionem talium decretorum. Decerneret enim confite gloriam Iudei, si ipse deceleraret in gratiā; cum tamen decidere in gratia, de se (quicquid sit ex vi presentis prouidetæ) sit indifferentis, ut gloria decernatur, & nō decernatur. Tertiò, mihi certum est contra P. Ruiz disp. 77. sect. 4. num. 12. & 13. & contra alios, qui ipsum sequuntur, Deum non cognoscere modo conditionato decreta, quæ habet sub aliqua re necessaria essentialiter, v.g. nō agnoscit mo-

do conditionato hanc veritatē: Si ego sciam mundi naturā, & sim omnipotens, decernam producere mundum. Nam tendentia conditionata intellectus præscindit à positione cōditionis relinquens intellectum circa eam positionem suspensum, Deulque nequit attingere conditionem, de cuius ratione est existentia absolute, & ab hac existentia præscindere. Vide dicta disp. 9. cap. 2.

2Tota prima difficultas est. An sicut Deus, non solū infallibiliter cognoscit actus liberos, quos habent creature in aliqua temporis differētia; sed quos haberent, si ponerentur certæ conditiones indifferentes de se ad utrumlibet; sic Deus non solū infallibiliter cognoscit actus liberos, quos ipie Deus habet ab æterno; sed etiam, quos haberet, si ponerentur certæ conditiones indifferentes de se, ut tales actus existant, & non existat. Pro sententia affirmativa stant verissimè omnes nostri. DD. apud P. Ruiz disp. 77. sect. 1. & licet adducatur P. Molina pro sententia contraria; non tamen ipse Deo negat eorum actuū notitiam, ut ipie le explicuit in nouiori editione Antwerpensi sua concordia quæst. 14. art. 13. disput. 52. vers. Illud hoc loco observandum; sed tantum negat cognoscere tales actus per scientiam medium ante decretum actuale ipsis, de quo postea.

3 Sen-

3 Sententia affirmans, quæ certa est patet ex dictis in simili disput. 19. Tum quia independenter ab decreto meritorum D. Petri, Deus habet scientiam eorum omnium, quæ possunt ipsum allicere, ut existentiam talium meritorum disponat: ad quod valde Deum optimum al. icere potest, videre, quod, si ponantur ea merita, magna D. Petro gloria decernetur. Tum quia necessè est idem videre, ut cognoscatur, quam magnum beneficium Petro fiet, si dentur ipsi talia merita: valde quippe crescit hoc beneficium ex eo, quod ipso posito tanta gloria decernetur. Tum quia, sicut Deus videt: *Si coram Tyriis miracula Christi patrarentur, conuerterentur ipse.* Sic videt, quod in ea hypothesi haberet ipse Deus scientiam visionis, & gaudium circa tales conuersiones. Negari ergo non potest actus contingentes Dei cognoscibles esse hypotheticè. Equiuocationem, quæ hic esse posset, relectam habes disp. 11. num. 10. Alias probationes sumere poteris ex disp. 19.

4 Secunda difficultas est. An Deus ea decreta cognoscat per scientiam medium, nempe independenter ab exercitio libertatis diuinæ actualiter existente? Negant non solum Thomistæ. Sed P. Molina 1. p. quæst. 14. artic. 13. disput. 17. & in Concord. disp. 50. luctis, quæ re-

tulimus num. 2. Vera tamen est affirmativa sententia, quam reliqui ex nostris defendunt. Probatur, tum quia hic possunt apari, quæ in probationem scientiæ mediae, de nostris actibus liberis dedimus in superioribus. Tum, sic arguendo. Deus independenter ab actuali exercitio sua libertatis cognoscit infallibiliter actus liberos creaturæ sub conditione futuros: ergo & suos actus liberos sub conditione existentes ab æterno. Antecedens patet ex superioribus. Consequentia probatur, non solum à paritate, sed etiæ quia si independenter ab actuali exercitio libertatis diuinæ verū est hoc enunciabile: *Si Petrus habeat talem libertatem ad nullum extremū prædeterminatam, amabit libere Deum,* etiam erunt vera independenter ab actuali exercitio libertatis diuinæ omnia consequentia, quæ ineuitabiliter inferuntur ex ea veritate: quia non est minus necessarium, & independens à libertate consequens, quam illud antecedens, ex quo ineuitabiliter infertur. At ex illa veritate infertur ineuitabiliter decretum Dei, ut conditionaliter existens: ergo, &c. Minor probatur. Nam ea veritas: *Si Petrus habeat eam libertatem, amabit libere Deum* infert ineuitabiliter, quod sub ea hypothesi, Deus ab æterno habet non solum scientiam visionis de amore libero Petri, sed

ii etiam

etiam decretum concomitans de tali amore, quod ad hunc requiritum omnino est iuxta disp. 10 de prædictis.

5 Obijcit primò P. Molina. Non cognoscit Deus independenter ab actuali determinacione libertatis, ad quid se determinaret arbitriū indifferens ad opposita, nisi quatenus supercomprehendit tale arbitrium, nō solùm cognoscens, quid potest; sed quid faciet, & facheret. At Deus non super comprehendit suum arbitrium, quia cum hoc sit infinitè perfectum, non exceditur ab intellectu diuino; & supercomprehensio est intellectus infinitè excedentis obiectū supercomprehensum: ergo, &c. Hæc obiectio pertinet ad modum loquendi. Cui respondeo, vt Deus independenter ab actuali determinatione suæ libertatis ad aliquod extrellum determinatè sumptū, cognoscat, quod illud præ alio elegeret, requiritur ad summum, quod intellectus diuinus sit infinitè perfectus, cumque ad hoc non requiratur, quod sit perfectior; quam hiū arbitrium pariter infinitum, patet ad illam cognitionem non requiri supercomprehensionem dicentem talem excessum. Transfatur autem quod requiratur, vel non requiratur supercomprehensio, si forte in alia acceptione sit possibilis, quod ad rem non pertinet.

9 Obijcit secundò, quia, inspecta diuina voluntate præscindendo ab omni decreto actuali, non est determinatio, vt ut verum, potius quam oppositum, quod Deus decerneret Spiritum Sanctum, si daretur alius mundus: ergo in ea præcisione non habet hoc determinatam veritatem, ac per consequens non scitur à Deo, potius quā oppositum. Sed hoc argumentū vrgere non potest in principijs P. Molinæ. sicut enim actus liber nostræ libertatis conditionatè futurus, habet independenter ab actuali decreto veritatem sufficiētem, vt determinate sciatur à Deo, potius quā oppositū, ita & decretum liberum conditionatū Dei: ea verò determinatio talis veritatis explicāda est eo modo, quo veritas nostrorum actuum sub conditione futurorum.

7 Obijcit tertio. Si Deus independenter ab omni exercitio suæ libertatis hanc scientiam infallibilem haberet: *Si existeret* aliis mundus, decernerem *Incarnationem* Spiritus Sancti, non haberet Deus libertatē, vi existeret aliis mundus sine Incarnatione Spiritus Sancti: ergo per tales scientias euertitur diuina libertas. Antecedens probatur. Quia non posset Deus facere, quod si ne Incarnatione Spiritus Sancti daretur existentia alterius mundi coniuncta cum tali scientia. Nam hoc pugnat cū infallibilitate;

tate scientia; non quod daretur diuisa, ab ea scientia: quia cum talis scientia detur independenter ab omni exercitio diuinæ libertatis inclet Deo naturaliter, ac proinde non esset in potestate liberae Dei. quod nō existeret. Cōfirmitatur argumentū. Primo. Ne mo potest ie determinare prudenter, posita certa conditione, ad hoc, vt non existat, quod infallibiliter scit extitum, si detur talis conditio; sed Deus infallibiliter scit extiturā ex suo decreto incarnationem Spiritus S. si detur alias mundus: ergo posita existentia alterius mundi, non poterit Deus prudenter se deter ininare ad hoc, vt nō existat Incarnationē Spiritus Sancti: hoc autem est absurdum non aliter enitabile, quam negata minore.

8 Confirmatur secundò, quia si daretur in Deo prædicta scientia, dirigeret Deum ad decretum subsequens ex ipsa: ergo dirigeret Deum ad hoc, vt posita existentia alterius mundi, decerneret Spiritum Sanctum; sed aliunde talis scientia propter suam infallibilitatem est essentia determinata, vt posita existentia alterius mundi detur tale decretum: ergo cognitio dirigens ad hoc decretum non erit indifferens, vt hoc decretum ponatur, & omittatur, & consequenter hoc decretum non erit liberum, quia de ratione decreti liberi est non di-

rigi, nisi per iudicium indifferens ad ipsum, & eius omissionem. Confirmatur tertio, quia hæc scientia: Si existeret alias mundus, decernē Incarnationē Spiritus Sancti, potest dirigere Deum ad conferendam existentiam alteri mundo; sed decretum de Incarnationē Spiritus Sancti subsequitur ad existentiam præuisam alterius mundi: ergo subsequitur ad hanc existentiam, & ad illam scientiam dirigentem ad productionem talis existentiae. At talis existentia coniuncta cum illa scientia connectitur infallibiliter cum eo decreto: ergo tale decretum subsequitur ad aliquid infallibiliter conexum cum illo, & consequenter non existeret liberè.

9 Hæc tamen non vrgent. Ad argumentum, nego ante. cedens. Ad probationem concessa priori parte, nego secundam. Nam posita existentia alterius mundi Deus in signo indifferentiae proxima ad componendam, & non componendam cum illa Incarnationem Spiritus Sancti potestatem habet ad præstandum, quod non fuerit verum, neque à Deo præscitum fore decernendam Incarnationem, si existeret alias mundus, vt in simili diximus disp. 3. de prædest. Quapropter dico, scientiam illam existentem in Deo independenter à decreto actualiter exercito nem.

pē hanc : Si existat alter mundus, decernam Incarnationem Spiritus Sancti, non inesse Deo naturaliter ; sed medio modo inter naturaliter, & liberè, nā imitatur scientiam existentem naturaliter in Deo, quatenus existit independenter à decreto actualiter exercito; & imitatur scientiam existentem in Deo liberè, quatenus Deus potest euitare, quod existat.

20 Ad primam confirmationem respon. Nemo infallibiliter sciēs extiturum aliquid, si detur talis conditio potest prudenter se determinare, ad hoc, vt illud non existat, posita conditione; si aliunde non possit præstare, quod talis scientia non existat; secus si pro signo præfindēte ab ipsa, & eius carētia possit facere, quod nō existat, quia hoc pacto, cum possit impedire id , quod existens redderet talem determinationem imprudentem, potest prudēter talem determinationē exercere. Deus autem, vt diximus, pro signo indifferentiæ proximæ, ad coponendum cum existentia alterius mundi, & nō componēdum decretum de Incarnatione Spiritus S. habet potestatem ad faciendum, quod talis scientiam nunquam extiterit. Hoc pacto Christus Dominus sciens certò in instanti A. quod tunc exercebit liberè actum misericordiæ habet tunc potestatē antecedente m, vt se determinet

prudenter ad oppositum, quatenus potestatē habet, vt pro tunc non extiterit ea scientia.

¶ Ad secundā confirmationem respōdeo, scientiā illam : Si daretur aliis mundus, decernet Incarnationem Spiritus Sancti dirigere Deū immediate ad hoc, vt exerceat aliquod decretū subsequens ipsam , & non ad aliud. Dirigit immediatē ad decernendam existentiā alterius mundi, qui si detur coniungeretur cum tā eximio bono, eaque scientia indifferens est, vt patet, ad hoc vt exerceatur, & non exerceatur tale decretum de existentia alterius mundi. Non tamen dirigit immediatē Deum, vt posito altero mundo, decernat Incarnationem Spiritus S. sed casu, quo alter mundus existeret, dirigeretur Deus ad decernendum Spiritum S. per notitias indifferentes ad comparandam , & diuidendam ab altero mundo talem Incarnationē. Mitto, quod præcedens, & sequens confirmatione potius euertunt hanc scientiam decretorum cōditionaliū, quam probent dependere à decreto actualiter exercito. ¶ Ad tertiā confirmationē respōdeo, permīssis reliquis propositionibus, & distinguendo secundū consequens : ergo decretū de Incarnatione Spiritus S. subsequetur ad aliquid infallibiliter cum illo connexū, quod non includitur in principijs immediatis ad exer-

exercendum tale decretū, & est impedibile per indifferentiam proximam ad exercendum, & omittendū tale decretum, concedo consequentiam; quod opposito modo se habeat, nego. Itaque licet aliqua ratione præcedat ad decretum de Incarnatione Spiritus, scientia illa dicēs, quod exercebitur tale decretū, si detur alias mundus; non tamē præcedit simpliciter, quia per alias notitias distinctas ab ea scientia intelligitur adæquatè constituta indifference proxima Dei ad exercendum, & omissum tale decretum, quæ posset omitendo decretum, altero mundo existēte, præstare, quod talis scientia nunquā existat, ac proinde est impedibile à Deo, quod infallibiliter connectitur existente altero mundo, cum decreto de Incarnatione Spiritus S. iuxta sèpè dicta in simili tract. de prædicti.

12 Obijcies quarto. Si Deus cognosceret decreta, quæ haberet, si daretur certa cōditiō posset habere hanc scientiā reflexā: *Si prævidero auxilium A. esse infallibiliter efficax ad consensum, illud decernam; si minus, neque illud, neque aliud decernam.* At hanc scientia pugnat cum libertate creaturæ ad dissentendū libere: ergo admittenda non est; & cōsequenter admittendū non est, Deum cognoscere decreta, quæ haberet, si daretur certa conditio. Minor probatur. Quia vo-

luntas creata, neque posset dissētire liberè componendo suum dissensum: cum illa scientia; nam implicat cum illa scientia cōiungī auxilium efficax ad consensum, ac proinde repugnat coniungi cum illa dissensum. Deinde, neque potest voluntas dissentere liberè diuidendo suum dissensum à scientia illa: nequit enim impedire existentiam eius scientiæ. Nam ea scientia independens est ab exercitio libero voluntatis humanæ. Potest enim scientia existere siue voluntas humana cōsentiat instructa efficaci auxilio; siuo nullo modo cōsentiat destituta omni auxilio. Item, siue sit cōsentura sub conditio-
ne talium, vel talium auxiliorū; siue sub cōditione nullius sit cō-
sentura. Cum igitur voluntas creata nequeat impedire id, cuius existentia independens est à consensu absoluto, & conditio-
nato ipsis, consequens est non posse impedire talem scientiam.

13 Hoc argumentum satis expēdimus tract. de prædicti. dis-
put. 3. à num. 33. summa solu-
tionis est, eam scientiā posse im-
pediri à libertate creata instructa
auxilio A. Quia licet ea scientia
non indigeat absolutè consensu
libero voluntatis orto ex auxilio
A; tamen indiget eo contentu
ex suppositione collationis eius
auxiliij; quia si collato eo auxilio
voluntas non consentiret, tale
auxilium esset inefficax. At ea
scien-

scientia requirit, quod auxilium collatum non sit inefficax: ergo requirit, contentum oriri ex ipso, ex suppositione quod conseriatur: cum igitur voluntas ex hac suppositione possit per teitatem antecedente, constituta ex principijs componentibus libertatem, non adhibere consensum, potest impedire existentiam eius scientiae. Qui enim potest aliquid tollere ex suppositione, quod scientia id ipsum requirat, praestare potest, quod scientianum existat. *In his plura loc. cit.*

14. Sed contra virginem potest satis apparenter. Qui non potest ex suppositione conditionis impedire conditionatum, non potest impedire veritatem conditionatam, vel diuinam scientiam ipsius. Si enim voluntas creata non potest ex suppositione auxiliij. A. impedire consensum, nequit impedire verum fuisse, quod consentiret, si tale auxilium haberet. At voluntas creata nequit impedire conditionatum ex suppositione conditionis, quae importatur in hac veritate conditionata: *Si auxilium preuideatur inefficax non decernentur*: ergo nequit impedire hanc veritatem conditionatam. Minor probatur. Quia voluntas creata differentiens huic auxilio, praestare non potest, quod hoc auxilium decernatur, cum antecedenter ad differentiendum huic auxilio iam presupponitur illud a-

Deo statutum. At non est alias modus, quo possit ex suppositione inefficacia auxiliij impedi re conditionatum illud, non decernetur, nisi praestando differentiens ei auxilio, quod ipsum auxilium decernatur: ergo inspecta praedicta veritate conditionata nequit voluntas ex suppositione conditionis impedire conditionatum ementum.

15. Respond. Veritas conditionalis est dupliciter impedita. Primo, impediendo conditionatum ex suppositione conditionis. Secundo, praestando, quod deficiente conditionato, adhuc existat conditio. Exemplum prioris sit hac veritas conditionata: *Si Petrus habeat auxilium A. convertetur*, quae potest impediiri a Petro impediendo conversionem ex suppositione talis auxiliij. Exemplum posterioris sit hac: *Si Petrus decedat in gratia consequetur gloriam*. Quam veritatem Deus potest impediire potestate absoluta, non solum negando gloriam ex suppositione gratiae; sed etiam faciendo ex suppositione negandi gloriam, quod decebat Petrus in gratia. Sicut enim cum veritate conditionata pugnat facere, quod iam existente conditione non detur conditionatum; ita etiam cum veritate conditionata pugnat facere, quod iam deficiente conditio agat, existat conditio. Dico ergo voluntatem cretam

tam instructam auxilio A. non posse impedire hanc veritatem condonatam : Si hoc auxilium praeuideatur inefficax, negabitur, faciendo, quod ex suppositione inefficacia non negetur ; sed discernatur, ut bene probat argumentum; potest tamen eam veritatem impeditre, faciendo, ut ex suppositione, quod non est negatum; sed datum hoc auxilium, praeuideatur inefficax, quod est facere, ut detur conditionem deficiente conditionato.

CAPUT II.

De conditionatis dispositis?

16 **H**ic etiam duplex diffi-
cultas est. Prima. Num
Deus cognoscat conditionata
disparata? Secunda an per scientiam
niediam? Conditionata dis-
parata vocantur illa, in quibus
conditio se habet impertinenter
ad existentiam conditionati. Ut
si dicas : Si Turca dormiat, Ioannes
conuertetur. Ut enim Ioannes
conuertatur impertinens est Tur-
cam dormire. Quoad primam
ergo difficultatem, prima senten-
tia est, has conditionales pos-
se esse veras, & consequenter
cognoscibles à Deo per alien-
sum, licet conditio relinquatur
impertinens tam extrinsecus, quā
extrinsecus ad conditionatum.
Quia reddunt sensum quasi tem-
poralis comitantię, adeo, ut per-

inde sit dicere : Si Turca dormiat
Ioannes conuertetur, ac si dicas:
Quando dormiat Turca, conuer-
tur Ioannes. Ita P. Suarez, P. Fon-
sec, P. Albertin, Uriel, & ex par-
te Zumel, P. Granad, P. Heriz,
quos referunt, & sequuntur P.
Ruiz disput. 78, sect. 2, P. Ribas
tract. 4, disp. 6, cap. 7. ¶ Oppo-
sita sententia est omnium The-
mistarum, quam defendunt P.
Vazq. P. Arrub. P. Torres, P.
Letius, P. Moncaus, P. Ray-
naud, apud eundem Ribas supra
censemtes, has conditionales non
posse veras esse, nisi conditio fal-
tem extrinsecus, vel ex decreto,
vel ex promulgatione cōditionata
Dei reddatur pertinens ad cōdi-
tionatum. Itaque iuxta P. Vazq.
vera erit hæc propositio: Si Tur-
ca dormiat, Ioannes conuertetur,
promittētē Deo, quod conuertar-
tur Ioānes si Turca dormiat. Fa-
dē erit vera iuxta P. Arrub. si Deo
idem decernat. Nec esset autē
falsa, si per nihil extrinsecus condi-
tio reddatur pertinens ad cōdi-
tionatum. Nam, ut isti authores
arbitrantur, ad veritatē cōdicio-
nalem requiritur pertinencia cō-
ditionis ad conditionatum.

17 Sed quia res est pulchrior,
& maiori discussione dignior,
quam communiter putatur, tra-
demus exactiē nostram mentem
per varias propositiones. Statuo
primo, tanquam omnino cer-
tum, posse esse veras, si non su-
mantur in rigore conditiona-

Hum; sed præcisè tanquam copulatiæ, hac ratione. *Tuca dormiet, & Ioannes conuertetur.* Posunt enim hæc duò dari pro tempore futuro, & sic ea copulatiua vera erit. Statuo secundo, posse esse veras in sensu temporali absoluto, hac ratione: *In tali tempore, anno, die, vel hora dormiet Turca, & conuertetur Ioannes.* Ratio est eadem, ac præcedens. Tertiò. Posunt esse veræ in sensu disiunctiuo. Hoc pacto: *Vel non dormiet Turca, vel conuertetur Ioannes.* Quia potest dari tempore futuro, vel non dormire Turcam, vel conuerti Ioannem: & quolibet istorum dato, verificabitur ea disianctiua, iuxta dialecticas institutiones. Quapropter posunt esse veræ in hoc sensu: *Non dabitur somnus Turcae disiussus à conuersione Ioannis.* Nam ad veritatem huius, sufficit esse veram disiunctiua enuntiantem, vel eum somnum non esse dandum, vel esse cōiungendum cum conuersione Ioannis.

16 Quartò. Posunt esse veræ, si sub conditione affimetetur coexistentia eiusdem conditionis cum alio extremo, ad quod impertinenter se habet, v. g. si sub conditione, quod Turca dormiat non affirmetur dūntaxat conuersio Ioannis; sed coexistētia illius somni cum conuersione Ioannis. Hac ratione: *Si Turca dormiat coexistet simul, & Turcam dormire, & conuerti Ioanne m-*

Ratio est. Quia vera potest esse conditionalis ubi conditio pertinet se habet ad conditionatum. At in prælenti sic se habet: quia licet existentia somni Turcae sit impertinens ad conuersiōnem Ioannis, manifestum tamē est, valde conducere ad coexistentiam ipsius cum ea conuersione: siquidem illa existentia prorsus necessaria est ad hanc coexistentiam. Quintò. Posunt esse veræ, si existat decretum diuinum, vel promissio de existētia conditionati data conditio-ne. Quia iam tunc, tam abest conditio, vt sit impertinens ad conditionatum, quod potius sit extrinsecè valde conducens ad conditionatum. Nam id poni, sub cuius conditione Deus est determinatus ad efficiendum a liquid, valde conductus, vt illud fiat.

19 Quintò. Videtur mihi verissimum, plures conditionales, quæ vulgo censentur disparatae, non adeo disparitas esse, vt omnem prorsus conducentiam excludant ad conditionatum. Exemplum sit illa, quam sapè posuimus: *Si Turca dormiat, conuertetur Ioannes.* Ratio est, quia, quod excludit aliquod impedimentum conuersionis essentia-liter connexum cum non conuersione Ioannis, non est prorsus impertinens ad eam conuersiōnem. At dormitio Turcae excludit aliquod impedimentum esse.

essentialiter commixum cū non cōuerione Ioannis: ergo nō est prorsus impertinens ad eam cōuerionem: Minor probatur Nā Turcam dormire , vel decerne- re Deum somnum Turcæ excludit hoc decretum Del: *Decerno quod neque dormiat Turca, neque conuertatur Ioannes.* At hoc de- cretum est impedimentum eius conuersionis essentialiter con- nexum cum non conuersione Ioannis: ergo Turcam dormire, vel decernere Deum hanc dor- mitionem excludit aliquod im- pedimentum essentialiter con- nexum cum non conuersione Ioannis. Idem tibi rem perpen- denti apparebit in cōditionib⁹ innumeris , quæ prima facie vi- dentur disparatæ.

20 Sextò. Hinc infertur, plu- rimas conditionales, quæ vulgo disparatæ censemur, non adeo esse de conditione disparata , vt ea conditio sit omnino haben- da pro non adiecta , ex eo quod sic se habeat ad conditionatum, vt hoc cum illa existens eodem modo existit, quacumque ratio- ne talis conditio deficiat. Ratio est manifesta. Nam in exemplo adhibito, & innumeris alijs con- similibus , licet somnus Turcæ, neque, vt causa conduceat ad cō- uersionē Ioannis , neque, vt ex- citans proximè , vel remotè co- gitationes , aut affectus ad con- uersionem inclinantes; & aliunde coniungatur cum ea conuer-

sione in hoc instanti, non tamen est verum, quod quacumque ra- tione deficeret talis somnus, ad- huc Ioannes in hoc Instanti con- uerteretur. Nam somnus defec- tilis est ex vi decreti diuinī statuentis simul, deficere somnū Turcæ , & conuersionem Ioan- nis in hoc instanti. Si autem hoc modo deficeret somnus, nō exi- steret conuersio Ioannis in hoc instanti.

21 Septimò. Conditionæ ta- men aliquot reperiunt possunt, maximè de euentu negatiuo, quæ sic disparatæ sint , vt condi- tio ex vna parte, neque caulet, neque alio modo per se condu- cat ad euentum cōditionatum, cum quo coniungitur, & omni- no sit habenda pro non adiecta, quia sic se habet ad conditiona- tum, vt quacumque ratione ipsa deficeret adhuc conditionatum existeret. Nam demus , produ- cere Deum in hoc instanti animā rationalē, quæ nunc nullo actu rationis, aut volitionis exerceat- tur: formeturque conditionalis hæc : *Si nunc existat anima ratio- nalis nullo actu exercebitur depen- denti essentialiter ab ipsa.* Certè conditio , quæ hic importatur non connexa de se cuin condi- tionato, nempe cum nullo exer- citio agendi talis animæ, condi- tio est , quæ neque caulet condi- tionatū , neque per se conduceat ad illum , & aliunde sic cuin ipso coniungitur , vt quacumque ra- tio-

erit aeternitatem, dabitur conditio-
natum. Manifestum quippe est,
quilibet modo non existat ani-
ma rationalis, non existere exer-
cita agendi dependetia existentia.
liter ab ipsa.

22 Octauo. Conueniunt om-
nes disputantes, de ratione con-
ditionalis disparatae, quatenus
disparata esse, quod id, quod po-
nitur ex parte conditionis, non
sit conditionati causa sine phy-
sica, sive moralis, sive proxi-
ma; sive remota, neque extre-
num, cui ex actuali decreto, vel
promulgatione divina sit alligata
existentia conditionati, neque
requisitum, sive absolute, sive
rebus, ut nunc, ad existentiam
conditionati. Nam alioqui con-
ditio iuxta sensum omnium,
quos ego legerim, vel consu-
luerim, sortietur conducedam
ad conditionatum sufficiem, ut
conditio pertinens censeatur.
An autem praedicta non solum
requirantur, sed sufficient ad ra-
tionem, conditionis disparatae?
Quæstio est leuis momenti pro
instituto praesenti. Et forte ve-
rius est non sufficere propter di-
cta à num. 19. Ex quibus fortal-
se non deerunt, qui propendeant,
ut negent possibiliter verita-
tum conditionalium de condi-
tione ex omni parte impetrinē-
ti, negando scilicet suppositum,
nimis est quid possibile crea-
sum contingibile cum extremo
contingente, quod ad hoc extre-

mum possit esse omnino impet-
tinēs. At quicquid sit de hoc ap-
pellamus nunc, ut morem gera-
mus alijs conditionales dispara-
tas, illas, quæ sortiantur condi-
tiones habentes prædicata, qua-
nuper descripsimus.

CAPVT III.

Concluditur expositio nostræ sen-
tentie.

23 **Q** Væ traditur colligen-
do nonnulla ex dictis.
Prius tamen statuo nono. Con-
ditionales disparatae, retenta
conditione in ratione imperti-
nentis ad euentum conditiona-
tum, posunt esse verae in vi con-
ditionalium. Probatur breuiter.
Nam hæc propositio, & simili-
les: *Si Turca dormiat, Petrus con-
uertetur* habebit vim conditio-
nalis, eo præcisè, quod præscin-
dendo ex modis suo tendendi ab
existentia somni, & ab existentia
conuersonis affimet, quod ex
suppositione somni dabitur con-
uersio. At potest esse verum,
quod conuerteretur Petrus, dato
quod Turca dormiat: quia nulla
est implicatio, quod dato uno
extremo possibili, & non incō-
possibili cum alio detur hoc a-
liud: ergo potest esse verum
quicquid conditionales dispara-
tas desiderant ad sui veritatam
in vi conditionalium. Maior,
quæ sola est difficilis, videtur satis
vera.

vera. Cur enim recipia modum conditionatum iudicandi non centebimus, qui neque disiuntur, neque copulatius est, neque præcisè suadet intellectui possibilitatem extremitum, neque existentiam absolutam; sed præcisè hypotheticam, nempe positionem unius ex suppositione alterius, circa cuiuslibet existentiam relinquens animū suspensum.

24 Obijciunt post alios auctores oppositæ sententiae R.R. Thomistæ. Conditionalis, ubi conditio non infert per bonam consequētiā nō conditionatum, petit ad sui veritatem dependētiā conditionatiā conditione. At in conditionali disparata, neque conditio per bonam consequētiā infert cōditionatum, neque conditionatum dependet à conditione: ergo in his conditionalibus nō datur veritas. Cetera patent preter maiorem, quæ probatur. Tum quia conditionalis disparata, ut distinguatur à copulatiua, necesse est, ut non significet præcisè coniunctionē conditionis cum conditionato: ergo necesse est, significet dependentiam conditionatiā conditione. Tum quia teste D. Th. opusc. 48 tract. de enantiat. cap. 4. propositione temporalis, reducitur solum est conditionalis. At haec temporalis: *Dum Turca dormiat, Petrus conuerteretur*, significat comitatiān coniuncti-

nis cum somno: ergo aliiquid aliud significat conditionalis, nēpe dependentiam. Respond. Negatur maior. Ad priuam probationem. Copulatiua hæc: *Turca dormiet, & Petrus conuerteretur*, distinguitur ab ista, quam conditionalis vocamus. Si *Turca dormiet*, *Petrus conuerteretur*, quia prima ex suo modo tendendi existentiam absolutam affirmat utriusque extremiti; posterior vero præcisè affirmat, ponendam esse conuerctionem Petri, posito, quod ponatur somnus Turcae, inquit, tendendi modo, neque affirmat ponendā, neq; non ponendam esse dormitionē: quod discrimen sufficit, ut prior dicatur copulatiua, & absoluta; posterior conditionalis. ¶ Ad secundam probationem D. Th. loquitur, nifallor, de conditionalibus, quæ spectant ad sc̄ientiam humana, nempe de importantibus cōditionem, ex cuius natura deducunt homines conditionatum. Cōditionales temporales, ait D. Thomas, reduci ad illas cōditionales trictissimas. Non quia cōditionalis ita temporalis: *Posito*, quod *Turca dormiat*, *Petrus conuerteretur*, non sit cōditionalis, tamē nō significet dependentiam vnius ab alio; sed quia licet conditionatum non inferatur ex conditione, ut in hac: *Si Sol lucet, illis est*, si illis est liti, quatenus nostra affirmat absilire ex modo tendenti; sed utraque præcedit

suo tendendi modo ab existentia absoluta conditionis, & conditionati.

25 Obijciunt secundo. In his quæ de præsenti existunt nō sufficit comitantia præsens ipsorum, ut alterū reuera sit præsens sub conditione alterius: ergo in his, quorum alterum foret, posito, quod foret alterum, nō sufficiet comitantia futura vnius, posito, quod foret alterum, ad hoc, vt vnum sit futurum sub conditio-ne alterius. Antecedens probatur primo. Nam alioqui, simul existētibus Petro, & Paulo, qui libet esset præsens sub cōditione alterius, cum nō sit major ratio vnius, quam alterius: hoc autem videtur ridiculum. Nam quis dicat, me existere sub conditione existentia Ioannis, cum tamen ab hac existētia, nullatenus mea dependeat? Secundo. Ex eo quod in causa efficiente existentia est conditio ad agendum, actio dependet ab existentia causæ effi-cientis; & à contrario, quia in causa finali existentia nō est cōditio ad finalizandum, finalizatio non dependet ab existentia finis: ergo de ratione conditionati est dependentia à conditio-ne, & consequenter non est verè conditionatum respectu alterius, quod ab illa nullatenus dependet.

26 Ad obiectiōnem cum sua prima probatione respondeo. (Vt insilentes proprietati vocū

occurramus obiectiōni de mo-do loquendi) Aliud est, quod ali-quit existat *cum conditione*, quod existat aliud; & aliud est, quod aliquid existat *sub conditione*, quod existat aliud, bene notante. P. Arrob. Illud existit *cum condi-tione*, quod existat alterū, quod existit, posito, quod simul existat alterum. At vero illud existit *sub conditione* alterius, quod existit posterius natura, quam alterum id est, dependenter ab illo: nam hoc denotat ly *sub conditione*, in omni rigore acceptum. Dico ergo, ex præcīsa comitantia duorum nō est alterum præsens sub conditione alterius. Vnde ex hac præcīsa comitatia non sum ego præsens sub conditione Francisci sufficit tamen ea comitantia vt sit præsens *cum conditione* Francisci, nempē, vt ego existā, data positione de existentia Frā-cisci. Iam verò non solum esse conditionatum, quod in eo ri-gore est *sub conditione* alterius, patet. Quia iuxta omnes vera est conditionalis hæc: *Si existat igne factio, existet ignis*; & tamen, pro priè loquendo, non dependet ignis ab ignefactione, sed contra. Videatur P. Ruiz disputat. 68. sect. 5. in append. numi. 21.

27 Ad secundam probatio-nem. Vox *conditio* stat dupli-ter. Primo pro requisito ad aliud. Secundo significat positio-nem, de qua dicitur, quod illa data, dabitur aliud. Nihil est verè cor-

conditionatum respectu alicuius conditionis sumptæ pro requisito ad ipsam, nisi quod esset dependendo, vel quasi dependendo ab illo dependentia indigeni illo, quia unumquodque, ut sit, indiget illis, quæ requiruntur, ut sit. Et in hoc sensu existentia causæ efficientis est conditio ad efficiendum, quia ad efficiendum requiritur; & existentia causæ finalis non est conditio ad finalizandum, quia ad finalizandum non requiritur. Ceterum, ut aliquid sit verè cōditionatum respectu alterius, iuxta communē satis loquendi modum, sufficit sumere conditionem pro *thesi*, vel *positione*, quia satis commune est dicere necessarium *conditionatē*, quod non est necessariū absolute, sed ex quadam positione.

28. Iam ergo ex dictis fit primum. Ad veritatem conditionalis, quæ disparata est, non magis requiritur, quam ad veritatem conditionalis pertinentis, quicquid sit de requisitis ad hoc, ut habeat rationem disparatæ. Ratio sumitur ex num. 18. Nam hæc propositio: *Si Turca dormiat Petrus conueretur habet*, ut supponimus, requisita ad conditionalem disparatā, de quibus num. 22. At ut sit vera, non magis requiritur, quam ut sit vera conditionalis pertinentis: ergo, &c. Minor probatur. Nam conditionalis hæc citra dubium est perti-

hens: *Si Turca dormiat, dabitur coexistentia huius somni cum conuersione Petri*. At non magis requiritur, quam veritas huius propositionis ad veritatem illius, quam disparatam supponimus: si enim verum est, quod ex hypothesi somni dabitur coexistentia illius cum conuersione, manifestè verum est, quod ex eadē hypothesis, dabitur existentia conuersionis: ergo, ut sit vera conditionalis impertinens, non magis requiritur, quam, ut sit vera pertinens quædam, quæ veritatē illius inferit.

29. Fit secundò, Deum cognoscere per scientiam medium veritatem conditionalis disparatæ. Ratio est, quia veritas conditionalis contingens, non dependens ex decreto actualiter exercito in Deo, cognoscitur per scientiam medium. Sed talis est veritas conditionalis disparata. Ergo, &c. Minor constat ex illustratione prima. Nam veritas conditionalis contingens de conditione pertinenti non dependet ex decreto actualiter exercito in Deo, ut constans est, admissa scientia media. At, ut vidimus, non magis requiritur ad veritatem propositionis conditionalis im-pertinentis, quam ad veritatem pertinentis: ergo veritas propositionis conditionalis im-pertinentis, ita est contingens, ut sit indepedens ab actuali decreto. ¶ Fit tertio. Ut conditionalis

lis sit vera, simulque sortiatur ratione in conditionalis disparata, necesse est verum esse, quod, ne deficiat conditio, tali modo deficiet, ut ex illat euentus conditionatus, v.g. ut hæc propositio: *Si existat somnus Turce, existet conuersio Petri*, non solum sit vera; sed etiam disparata, necesse est, ut si deficiat somnus Turce, sic deficiat, ut nihilominus existat conuersio Petri. Ratio est. Nam, ut ea propositio si. conditionalis disparata, necesse est, ut existentia somni Turce, neque absolute, neque rebus, ut nunc, ex aliqua suppositione, sit necessaria ad existentiam conversionis Petri. Nam eo ipso, quod ad hanc sit necessaria, iam non est impertinens ad ipsam. At id, quod diximus requiritur, ut existentia talis somni neque absolute, neque rebus, ut nunc, sit necessaria ad conuersionem Petri: ergo id, quod diximus requiritur, ut talis propositio sortiatur ratione in disparata. Minor patet. Si enim casu, quo deficeret somnus Turce, sic deficeret, ut deficeret simul conuersio Petri, iam ex hac suppositione necessaria erit existentia somni ad existentiam conuersionis, ut attendenti notissimum erit.

30 Vnde fit quinto, propositionem conditionalem di parata sumptam, ut veram, & disparatanam simul, infallibiliter connecti cum absoluta existen-

tia euentus conditionate affirmati. Ratio est. Quia quod connectitur cum eo, quod euentus existat posita, & ablata certa conditione, connectitur cum absolute existentia talis euentus. Nullus enim euentus signata quavis alia re potest deficere, nisi, vel ea re posita, vel ea re ablata, cum necesse sit quamlibet rem, vel poni, vel non poni. At conditionalis disparata prout simul vera, & disparata connectitur cum existentia euentus conditionati, posita, & deficiente conditione: ergo ut simul vera, & disparata connectitur cum existentia absolute euentus conditionate affirmati. Minor probatur. Si enim sumamus hanc propositonem in ratione vera, ac disparata simul (idem est in alijs) *Si Turca dormiat, Petrus conuertetur*: hæc propositio, qua parte est vera connectitur cum eo, quod existat absolute conuersio Petri, semel posita existentia somni Turce. Deinde talis propositio, qua parte est disparata, cum eo connectitur, quod absolute existat ea conuersio, etiam deficiente existentia somni: nam ad rationem disparatae requirit necessario, ut videmus num. 29. verum esse, quod casu, quo deficerat somnus Turce, sic deficiat, ut ex illat conuersio.

31 Vnde fit sexto, scientiam, qua Deus conditionales disparatas cognoscit, ut veras, & disparatas

rata simul, esse scientiam, qua cognoscit, ut absolute existente euentum, quem praedictæ propositiones conditionaliter affirmant. Nam Deus cognoscit obiectum, ut absolute existens per scientiam, qua penitissime videt aliquid extremum infallibiliter connexum cum existentia absoluta talis obiecti. Fit ultimo, cū alia sint obiecta contingentia, quæ requirant, ut absolute existant decretū actualiter exercitū in Deo, ut conuersio Petri; alia, quæ secū se habent, ut ipsa scientia media de conuersione Petri sub conditione, quod ipſi detur auxilium A. indifferens ad conuersationem, & non conuersationē, infertur ad cognitionem aliquā diuinam, simal attingentē veritatem conditionalē, & impertinentiā cōditionis requiri actuale decretum Dei, ideoque talem scientiam liberam esse; non medium; secus autem dicendū esse de alia cognitione Dei attingentis veritatem conditionalē, & simul impertinentiam conditio- nis. Primum contingit respectu huius conditionalis disparata: Si Turca dormiat, Petrus conueretur. Secundum respectu huius: Si Turca dormiat, Deus habet sci- entiam medium de conuersione Petri sub conditione auxiliij A.

32 Demū pro resecādis æquiuocationibus, quibus hæc doctrina militi satis vera poterit intrin- cari, sufficiet vñ adnotare. Illud-

est, dari propositiones conditio- nales veritatis contingentis, vbi conditio, neque supponit singu- lariter, neq; vniuersaliter distribu- tiue; neq; particulariter disiuncti- ue; sed confusè. Sit v.g. vera hæc propositio in vi veritas cōtingē- tis: *Si Deus se exerceat aliquid pro- dicendo ad extra, producit Petru-* Hæc veritas non permittit Deū producere aliquid ad extra, & non producere Petrum. ideo ei veritas contingens, non vero necessaria, nam, absolute loquē- do, bene stat, Deum producere aliquid ad extra, & non produ- cere Petrum. At quomodo sup- ponit ly: *Si Deus producat aliquid ad extra?* Non supponit singula- riter, quasi sensus sit: *Si Deus producat aliquid per productionem A. producer Petrum.* Nam hæc veritas bene permittit produci aliquid, modo non producatur per productionē A; & non pro- duci Petrum; quod tamen prior illa veritas nō permittit, ut dice- bā. Non supponit vniuersaliter distributiue, quasi sensus sit: *Si ta- lis creatura producatur ad extra,* producetur Petrus, & idē si hec alia producatur, & idē si h. calid, & sic in alijs. Hic enim sensus est necessario fatus, quia cum tantum creature essentialiter incōponi- biles cū productione Petri, ut di- uina reuelatio de Petro nunqua extituro, & actū fidei omnia sali reuelationi innixi, impossibil est verificare productionē Petri sub cor.

conditione productionis cuiuslibet creaturæ. Non supponit particulariter disiunctiuem. Ratio est.

33 Quia sensus particularis disiunctiuus non est sensus veritatis contingentis; sed necessarij; coincidit enim cum hoc: *Vel si producatur hæc creatura, producetur Petrus, vel si producatur hæc, producetur Petrus*, & sic percurrendo reliquas. Nam ad huius veritatem sufficit, quod verificetur producendum esse Petru[m] sub conditione creaturæ essentialiter connexæ cū productio[n]e Petri: v. g. sub conditione, quod Deus testetur testimonio creato producendum esse Petrum: est autem nescieria veritas, Petrum esse producendum sub conditione talis testimonij. Dicamus ergo conditionem supponere cōfusè in illa cōditionali: *Si producatur aliqua creatura, producetur Petrus, ita vt sensus sit si vel una creatura producatur, illa erit, qua stare posse, & re ipsa sit cum productione Petri.* Quæ veritas petit, vt si detur in rebus ratio producendi creaturam, sic detur, vt detur productio Petri. Quod si non placeat hanc suppositionem vocare confusam, rem tene, & loquere, vt libuerit.

34 Similiter ergo dicatur. Ut existentia somni sit non requisita, rebus, vt nunc, ad conuersiō[n]em Petri, debet esse vera hæc

propositio: *Si deficiat somnus, ita deficiet, vt existat conuersio Petri.* Cuius rationem dedimus num. 29. sensus autem non est: *Si hoc modo singulari deficiat somnus, &c.* Nam hic sensus bene permittit, quod non detur conuersio, & deficiat somnus, dummodo, non eo modo singulari; sed alio deficiat. Sensus autem illius propositionis: *Si deficiat somnus, ita deficiet, vt existat conuersio, non permittit deficere sumnum & simul deficere cōuersiō[n]em.* Neque prædictæ propositionis sensus est vniuersalis distributibus, quippe qui est sensus impossibilis veritatis. Nam impossibile est, quemlibet modum deficiendi eius somni, esse modum, qui, si detur, existet conuersio, vt patet, si modus esset deficere somnum per decretum Dei decernentis, neque somnum, neq[ue] conuersiō[n]em existere. Neque sensus est particularis disiunctiuus, quia necessarius est; non vero contingentis, prout esse debet veritas, vi cuius existentia somni redditur contingenter hic, & nunc non requilita ad conuersiō[n]em. Iam vero eum sensum particularem disiunctiuum esse necessarium, constat: Nam aliquis est modus, quo possit deficere somnus, ita, vt ex suppositione talis modi deficiendi necessaria sit dari conuersiō[n]em, vt si deficeret somnus per decretum efficax Dei decernentis indiuisibili-

biliter non existere somnum, & existere conuersionem. Sentus: ergo prædictæ propositionis est: *Si vel uno modo deficiat somnus, deficiet defectu, qui possit stare, & stabit cum conuersione.*

CAP. IV.

An aliquæ conditionales de hypothesi impossibili pertineant ad scientiam medium.

35 **D**E hoc breuiter ex principijs, de quibus in metaph. latè, quæ non oportet hic inserere. Ratio difficultatis est. Nam admissa scientia media necesse est, Deus cognoscere per talēm scientiā, num si chymæra esset foemina, cui daretur optio ad eligendū, & non eligendum statum monialis eligeret eum statum, nec ne? Sed aliunde nequit Deus cognoscere quodnā ex his præ altero tunc cōtingeret: ergo scientia media non est admittēda. Maior probatur. Quia sicut necesse est, ut casu, quo Petro fiat facultas proxima ad amandum, & nō amandū Deum, eligat vñū præ alio: ita necesse est, ut casu, quo fiat chymæra facultas ad virtutib[us] libet oppositorum, ponat vñū, præ alio: ergo sicut propter priorē rationē cognoscit Deus, quid tunc accideret, ita similiter in posteriore casu. Deinde sicut nō requiritur decretum actuale Dei ad hoc, ut esset amor, si daretur Petro talis facultas, ita neq;

ad hoc, vt chymæra eligeret statum monialis, si daretur ipsi facultas ad talem electionē: ergo sicut, quod esset cōtingēter sub cōditione possibili, cognoscitur per sciētiā mediā; ita, & quod esset contingenter sub conditio- ne impossibili. Iam minor primi syllogismi probatur. Quia quod chymæricè est tale, potius est non tale; quam tale, v. g. quod chymæricè est ens potius est non ens, quam ens; quod chymæricè est homo, potius est non homo, quam homo. At chymæram eligere libere statū monialis est chymærice eligere libere: ergo potius est non eligere libere, quam eligere: & propter eādem rationem omittere libere talem electionem potius est non omittere, quam omittere: ergo nihil potest Deus cognoscere sub hypothesi impossibili iam at signata, ita ut cognoscat, quod sub ea hypothesi daretur potius illa elec- tio libera, quam omisio libera eiuldem electionis.

36 **H**uic argumento respōdeo. Nihil accideret contingenter ex suppositione impossibili, quatenus impossibili, ac proinde per nullam scientiam cognoscit Deus, quid contingenter accide- ret, data cōditione impossibili. Cognoscit tamen per scientiam medium, quid accideret, data hypothesi impossibili, quoad par tem posibilem quam includit indifferente ad eventus opo-

KK litq.

sitos. Explieatur doctrina in casu argumenti propositi. Hoc obiectum & chymatris foemina potes proximè eligere; & non eligere statam monialis & includit rationem foeminae potentis, &c. Deus autem cognoscit persicetiam mediæ, quid accideret circa electionem liberam status monialis, si daretur in rebus foemina potens proximè eligere, & non eligere tale statum, quippe, cognoscit quemam foeminae darentur sub eahypothesi, & quomodo quilibet se determinaret. Ceterum si sumatur totū illud obiectum adæquatè, quatenus quid impossibile simul includes in suo conceptu obiectuo extrema pugnantia contradictioni formaliter, vel illatioe; nihil contingenter accideret ex suppositione, quod eo modo daretur tale obiectum. Hoc dupliciter probbo breuiter ex dictis in metaph.

37 Primò. Nihil euénit contingenter ex suppositione, quæ per bonam consequentiā quilibet infert. Talis est suppositio impossibilis, qua talis: ergo ex illa, qua tali nihil euénit contingenter. Maior est certa. Quia ex illa sola suppositione contingenter euénit aliquis euētus, quæ indiferens est, ut talis euētus detur, & non detur, ac proinde, quæ determinatè noa infert ipsum. Minor probatur. Quia suppositio impossibilis quatenus impossibilis includit, vel secum affert

duo contradicto iā simul; & ex coniunctione duorum contra dictiorum, quodlibet excogitable inferar legitime. Nam si ponamus lucem, v.g. existere, & non existere; inde sic infero Papam dormire, v.g. Vellaz existit vel l'apa dormit. At lux non existit: ergo Papa dormit. Consequentia legitima est, quia procedit ab eo, quodverificata disiunctiva; & nō ratione unius partis, debetponi altera. Maior est vera in positione facta, quia in hac positione lux existit; & hoc sufficit iuxta regulas Dialecticæ ad verificationem eius propositionis. Minor etiam est vera in eadem positione, quia ponitur lucē non existere. Scio vidisse Mag. Soto in suis doctis institutionibus Dialecticis hunc modum arguendi. Cōtendit tamen nō sequi quilibet ex impossibili tentans hoc diluere. Sed id frustra tentare ostendimus atibi.

38 Secundo idem probatur. Nam impossibile retētum, quatenus impossibile, retinetur, quatenus non potens existere: ergo si alius Deus, v.g. sit impossibilis, & ponatur existens, sequitur Papam dormire. Probo te. quetam. Data existentia alicuius non potentis coexistere carētia dormitionis Pape dormit Papa. At existit alius Deus, qui, cum sit impotens existere non potest coexistere carentia dormitionis Papæ: ergo Papa dormit. Simili-

teſt potest probari Papam non dormire , ſic formata ratione. Data existentia nō poteris coexistere dormitioni Papæ , Papa non dormit. At datur existentia alterius Dei, qui, cum non poteris exiſtere , non potest coexistere dormitioni Papæ: ergo Papa non dormit. Eademque arte poteris inferre quicquid tibi inuenientem venerit. Vnde potiori iure, quā communiter putatur, dici ſolet, dato uno impossibili , nēpē quatenus impossibili , ſequi quodlibet.

39 Hinc fit priuō. Cum iſtæ duæ ſint veræ & ſi exiſtat aliud Deus quatenus impossibilis, exiſtet Petrus. Si exiſtat aliud Deus, quatenus impossibilis, nō exiſtet Petrus & Hæc poſterior non contradicit priori, ſed hæc alia: Non ſi exiſtat aliud Deus, &c. exiſtet Petrus, quæ præcise ſumatur in vi negandi dancani eſte exiſtentiam Petri ſeb ea hypotheti; non in vi affirmandi, uandani eſte nō exiſtentia. Hæc enim in prætenti materia valde ſunt diuerſa. Negatiua enim falsificatur, quia ex illo impossibili , vt tali ſequitur exiſtentia Petri. At affirmatiua verificatur, quia ex illo impossibili , vt tali, non ſolum exiſtentia Petri, ſed & non exiſtentia inferatur. Quinimo, ſi res intimè coſideretur, conditionales omnes ex hypotheti impossibili , qua tali, ſi ſint affirmatiua verificantur ; ſi negatiua falsificantur. ¶ Fit Se-

cundo , hypothetim impossibile quatenus utile ad arguendum aliquid, potius quā oppositū, nō eſte ſumēdā adæquate, vt impoſibilem , & includentē extrema contradictione pugnantia proximè, vel remotè; ſed inadæquate ſecundū partem poſſibile, v.g. in hypotheti celebri , vbi ſumatur Spiritū S. procedere à Patre, & non à Filio¹, ad arguendū ex hac hypotheti tolli formaliter à Filio diuinationem a Patre potius quā retineri, ſumēda eſt hæc ratio de ſe non impoſibilis: *Persona Divina non procedens à Filio, & procedens à Patre:* & inde concludendum eſt eſte Filium. Quod ſi hoc bene concludatur, fiet in Spiritu Sancto, non ſolū quā materialiter dari rationē procedentis à Filio, ſed ita formaliter , vt qui recte ratiocinaetur teneatur eā proceſſionem cocedere ; Vel diuinationem Spiritus à Filio negare. Si autē non bene illud ex predicto medio cocludatur, fiet in Spiritu S. quā materialiter dari rationē procedentis à Filio ; non tamen adeo formaliter, vt qui recte ratiocinetur teneatur eā proceſſionē cocedere, vel diuinationem à Filio negare. Sed de his ſatis pronunc: ſicut & de tota ſcietia media. Si quæ deſiderantur reperiētur tract. de præd. disp. 3. 4. 5. 17 21. & alijs. Ex quibus omnibz patet ſcientiā mediā ſic definiēdā eſte. Eſt notitia diuina infallibilis, & immediata earū veritatū cotin-

gentium, quae non petunt decretum
actuale Dei.

DISPV T. XXIII.

De scientia diuina non entium.

PRO complemento huius tra-
ctatus reitatem non nihil dicere
de cognitione non entium.

CAPVT VNICVM.

*De huiusmodi cognitione, modo, &
medio ipsius.*

IN ens in praesenti dici-
citur, quod non existit.
Bifariam autem aliquod obie-
ctum non existit, vel potens exi-
stere, vel impotens existere. Pri-
mum non ens est possibile, non
existens contingenter. Secundum
est impossibile necessario non
existens. Rursum non ens accipi-
potest subiectuè, vel quasi sub-
iectiuè pro illo, quod non exi-
stens, vel impedimentum ab exis-
tendo denominatur; & potest sumi
formaliter, pro illa ratione for-
malis, per quam sic denomina-
tur. Præterea hæc ratio forma-
lis, per quam, quæ non existunt
denominantur ab existendo im-
pedita, vel est quædam formalis
ratio purè remotiva condistin-
cta ab omni positivo, vel quod
in hi probabilius in metaphys-
fuit est ratio formalis positiva,
quæ se ipsam formaliter ponit;

& propter essentialē incōpossi-
bilitatem cum alio ente, huius
existentiā reddit formaliter im-
peditam. Sic, iuxta hanc opinio-
nem, existentia nolitionis diuinæ
alterius mundi est existentia ta-
lis nolitionis; & non existentia
alterius mundi. Quibus positis.

2 Aſſero primo. Deus cog-
noscit non entia. Tum quia id
exprimitur teſtimonijs sacris a-
pud omnes Authores obuījs.
Tum quia, ſicut verum eſt exi-
ſtere omnia, quæ exiſtunt; ita &
non exiſtere, quæ non exiſtunt.
At Deum nulla veritas latet: er-
go ſicus entia cognoscit, ut exi-
ſtentia; ita non entia, ut non exi-
ſtentia. Tum quia Deus cognos-
cit perfectissime, & omnino
comprehensiōne impedimenta es-
ſentialiter pugnantia cum exi-
ſtentia aliquorum entium: v.g.
ſuam nolitionem alterius mun-
di pugnantem eſſentialiter cum
existentia illius. Non autem id
perfectè comprehenderet, niſi
penetraret, ut inferens non exi-
ſtere altum mundum: ergo ex
vi comprehendendi talia impe-
dimenta cognoscit non exiſte-
re, quæ talibus obſtaculis impe-
diuntur. Tandem, quia in null'a
cognitione non entium appetet
imperfetto, propterquā ea cog-
nitio ſit excludenda à Deo, ma-
xime cum nō ſit opus, diuinam
cognitionem cauſari ab obie-
ctis; ſed ad illa terminari; ſtatque
optimè cogitationem terminari
ad

ad id quod non existit, id est, ipsum, quod non existit repræsentare.

3. Assero secundò. Non entia subiectiùe sumpta cognoscit Deus per dislensum, nem pè. non solum per aslensum tribuentem ipsis non existere; sea per actum negantem ipsis existere. Ita P. Vazq. disput. 61. & 62. P. Suar. disp. 54. metaphys. sect. 2. P. Valent. disp. 1. quæst. 14. punct. 7. P. Arrub. disp. 35. cap. 10. Qui authores, & alij post ipsos, non solum nostram conclusionem defendunt; sed volunt, nunquam Deum cognoscere assertiue negationes dicendo: *Sunt tenebre. Est cœritas; sed negatiue dicendo: Non existit lux: non existit visus.* Probatur nostra conclusio. Non solum est perfectio si ne imperfectione in intellectu tribuere intentionaliter existentiā rebus, quæ illam habent realiter; sed etiā illā intentionaliter negare rebus, quæ illā nō habent realiter: ergo sicut intellectui diuino datur modus tendendi assertiūs respectu entium, ita & negatiūs tribuendus erit respectu non entium. Confirmatur. Quia in voluntate diuina non solum datur amor boni & amor caritatis mali; . . . etiam odium malorum: nem pè peccati: ergo in intellectu diuino, non solum admittenda est affirmatio existentiæ rerum existentium; & affirmatio carentiæ existentiæ rerum

non existentium; sed etiam actus negatiūs, quo neget existentiā non existentibus.

4. Assero tertio. Deus cognoscit non entia per actum assertiūm, nem pè per aslensum, tribuendo ipsis denominationem extrinsecam impeditorum ab existendo. Probatur. Quia Deus perfectissimè cognoscit per aslensum prædicata intrinseca, quæ dantur in rebus positivis essentiālis incompossibilibus cum alijs, v. g. prædicata aslensus essentialementer incompossibilis cum dislensu: prædicata amoris efficacis incompossibilis essentialementer cum odio efficaci. At vnum ex prædicatis talium extremorum est, quod aliud denominetur impeditum ab existendo ratione ipsorum: ergo Deus cognoscit assertiūe per aslensum odium efficax, v. g. impeditum esse per amorem efficacem; existentiā alterius mundi impeditam esse per nolitionem efficacem Dei circa ipsum: existentiā alterius Dei impeditam esse vi entitatis nostri Dei excludentis se ipso formaliter Deitatem, à quolibet alio; & sic in ceteris. Non aliter, quam Deus penetrans naturam desiderij, quod habet circa salutē omnium, cognoscit omnium salutem, ut desideratam à Deo.

5. Assero quarto iuxta sententiam, quæ mihi fuit in metaphys. probabilior, non entia pro-

mali agnoscit Deo per assensum. Quis iuxta ea fera ratio formalis, per quam non non consituuntur non existentia, est aliquid existens positivum essentialiter incompositibile cum ea re, quae dicitur non existens. Omne autem positivum existens est cognoscibile a Deo assertiu[m] per assensum, ut patet. At iuxta aliam sententiam ponentem rationem formalem non entis in quodam conceptu obiectivo distincto ab omni ente positivo, probabilius mihi est, utramque partem contradicitionis inferri. Nam in primis imperceptibile videtur non posse Deum per assensum tribuere illi conceptui, vel formalitati obiectiva eam ipsam formalitatem objectivam, a qua nullatenus distinguitur. Deinde non appareat, quomodo sit negatiuum distinctam ab omni positivo, quod est monstrabile, & iudicabile per affirmationem vere ipso tribuentem propria, & intrinseca praedicata ipsius. De quo plura suo loco.

¶ Idem. quod in superioribus assertis diximus, dicendum est proportionaliter de non entibus impossibilibus v. g. de alio Deo, nempe cognosci a Deo non dari, quia hoc est verum: habere Deum difficultate negantem Deitatem cuius alterius prater se: cognoscere alterum Deum, ut in predictum per realern entitatem veri Dei, &c.

6. Assero quinto. Plura sunt obiecta, in quibus Deus cognos.

cit negationes rerum tanquam in obiectis infallibiliter connectis cum ipsis. Quia plura sunt obiecta sic connexa cum negationibus, vel connexione logica eiusdem cum se ipso; vel connexione physica distincti cum distinto. Nam primo, Deus se ipso connectitur infallibiliter cum negatione necessaria omnium impossibilium connexione logica identitatis cum tali negatione, ut constat ex disput. 6. & 7. Secundò sic connectitur scientia necessaria Dei cognoscantis talia impossibilia neque existere, neque posse existere: & similiter perfectiones Dei, ad quas pertinet ea impossibilia deficerre necessario. Tertiò cum negationibus rerum possibilium acceptis quatenus possibilibus plura connectuntur infallibiliter. Nam primo Deus, sicut infallibiliter connectitur cum possibilitate existentiae creaturarum; ita etiam cum possibilitate non existentiae ipsorum. Item creaturæ, cum sint intrinsecè contingentes connectuntur cum possibilitate sui non esse. Rursus proxima libertas ad amandum, & non amandum cum possibilitate non amoris: & sic innumerata alia possunt excogitari.

7. Iam cum negationibus, ut existentibus rerum possibilium plurima connectuntur infallibiliter. Nimirum cum negatione alterius mundi, decretum; quo

quo Deus negat ipsi existentiam. Gaudium, quo in hoc decreto congaudet. Scientia visionis de non existentia huius mundi, & sic in alijs. Quod si petas, an Deus negationes cognoscat in se ipsis immediatè? Respond. In opinione, quæ constituit ipsis in entibus positius essentialiter pugnantibus cum terminis negatis, idem dicendum est, ac de alijs entibus positius diximus in toto tract. At in alia sententia, quæ negationes constituit in formalitate distincta ab omni positivo, probabilius mihi est, utramque partem contradictionis inferri: affirmatiuam quidem partem, quia videatur imperceptibile, non posse Deum ei formalitati tribuere assertiū eius ipsius formalitatis rationem obiectiuam. Quo po-

sito colligitur ex dictis in toto tract. nihil esse, quod prohibeat cognitionem immediatam ipsius in se ipsa. Negatiuam etiam partem, quia non positivo repugnare videtur tribuere pradicatum aliquod, ut omnino indistinctum ab ipso non positivo, prout oportet ad cognoscendum illud in se ipso. Restabat tractare naturam signatorum, vel entium rationis, modumque, quo Deus illa cognoscit, vel non cognoscit. Sed quia iure optione ferè omnes hac de retractant in Metaphys. libenter eos imitamur. Cedant dicta in laudem, & gloriam Dei, Beatisimaque Virginis Mariæ sine labo originalis concepta, Sanctorumque omnium.



FINIS.



21117

INDEX

ALPHABETICVS RERVM SELECTIORVM,
quæ in hoc opere continentur litera D. dispu-
tationem. N. numerum significat

A.

Actus primus intelligendi.
Vide. Potentia intelligendi.

Actus vitalis.

Ad rationem actus vitalis, ut
sic non requiritur procedere po-
sitiuè ab intrinseco; nec sufficit
procedere vt cumque negatiuè
ab intrinseco, d. 2.n. 48. & 49.
Quid vero requiratur, & suffi-
ciat, n. 50.

Aëternitas. *Vide Præsentia in
aëternitate.*

Angelus.

Cur Angelus non possit natu-
raliter clare cognoscere futura,
etiam admissio illius ex eo indiu-
sibili, d. 16.n. 20.

Applicatio prævia.

Voluntas non se præviè appli-
cat ad amorem, d. 15. à n. 14.

C.

Capacitas intelligendi. *Vide.*
Potentia intelligendi.

Carentia.

Non requiruntur carentiae ne-
cessariæ chymerauū ab omni po-
situo distinctæ ad excluden das
chymeras, d. 6. à n. 9. Hinc im-
possibilitas earum carentiaruū in-
tertur, n. 11.

Chymera. *Vide, impossibile.*
Possibilitas.

Cognitio Dei circa seipsum.
Deus se ipsum integrè, & ne-

cessario cognoscit, d. 4. à n. 1. &
principiè, n. 5. 7. & 8. Videt di-
stinctionē virtualē essentiæ à re-
lationibus, quin obiectuè præ-
cindat à n. 9. Cognoscit suā cog-
nitionē per cognitionē non vir-
tualiter, sed solùm ratione no-
stra distinctam n. 16. & 17.

Deus cognoscit suā essentiā;
& attributa virtualiter ab esen-
tia indistincta immediate in se
ipsis, vt in obiectis physicè, & in-
tentionaliter motiuis à n. 19. At
personalitates in se ipsis, vt inten-
tionaliter tantū motiuis in ordi-
ne virtuali, n. 25. & 26.

Cognoscit personalitates in
essentia, vt in medio virtuali phy-
sicè, & intentionaliter mouente,
n. 27. Essentiam vero in persona-
libus, vt in medio virtuali inten-
tionaliter, nō physicè nō mouente,
n. 30. Sic cognoscit unam per-
sonalitatē in alia, n. 32. Cognos-
cit essentiam propter personali-
tates: & econtra, n. 33. Novero
essentiā ex personalitatibus, au-
dice verba, n. 34.

Deus cognoscit per notitiā cō-
ditionatā coplexū claudēs neces-
sariā existentia Dei d. 9.n. 19 At
sua prædicata necessaria nō cog-
noscit sub cōditione necessariō
existēte per notitiā præcisē cō-
ditionatā ibidē. Quoniam deo

INDEX.

sua decreta attingat ut futura.
Vide *Decretum liberum Dei*.

Deus se in creaturis attingit, vt
in obiectis physicè terminatiuis,
& intentionaliter motiuis, d. 5.
à n. 1. Ea cognitio est intuitiva,
& comprehensiva Dei, à n. 15.
Deus se cognoscit propter crea-
turas a posteriori, n. 23. Secus
cognitione deducta ex cognitio-
ne creaturarum adhuc virtuali-
ter à n. 24.

Deus cognoscit unam rem in
altera cum illa connexa, et in re-
lata tantum ad aliam, hanc cog-
noscit salte in per simplicem in-
telligentiam, n. 31. & 32.

Cognitio diuina possibilium.
Vide. *Scientia simplicis intelli-
gentiae*.

Deus penetrat creaturas pos-
sibiles secundum esse proprium
ipsarum, distincte, & in singulari,
d. 8. à n. 11. Cur scientia possibi-
lium dicatur simplicis intellige-
tia, scientia vero existentium vi-
sionis. n. 15. Scientia possibilium
est aliquo modo illorum iudi-
cium, n. 16. Quo sensu dici pos-
sit abstractiva, & intuitiva, n. 17.

Ex Patribus constat, Deum in
se ipso aliqua vera ratione crea-
turas possibiles cognoscere, n.
18. Patribus non satisfacit cogni-
tio, qua Deus in se ipso tanquam
in obiecto formaliter inconnexo
cum possibiliate creaturarum
ipsas cognoscat, à n. 25. Neque
cognitio creaturarum in ipso tan-
quam in specie impressa, n. 9. Est

contramentem Patrium negare
Deo cognitionem creaturarum
in ipso tanquam in causa, n. 28.
Deus non discernit possibiliter
creaturarum ex vi præcisè ha-
bendi perfectionem simile per-
fectionibus creaturarum, n. 30.

Omnipotentia, vt à crea-
turū possibilitate absolute nequit
esse mediū obiectiu, vt Deus ei
possibilitati assentiatur, a n. 32.
Objectiones a n. 35. Ex omnipo-
tentia inconexa cum possibilita-
te creaturarū infertur esse, & no
est mediū aptū, vt in illa disser-
natur possibilitas à n. 39. Tot ti-
talis cognoscit Deus in ipso crea-
turū possibilitatē, quot cum
ista connectitur, n. 43. Vide con-
nexio. At non vt in medio physico;
sed logico demonstrationis, n. 48.

Entitates contingentes crea-
turū cognoscit in se ipso per sim-
plicem intelligentiā, vt in medio
relato non conexo, n. 48. & 49.

Deus cognoscit creaturas
possibiles in ipsis, vt in ratione
objectiona intentionaliter moti-
ua ad assentiendū, d. 9. à n. 11. Va-
de prædicta possilia creature
sunt motiū intentionale quod
assensus diuinū, à n. 11. Explicatur
scientia huius veritatis. Si existat
homo existet animal rationale,
n. 23.

Cognitio futuri contingentis
absoluti. Vide. *Scientia visionis*,
Veritas.

Nullum medium indifferens
ad consensum, & dissensum,
etiam si

INDEX.

etiam si super comprehendatur est aptum ut in illo Deus infalli biliter videat consensum futu rum, d. 13. n. 5. Idem dicendum de circumstantijs moraliter necessitatis ad cōsentum, n. 7. Idem de diuinis Idæis, n. 8. Media prædeterminantia non sunt apta, vt Deus in illis videat consentum liberum, à n. 9. Neque illuc cognoscit in applicatione prævia voluntatis, à n. 14. Nec in prædeterminatione negativa, n. 21.

Plurima media apta assignantur, n. 22. Deus in se ipsis futura libera cognoscit, à n. 23. Quomodo actus liber in repte existens determinet scientiam aeternam, à n. 33.

Cognitio futuri contingentis conditionati. Vide. Scientia media, Veritas,

Thomista negabant Deo scienciam infallibili enentis liberti sub condicione futuri, d. 19. à n. 7. Id testantur plures Thomistæ, ibidem. Nostra sententia tenet oppositū, Dominicanis illi iam suffragantibus, n. 9. Scriptura Patres, & rationes illam confirmat à n. 10. Ea notitia ab imperf ectiōnibus liberatur à n. 27. Quomodo possit cum notitia absoluta componi, n. 32. & 33. Quomodo illam præcedat, n. 40. Non est intelligētia simplex prout hēc ad necessaria terminatur, à n. 33.

Non innititur decreto Thomistico ab soluto subiectiuē, & obiectiuē conditionato, d. 20. &

21. per totā n. Vnde nō est libera, d. 20. n. 1. Hæc sententia maximam præ alijs habet autoritatem à a. 2 Scriptura Patribus, & rationib⁹ fulcitur, à n. 7. Ratio à priori traditur, d. 21. à n. 1. Admissa possibilitate alicuius decreti ab soluto subiectiuē, & cōditio nati obiectiuē. nō effet necessariū ad cognitionē futuri cōtingētis cōditionati, n. 24. & 25. Defen ditur, & explicatur iuxta nostra principia cognitio futuri contingentis cōditionati in ipso, d. à 22. n. 1.

Cognitio non entium.

Deus cognoscit nō entia sub jectiuē sumpta per dilensum, d. 24. n. 2. & 3. Item per actuū alteriū, n. 4. Deus cognoscit non entia pro formalī per alienum, n. 5. Negationes autem cognoscit in pluribus obiectis, n. 6. & 7.

Complacētia divina.

Complacētia diuina de Pe tro propter sanctitatem, habet pro obiecto formalī intentiona liter motiuo sanctitatē, d. 3 n. 18

Connexio.

Creatura cum Deo connexū tur, d. 1. à n. 3. Connexio intrin seca Dei cū possibilitate neces saria creaturarū probatur præcindendo ab identitate Dei cum illa, d. 7. fere per totā. Ea cōnexio conuenit Deo ex ratione en tis summe necessarij, à n. 5. Infertur ex omni potentia à n. 16. Ex infallibilitate diuinæ scien tiae, n. 21. Ex alijs perfectioni bus

INDEX.

bis necessarijs, à n. 24.

Deus similiter connectitur intrinsecè cū necessitate iunctiū existētiæ, & non existētiæ, n. 27. Cū impossibilitate chymarum, n. 28. Cum negationibus necessarijs, à n. 29. Argumenta solvantur quin ab identitate Dei cum possibiliitate necessaria creaturarum præcindatur, à n. 35,

D.

Decretum liberum Dei.

Decreta libera ut talia sunt futura *in quo*, si per extrinsecam actionem compleantur, d. 11. n. 2. Secus si fiat Deo adæquate intrinseca, n. 3. Sant futura, & posteriora à quo ratione nostra respectine ad signum essentiæ diuinæ, & cognitionis necessariae. Deum dirigentis ad talia decreta, n. 5. Non vero respectuè ad omnem cognitionem diuinam, qua, ut futura respectu essentiæ cognitionis, n. 8. Benè tamen respectuè ad aliquā, & ad alia prædicta contingentia Dei, n. 9.

Absoluta futuritio decretorum non est adæquate in signo essentiæ, n. 6. Est partim in eo signo, & partim in signo existentiæ decreti, n. 7. Idem suo modo dicendum de decretis conditionatis, n. 10. Deus cognoscit sua decreta ut futura, seu posteriora à quo respectu illius cui posteriōra sint, n. 5. Qua scientia Deus attigit sua decreta conditionata. Vide *Scientia media.*

Decrētum prædeterminans. Vide *Cognitio futuri contingentis conditionatis.*

Decreta prædeterminantia cū libertate humana non videntur componi, d. 13. n. 9. & d. 20. à n. 38. Id colligitur ex subordinatione creaturæ ad Deum, d. 20. à n. 46. Non relinquent comparatione increpationi locum, à n. 7. Cur in nostra sententia locus relinquitur à n. 21.

Denominatio.

Plures denominatio extrinsecæ non requirunt existere aliquid subjecti denominati, d. 6. à n. 22. Denominatio præsens physice nequit prouenire à forma non existente physicè: bennatenus intentionaliter ab existente intentionaliter. Denominatio futuri possibilis, & veritatis. Vide *futuritio possibilis. veritas.*

Distinctio.

Quid sit distinctio rationis extrinseca d. 2. n. 7: Quid virtus intrinseca strictè sumpta, n. 8. Quid latè sumpta, num 52. & 53. .

Duratio.

Duratio alia radicalis, alia formalis, d. 15. n. 1. Explicatur formalis, n. 1. & 2. Duratio creaturarum consistit in formis intrinsecis essentia litere sibi succedentibus, n. 2.

Du.

INDEX

Duratio diuina. Vide. *Præsen-*
tia in æternitate.

E.

Essentia Metaphysica.

Quid sit essentia metaphysica,
sive primarius conceptus expli-
catius rei, d. 2. n. 30. & 31.

Essentia diuina.

Quot modis à Deo diuina es-
sencia cognoscatur. Vide. *Cogni-*
tio Dei circa seipsum.

Existentialia Scientiæ diuinæ. Vi-
de. *Scientia Dei.*

F.

Futuritio.

Quænā dicatur futuritio secū-
dum quid, & abusuè, d. 10. n. 1.
Futuritio propria alia entitati-
ua; alia in esse veri, n. 15. In quo-
nam constat futuritio entitati-
ua absoluta à num. 3. Futuritio
in esse veri exponitur, num. 15.
& 16. Futuritio in esse veri fun-
damentaliter sumpta existit in
omni instanti ex perfectione Dei,
n. 17. & 18. Constitutuum futu-
ritio conditionata tam enti-
tatiua; quam in esse veri, num.
19. Futuritio diuinorum decre-
torum. Vide. *Decretum liberum*
Dei.

Futura contingētia absoluuta.
Vide. *Cognitio futuri contingentis*
absoluti. *Præsentia in æternitate.*
Veritas.

Futura contingētia conditio-
nata. Vide. *Cognitio futuri conin-*
gentis conditionati. *Scientia media.*
Veritas.

Quid habeat futurum contin-

gens conditionatum præter pri-
mæ possibile, d. 19. à num. 35. Nō
eget decreto ab soluto, vt cog-
noscatur, d. 21. per totam præci-
pue à num. 6.

H.

Habitus.

Non datur in Dœo ratio for-
malis habitus, d. 2. n. 77.

Hypothesis. Vide. *Veritas.*
Quomodo hypothesis in possi-
bilis apta sit ad aliquid proban-
dum, d. 23. num. 39.

I.

Immaterialia, immaterialitas.

Immaterialia sumitur à D. Tho-
pro recessu ab imperfetto ut ta-
li, d. 1. à num. 24. Immaterialitas
summa arguit lummam intelle-
ctualitatem fere tota, d. 1. præ-
cipue, num. 32. & 33. Non ex-
qualibet immaterialitate intel-
lectualitas aliqua recte colligitur
num. 36.

Immensitas.

Immensitas Dei penetratur
localiter cum locis futuris; non
vero duratiue, si ab æternitate
præscindatur, d. 15. n. 23.

Immutabilitas.

Immutabilitas Scientiæ diu-
næ æternitate protegitur, & pla-
nior sit, d. 16. à n. 21.

Impedibilitas. Vide. *Scientia*
visionis.

Nequit negari impedibilitas
diuinorum actuum ab æterno
existentium, d. 17 n. 15.

Inpossibilitas, impossibile. VI-
de.

INDEX

de Carentie. Connexio cognitio nō
entium.

Increpatio.

Quid requirat increpatio cō-
paratiua, d. 20. à n. 7.

Intellectus diuinus. Vide. Po-
tentia intelligendi.

Intellectio diuina. Vide. Cog-
nitio.

Intellectio diuina est actus vi-
talis, & quare, d. 2. nu. 50. & 51.
& rursus, num. 67.

Intuitio.

Perfectio intrinseca intuitio-
nis petit existentiam obiecti pro
aliqua differentia temporis ex vi
claritatis representandi obiectū
d. 16. num. 9. Non petit præsen-
tiā obiecti simultaneam cum
iudicio, à n. 4.

Judicium. Vide. Propositio.

M.

Medium cognitionis diuinæ.
Vide, Cognitio.

Motiuū scientiæ diuinæ.
Vide, Scientia Dei.

N.

Natura.

Natura sumitur, & pro radice,
& pro essentia metaphysica, d.
2. num. 30.

Negationes. Vide. Carentie.

Notitia conditionata, & dis-
junctiva. Vide. Propositio.

O.

Obiectum.

Quid, & quotuplex sit obiectū
formale in genere, d. 3. n. 4. & 5.

Quodnam sit obiectum scien-
tiæ necessariæ liberae, & mediae.
Vide cognitio. Scientia.

Omnipotentia. Vide, Cogni-
tio possibilium. Connexio.

P.

Personalitates diuinæ. Vide.
Scientia Dei. Cognitio Dei circas
ipsum.

Possibilitas creaturarum.

Eadem prædicata, quæ deno-
minabatur possibilia postea fūt
existentia, d. 6. num. 1. Possibili-
tas creaturarum alia necessaria:
contingens alia, num. 2. Essentia
creaturarum antequam existant
nullū absolute habent esse quid-
ditarium, & intrinsecum per
quod possibles sint, a num. 4.
Possibilitas necessaria creatura-
rum non consistit in carentia ne-
cessaria distincta ab omni ente
positivo, a nu. 8. Neque in dis-
juncto ex entitate creata, & ca-
rentia defectibili ipsius, num. 12.
Neque in statu quasi conditio-
nato ipsis creaturis intrinseco,
num. 15.

Explicatur distinctio possibi-
litatis absolute respectiva, nu.
18. Possibilitas respectiva prima
ria, & necessaria creaturarum
producibilium a Deo stat in di-
uina Omnipotentia, n. 19. Per-
mit-

INDEX

missibilium vero in potentia permissiva, n. 20. Possibilitas perfectiva contingens creaturae in potentia contingente productua illius ibi.

Creaturae persimiliter in entitatem intrinsecam sunt exercitè possibiles possibilitate absoluta: contingentia tamen, num. 23. Possibilitas absoluta, primaria, & necessariae creaturarum non constituit formaliter in diuina omnipotencia, num. 25.

Hæc possilitas metaphysicè loquendo est creaturam, non implicare contradictionem ex suo proprio, & puro conceptu formalis, a num. 26. præcipue, num. 28. & 29. Physicè vero loquendo est prædicatum necessarium Dei, num. 30. Idque Deo conuenit iure summae perfectionis, & perfectissimæ representationis catarum rerum, numer. 30. &

¶ T.

Idem suo modo dicendum de possilitatibus carentiarum, & de impossibilitate impossibiliū colligitur, num. 34. & 35.

Potentia.

Potentia logica, & physica a logica condistincta quid sint, d. 2. num. 3.

Potentia intelligendi.

Respectu intellectioonis necessariae non datur in Deo actus primus, seu potentia intelligendi condistincta a logica, d. 2. à. n.

10. Neque principium reale intentionale, a num. 15. Neque virtuale strictè sumptum, num. 60. Imò nec intellectioonis contingentis, num. 62. Ratione nostra singente datur in Deo principium virtusque, num. 82. Nullius tamen, si fictionem secludas num. 85. Deo non conuenit potentia proxima distincta à radicali respectu sive intellectioonis, d. 2. à num. 72.

Capacitas intelligendi non distinguitur virtualiter intrinsecè ab intellectione necessaria, d. 2. num. 57. Distinguitur virtualiter intrinsecè à contingentia, num. 59. Ab illa est obiectu præscindibilis, num. 82. A necessaria vero distinguitur ratione nostra, num. 83.

Prædeterminatio. Vide. Decretum prædeterminans.

Præsentia in aeternitate.

Futura contingentia non coexistunt physicè Deo ab aeterno, d. 14. à num. 3. Nec semper, n. 10. Durationes inter se distantes sunt simul in tertio aeternitatis, num. 16. Non sunt simul absolute, num. 17. Futura non sunt in aeternitate Dei prius tempore, quam in propria duratione, à n. 21. Neque prius natura, à n. 26. Futura non sunt Deo ab aeterno praesentia ratione futuritionis distinctæ à Deo, num. 28. Neque ratione futuritionis identificari cum

INDEX

cum decreto Dei, num. 29.

Præsentia in æternitate dupli-
citer accipi potest, d. 15. in præ-
statione. Æternitas Dei sibi iden-
tificat omnes differentias for-
males durandi, num. 6. In quo
differat hæc sententia à negante,
num. 4. & 5. Nostra sententia est
conformis scripturæ, & Patribus
num. 6. & sequentibus. Nobis
fauent plures Authores, num. 12.
& 13. Explicatio, & probatio
nostræ sententiae, à n. 12.

Quo sensu verum sit, semper
Deum cras durare, nu. 20. Chy-
mæricum est Deum esse eternū,
& hodie non durare, num. 21.
Quomodo Deo sint præsentia
vel futura, quæ nobis futura sunt
num. 25. & 26.

Quare Deus duret priusquam
creaturæ sint, num. 26. Quando
duratio crastina coexistat æter-
nitati Dei, nu. 27. Præsentia Dei
ad durationem crastinā partim
datur ab æterno, partim in tem-
pore, nu. 28. Absolutè sola præ-
sentia obiectiva futurorum da-
tur ab eterno, ibi. Quo sensu ve-
ræ, quo falsæ sunt hæc propositio-
nes. Petrus coexistit, Petrus coe-
xistet æternitati, num. 30. Quo-
modo cum his rerum destructio
componatur, num. 31.

Præsentia physica futurorum
in æternitate ab æterno non est
necessaria ad cognitionem diui-
nam futurorum, d. 16. num. 2.
Neque utilis, ut Deus cognoscat
futura eo modo, quo futura sūt:

ibi. Præclindendo ab æternitate
Dei posset Deus cognoscere fu-
tura per cognitionem, quæ non
esset de præsenti, n. 3. Ea cogni-
tio haberet essentiale perfectio-
nem intuitionis, à num. 4. &
præsertim num. 9.

Æternitas prout à nobis expli-
cata per se, & formaliter ei ne-
cessaria ad iudicia de præsenti,
quæ Deus semper habet de futu-
ris, à num. 12. Maxime iuuat ad
explicandam immutabilitatem
diuinæ notitiæ, à num. 21.

Principium.

Principium reale ex suo con-
ceptu ei multiplicativum nume-
ri rerum supra se, d. 2. à num. 10.
præcipue, num. 12 & ideo debet
distingui ab effectu ibi. Principiū
virtuale strictè sun ptum est il-
lud, quod inuoluit constitutiū
principij realis formalis cum ve-
ra improductione, num. 51. Deū
posse realiter producere intelle-
ctionem, si hæc ab illo realiter
distinguatur non apte explicat
rationem in principij virtualis, nu-
m. 54. Cum productione, seu influ-
xi tantum virtuali non fiat prin-
cipium simpliciter tale, sed cum
addito, virtuale, à n. 55.

Productio. Vide. Potentia in-
telligendi. Principium.

Propositio. Vide, veritas.

In quo differat à disiuncta dis-
iunctiva, d. 12. nu. 23. Quomo-
do propositio, vel nonitia disiun-
ctiva

INDEX

ctiuā cohēreat cū absoluta eiusdem rei. d. 19. num. 34. Quid, & quotuplex sit propositio, seu notitia conditionata, à n. 1. propositio conditionata non infert absolutam; bene ē conuerso, n. 2. Conditionalis pertinens quandoque sumitur in sensu coniunctivo, nu. 6. Conditionalis cum absoluta cohāret, num. 32. & 33. Propositio causalis, ut vera sit non īemper requirit bonitatem consequentiae, d. 18. num. 13. Propositio de præsenti, ut distincta à propositione de futuro petit ex suo modo tendēre esse simultaneam durationem cognoscentis cum duratione obiecti, d. 16. num. 11.

S.

Scientia Dei.

De fide est dari in Deo scientiam, d. 1. num. 1. Imo, & homines posse naturali lumine illius existentiam asequi, num. 5. Lumine naturae evidenter ostenditur, à n. 6. Summa intellectualitas Dei ex summa immaterialitate optimè à D. Thoma probatur, à num. 12. & præteritum nu. 32. & 33. Ea probatio est à priori, num. 35.

Qua ratione possit conuenire diuinæ scientiæ habere obiectū formale motuum physicè, & intentionaliter, d. 3. num. 6. Obiectum formale physicè motuum diuinæ scientiæ nequit esse distinctum a Deo, num. 13. Personalitates diuinæ, & prædicata con-

tingentia Dei non sunt obiectum physicè motuum in ordine virtuali cognitionis necessariae à num. 13.

Prædicata necessaria, communia toti Trinitati, & connexa cum veritate, cui præbetur alienus sunt obiectum physicè motuum cognitionis necessariae, n. 18. Contingentis vero prædicatoria contingentia similiter conexa. ibi. Omnis veritas est motum intentionale diuinæ scientiæ. num. 19.

Scientia simplicis intelligentiæ. Vide. *Cognitio possibilium.*

Scientia simplicis intelligentiæ, visionis, & media non distinguuntur ex parte obiecti cognitioni, si in tota sua latitudine accipiuntur, d. 10. num. 28. Idem dicendum si solum ad obiecta creatura comparantur, num. 30. Distinguuntur tamen ex modo tendendi. ibi. Quomodo scientia simplicis intelligentiæ attingat existentiam, ibi. & d. 18. num. 23. Scientia simplicis intelligentiæ, saltem remotè est rerum causa, n. 1. Potest aliquando appellari visio n. 13.

Scientia visionis. Vide. *Cognitionis futuri contingentis absoluti.*

Ex scientia visionis bona est illatio ad futurum ab solutum, d. 17. num. 1. Concordia illius cum libertate probatur, & exponitur à num. 4. Quomodo possit impediiri, & si ab eterno existat, n. 8. Scientia visionis est materialiter

M m ter

INDEX

ter causa creaturarum si ex parte obiecti identificetur cum decreto, d. 18. n. 2. Secus per se, & formaliter quatenusvisito, à n. 4. Potest tamen scientia visionis in decreto intentiuo nescire ad executionem, quatenus imperium reperientans Deo suum propositum, num. 8. 19. & 25. Speciali ratione scientia visionis actus liberis nequit esse illius causa prærequisita num. 19. Scientia visionis est quasi formalis causa præsentiae obiectuæ sui obiecti; non vero efficiens, n. 14. & 15.

Scientia media. Vide. *Cognitio futuri contingentis conditionata.*

Veritas.

Scientia media sèpissimè est causa existentiæ absolutæ sui obiecti, d. 18. n. 2. Secus existentiæ conditionatæ, d. 21. n. 37. Scientiæ mediaæ existentia probatur, d. 20. & 21. Quodnam habeat determinatum, d. 21. per totam. Explicatur præcipue à n. 26 ubi plura de modo determinandi. Quo iure appellanda sit media inter naturalem, & liberam, d. 22. à n. 4. Quo sensu possit dici media inter visionem, & simpli- cem intelligentiam, & quonam visio, & intelligētia simplex. ibi. Scientia media non eget permis- sione liberè à Deo exercita. à n. 10. Existit contingentiter non tam libere respectu Dei, à n. 13. & 26. Non importat perfectio- nem distinctam à necessaria Dei, n. 16.

Deus cognoscit per scientiam medium sua deicta conditio- nata, d. 23. à n. 2. Item conditio- nalia tibi parata, n. 23. Haec autem ut vera, & disparata simul, per scientiam liberam; aliquando per medium cognoscuntur, à n. 30. Vide. *Veritas.* Conditiona- lia de hypothesi impossibili, qua ratione per scientiam medium cognosci possint, d. 23. à n. 35.

Semipelagiani.

Explicantur illorum errores, & controversia cum August. d. 22. à n. 36.

Species impressa.

Non datur in Deo ratio for- malis species impressæ respectu suæ intellectio- nis, d. 2. n. 80.

Subordinatio. Vide *decretum prædeterminans.*

V.

Verbum diuinum.

Verbum diuinum est futurum à quo, & origine respectu Patris, d. 11. n. 10. Producio Verbi diuini naturali lumine non potest demonstrari, d. 1. à n. 8.

Veritas.

Veritas est intrinseca actibus intellectus diuini, d. 10. à n. 21. Quænam sit conformitas cum obiecto constitutiva veritatis in omni actu, n. 25. Veritas obiectiva materialiter loquendo pro- positionum defuturo conting-

INDEX.

ti datur in rem natura, partim nunc, partim postea præscindendo ab eo quod nunc detur conexio cum eo futuro, d. 12. n. 7. Determinata veritas obiectua formaliter loquendo datur antequam obiectum existat: imo & ab aeterno, n. 8. Quo sensu verum sit, hæc futura lolum habere veritatem determinandam, ibidem.

Vt propositio de futuro contingentí modò prolata determinatè vera sit, opus est de præsenti existere connexionem cum eventu affirmato, à n. 9. Idem est de propositionibus de prærito contingentे, n. 18. & 19. Quid petat determinata veritas propositionis disiunctiæ necessariæ, n. 21. Probabile est propositiones vniuersales de futuro contingentí esse determinatè veras, aut falsas, à n. 28.


Veritas conditionalis contingens infert disiunctiua de non

existentiæ conditionis, aut existentiæ conditionati: disiunctiua vero ista non infert conditionalem, d. 19. n. 41. & 42. Quemnam sensum reddat veritas conditionalis, à n. 43. Quid dicat ex parte hypothetis, & quid ex parte conditionati: ibi. Determinata veritas futuri contingentis conditionati sumitur à scientia media, d. 21. n. 35. Verita conditionalis dupliciter impediti potest, d. 23. n. 15.


Conditionalis disparata multipliciter potest esse vera, d. 23. à n. 17. Imo & in vi conditionalis, n. 23. Plura vulgo disparata dicuntur, quorum conditio non omnino impertinens est, n. 19. & 20. Quid requiratur ad conditionalem disparatam, n. 22. Propositio conditionalis vt vera, & disparata infert absolutam existentiam conditionati, n. 30. Quem sensum reddat vt vera, & disparata simul, n. 32. & 33.

FINIS.

281. *Adversus alios* *adversus*
282. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
283. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
284. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
285. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
286. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
287. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
288. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
289. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
290. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
291. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
292. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
293. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
294. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
295. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
296. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
297. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
298. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
299. *alios* *adversus* *alios* *adversus*
300. *alios* *adversus* *alios* *adversus*



三



~~100~~

~~88~~

~~100~~

~~120~~

~~120~~

~~120~~

100

30

50

50

~~300~~ ~~300~~ ~~300~~ ~~300~~ ~~300~~ ~~300~~

~~529~~

~~50~~
~~50~~
~~50~~
~~50~~
~~50~~
~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~50~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~


~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~

~~500~~ ~~500~~ ~~500~~ ~~500~~





S0
14

2.016